



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

9585



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK



900000



Digitized by Google

**ACTORUM
ERUDITORUM,
QUÆ
LIPSIÆ PUBLICANTUR,
SUPPLEMENTA.
TOMUS V.**

*Cum S. Casarea Majestatis & Regis Pol. atque Ele-
ctoris Saxonie Privilegiis.*

LIPSIÆ:

**Prostant apud JOH. GROSSII Hæredes,
JO. FRID. GLEDITSCH & FIL. THOM.
FRITSCH & FRID.
GROSCHUE,**

Typis VIDUÆ CHRISTIANI GÖZII.

A. MDCCXIII.

ACTORUM
ERUDITORUM,

Quae Lipsiae publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. I.

INSCRIPTIONES ANTIQUAE TOTIUS OR-
bis Romani in absolutissimum corpus redactae, olim au-
spiciis JOS. SCALIGERI & MARCI VELSERI, indu-
stria autem J. GRUTERI, nunc curis secundis ejusdem
Gruteri & notis MARQV. GVDII emendatae, tabulis
aeneis BOISSARDI illustratae; cura JO.

GEORGH. GRAEVII.

Volumina II.

Amstelodami, apud Franc. Halmia, 1707, fol. maj.

Constat Alph. 19 tab. aeneis 46½ pluribus-
que passim insertis.

Marmorum & titulorum veteris aevi collectores primi fu-
erunt Itali. Nicolaus enim V. P. R. Cyriacum Anco-
nitatum per varias Orbis partes misit, ut lapides veteres con-
quiret; quorum titulos etiam plurimos in unum volumen
conjecit, quod ante annos demum aliquot typis describi jus-
serat Ill. Barberinus, sed inceptum opus nunquam fuit per-
fectum. Cyriacum diligenter insecuti sunt Joh. Marcanova,
Joh. Jucundus Veronensis, Andreas Alciatus, & quorum fama
obscurior paululum est, Pet. Sabinus & Franc. Philippus Pede-
montius. At primus, qui publicis typis Inscriptiones de-
scripsit, Cl. Burmanno in Praefatione videtur Jac. Mazochius,

A

Acad.

Acad. Romanæ bibliopola, qui, curante Andrea Fulvio, Urbis Romæ Epigrammata anno 1521 edidit. An autem antiquæ a Seb. Maccio perquam studiose collectæ inscriptiones prædiorum unquam, ignorat Cl. Burmannus; & Thomasin, Onuphrii, Scardeonii, aliorumque recentioris ætatis Italorum labores in evulgandis vetustissimis hisce monumentis satis noti sunt eruditibus. Italos exceperunt de Germani, e quibus omnium primi Barth. Amantius, & Petrus Apianus inscriptiones anno 1534 typis expressas divulgavit. . . Post eos maxime emittit Mart. Smetius, cujus thesaurum inscriptionum, variis suis satis percelebrem, cura cumque auctario J. Lipsii Lugd. B. 1588 Raphaelengius excudit; quæ quidem editio tam splendida est tantaque ~~impensa~~ procurata, ut dubitet Cl. Burmannus, an unquam simile aliquid ex officinis typographicis exierit. Hoc Smetiano labore incitatus Jos. Scaliger, auctor fuit Joh. Commelino, Janoque Grutero, ut opus istud insigniter auctum denuo typis mandaret ille, & hujus ductu provincia susciperetur, quod ut facilius persuaderet, ipse in Indice conficiendo decem solidos menses a summo mane ad tempus coenæ impendit. A Scaligero itaque adactus ad laborem Gruterus, statim eruditorum auxilium undique per litteras imploravit, felici sane successu: siquidem omnes certatim ad extruendum hoc pulcherrimum templum lapides comportant, quorum nomina in Præfatione recenset Gruterus. Hoc A. 1602 editum & denique non nisi carissimo pretio venale opus adeo excitavit emundioris nati eruditos, ut egregias miranda omnino copia accessiones Reinelius, Sponius, Fabricius, & Angli, tot literata etiam sexa Ursatus, Casp. Malvasia, Norisius, de Turre, aliique docte illustrata in publicum emiserint; quorum inscriptiones in unum vetustis corpus conjicere eo magis allaboravit Cl. Grævius, cum in manus ipsas venisset Cl. Gudii exemplar, observationibus auctum, ac emendationibus manu doctissimi istius Viri scriptis. Et quis idem etiam Gudius immensam vim titulorum nunquam adhuc publicarum congefferat, consilium cum typographo iniicit Cl. Grævius, alterum volumen adjiciendi, in quod, ordine

ordine illo, quem Gruterus instituerat, servato, conjicetur, quidquid veterum lapidum post Gruterum docti protulerunt. Hinc in partem laboris assumit ille celeberrimi nominis viros, Petrum Burmannum, Eduardumque Holthenum, qui ipsum Gruteri opus recenserent, & doctorum Virorum in inscriptiones observata passim adderent. Notas vero Gudianas ipse Grævius subjecit, quo, cum dimidia fere pars Thesauri esset descripta, e medio erepto, provinciam eius in se suscepit doctissimus Burmannus, relicto tamen Cl. Holtheno iudices recensendi & locupletandi labore. Hi inscriptiones plurimas, alieno loco positas a Grutero, multas etiam bis terve diversis locis repetitas hic rescare, alioque ordine producere nefas duxerunt, ne, diminuto ita paginarum numero inutilis hæc *Indoxis* redderetur eruditis, qui juxta paginas Gruterianæ editionis lapides adducere solent. Ipsam porro Belgarum editionem insigniter commendat chartæ non minus nitor, characterumque elegantia, quam selectæ ex Bossardo imagines ære satis eleganter expressæ, & accessiones in eas factæ. Johanni enim Sixio, Consuli quondam Amstelod. ipsius Gruteri fuit exemplar, atque Farrago Inscriptionum Antiquarum a Pighio collecta, scholiisque illustrata. Ex his errata, quæ prioram editionem sedaverant, plurima fuerunt correctæ. Multum quoque consiliis suis & typographum & Cl. Editores juvit celeberrimus Janus Brouckhusius. Præterea undique ex doctorum, & potissimum Spanhemii, Cuperi, Norisii, Reinesii & Philippi a Turre scriptis quædam conquirit Burmannus, quantum & negotiorum publicorum moles & festinatio operum ei permisit, tribusque sapius quatuorve verbia monuit Lectores, ubi plenius explicatas antiquitates reperire possent. Quæ autem ejus industriam effugerant, plurima Cl. Holthenus, a se ipso ac Cl. Almeloveenio, Massonio, aliisque observata in appendicem conjecit. Denique ultimum totius operis locum sibi vindicant Tironis & Senecæ, ut vulgo habentur, notæ, quas in arctius spatium contrahendas e se sua & emptorum censuit typographus, numeris tantum prioris editionis margini appositis, & notulis Gruteri, quæ in prima

indolenti ad calcem erant rejectæ, ipsis paginis statim subjectis, quod quidem ipso, ni fallimur, Gruteri quoque *παρομοιωματα*, & inutiliter repetitas ab eo inscriptiones sine incommodo de-
 orum æque ac typographi tollere Cl. Editores potuissent:

Post eruditam hanc eruditissimi Burmanni Præfationem collocata sunt Grævii epitaphium & elogia, quæ Janum Brouckhusium & Joh. Fredericum Cramerum autores agnoscunt. Hæc statim excipiunt imago Grævii versibus insignis poetæ Dav. Hoogstratani decorata, Gruteri vetus ad Rudolphum II. Dedicatio, ejusque Præfatio, elogia, atque effigies; ac denique Panegyrici, Grutero a Balth. Venatore & Friderico Hartmanno Flaydero scripti.

Jam quæso insigne eximia non minus utilitate quam elegantia opus accedamus ipsum, de cujus singulari præstantia pretioque adaucto ut eo melius tutiusque judicare valeas, cui Tibi specimina quædam ex notis eruditorum, Godiisque potissimum, inscriptionibus nonnunquam larga manu subjectis, in tuum usum depromptæ.

IV, 4. T. AVIANO) Non dubium, quin in lapide fuerit
 TRAJANO. Hoc nomine enim Jupiter in Dacia colebatur, infr. XI, 3. Gud.

XVIII, 5. SVIS ET FVT.) Hoc est, & *stauris*; opponitur *stauris*, id est, presentibus. Male Reines. conjicit leg. EX FVR. h. e. *Farfaria pecunia*, quod non probo. Gud.

XXIX, 7. ELPIS. MAMMVL EJVS) Leg. MAMMVL. EJVS. id est, *Mammula ejus*. Gud.

LII, 10. MERCVRIO ARCESIO) Reinesius putat, *Arcesio esse* pro *Arcesio*. Ego vero vehementer dubito, an lapis non habuerit ACACESIO. Neque enim ulla, quod sciam, sit usquam mentio apud præcos Mercurii vel Arcesii vel Arcesii vel Arcetii. At constat, Mercurii Acacesii, sic dicti, quia ab Acaco est educatus, simulacrum ex lapide sub colle Acacesio, & templum in urbe Megelopoli fuisse. Holthen.

LXII, 2. DVNILIVS HOMO) Viri cognomen CCCCXXIII, 7. Gud.

LXX,

SUPPLEMENTA. Titul. V Sect. I.

- LXX, 3. OBPROCESSVS SVOS) Reia. intellexit conjugium. Mihi videtur hoc loco *processus* idem esse quod successus prosperos. Gud.
- LXXVI, 9. COROLITICA) Id est, corallitico lapide. Plin. XXXVI, 8. *Gem.*
10. FORT. HORR.) Scal. in indice recte, puto, explicat, intelligenda Fortuna Horreorum Galbianoꝝ, quæ a Topographis Urbis in reg. XIII collocatur. Intelligo autem per Fortunata, sive statua, sive scellum in aditu, & horreorum Galbianoꝝ introitu. Gud.
- LXXXIX, 6. AVRIBVS B. D. D.) Explico: Auribus Bonæ Deæ dicavit. Sic Capitol. Alex. Sev, *auribus Veneris eos* (uniones) *dicavit.* Gud.
- XCI, 4. ORD. BRIT.) Auctores indicis hinc fingunt Ordinem Britonum. Sed leg. vel DOM. BRITO, vel ORIANDUS BRITANNIUS, vel OR. BRITO, i. e. *Origine Brito.* Gud.
- XCVIII, 8. CVM CARPVSCVLIS) Est testorii species, quæ in columnis aliisque ædificii partibus ornatus causa additur. Pigh.
- CI, 1. Perperam Panvinus hoc Epigramma Tiberio tribuit, qui *Germanicus* nunquam dictus. Masson.
- CLIII, 9. DIVVS CLAVDIVS) Male *Drus* pro TI. vel TIB. Sic enim passim Claudius signatur; nec Imp. vivi eo titulo decorabantur. Mass. IMP. XI. muta in XXI. Id.
- CLXIII, 8. Perperam a Cittadino, nec melius a Ligorio restituta. Titulus certe DAC. neque Elagabulo, neque Maximino convenit. Neutri etiam IMP. V. Mass.
- CLXXXIX, 12. M. L. L. L. PAVLINO &c.) Notatu dignum, quod hic ad designandum annum citentur Coll. quatuor, & ii omnes suffecti. &c. Almelov.
- CXCI, 3. CAES. DESTINATVS) Id est, *creatus, delectus, & declaratus.* Sic testamento tutores *destinare* dixit Vlpianus. Gud.
- CCVII. ANTAS) Philander ap. Vitruv. *antas & antepagmenta* proisdem habet. Atqui multum differunt. *Anta* enim lapidea, *antepagmenta* lignea. Ac istæ his operiebantur ornamenti gratia Festus latera ostiorum vocat. Gud.

indossi ad calcem erant rejectæ, ipsis paginis statim subjectis, quo quidem ipso, ni fallimur, Gruteri quoque *παρομοιωται* & inutiliter repetitas ab eo inscriptiones sine incommodo deorum æque ac typographi tollere Cl. Editores potuissent:

Post eruditam hæc eruditissimi Burmanni Præfationem collocata sunt Grævii epitaphium & elogia, quæ Janum Brouckhusium & Joh. Fredericum Cramerum autores agnoscunt. Hæc statim excipiunt imago Grævii versibus insignis poetæ Dav. Hoogstratani decorata, Gruteri vetus ad Rudolphum II. Dedicatio, ejusque Præfatio, elogia, atque effigies, ac denique Panegyrici, Grutero a Balth. Venatore & Friderico Hermannno Flaydero scripti.

Jam quæso insigne eximia non minus utilitate quam elegantia opus accedamus ipsum, de cujus singulari præstantia pretioque adaucto ut eo melius tutiusque judicare valeas, en Tibi specimina quædam ex notis eruditorum, Gudiique potissimum, inscriptionibus nonnunquam larga manu subjectis, in tuum usum deprompta.

IV, 4. T. AVIANO) Non dubium, quin in lapide fuerit TRAJANO. Hoc nomine enim Jupiter in Dacia colebatur, infr. XI, 3. Gud.

XVIII, 5. SVIS ET FVT.) Hoc est, & *fursaria*; opponitur *fursis*, id est, præsentibus. Male Reines. conjicit leg. EX FVR. h. e. *Fursaria pecunia*, quod non probo. Gud.

XXIX, 7. ELPIS. MAMMVL EJVS) Leg. MAMMVL. EJVS. id est, *Mammula ejus*. Gud.

LIII, 10. MERCVRIO ARCECIO) Reinesius putat, *Arcecio esse* pro *Arcesso*. Ego vero vehementer dubito, an lapis non habuerit ACACESIO. Neque enim ulla, quod sciam, sit uspiam mentio apud præcos Mercurii vel Arcecii vel Arceii vel Arcetii. At constat, Mercurii Acacesii, sic dicti, quia ab Acaco est educatus, simulacrum ex lapide sub colle Acacesio, & templum in urbe Megelopoli fuisse. Holthen.

LXII, 2. DVNILIVS HOMO) Viri cognomen CCCCXXIII, 7. Gud.

LXX,

SUPPLEMENTA. Tom. V Sect. I.

- LXX, 3. OB/PROCESSVS SVOS) Rein. intellexit conjugium. Mihi videtur hoc loco *processus* idem esse quod *successus* prosperos. Gud.
- LXXVI, 9. COROLITICA) Id est, corallitico lapide. Plin. XXXVI, 8. *Gust.*
10. FORT. HORR.) Scal. in indice recte, puto, explicat, intelligenda Fortuna Horreorum Galbianoꝝ, quæ a Topographis Urbis in reg. XIII collocatur. Intellico autem per Fortunam, sive statuam, sive sacellum in ædium & horreorum Galbianoꝝ introitu. Gud.
- LXXXIX, 6. AVRIBVS B. D. D.) Explico: Auribus Bonæ Deæ dicavit. Sic Capitol. Alex. Sev, *auribus Veneris eos* (uniones) *dicavit*. Gud.
- XCI, 4. ORD. BRIT.) *Autores* indicis hinc fingunt Ordinem Britonum. Sed leg. vel DOM. BRITO, vel ORIUNDUS BRITIBUS, vel OR. BRITO, i. e. *Origine Brito*. Gud.
- XCVIII, 8. CVM CARPVSCVLIS) Est tectorii species, quæ in columnis aliisque ædificii partibus ornatus causa additur. Pigh.
- CI, 1. Perperam Panvinus hoc Epigramma Tiberio tribuit, qui *Germanicus* nunquam dictus. Masson.
- CLIII, 9. DIVVS CLAVDIVS) Male *Drus* pro TI. vel TIB. Sic enim passim Claudius signatur; nec Imp. vivi eo titulo decorabantur. Mass. IMP. XI. muta in XXI. Id.
- CLXIII, 8. Perperam a Cittadino, nec melius a Ligorio restituta. Titulus certe DAC. neque Elagabulo, neque Maximino convenit. Neutri etiam IMP. V. Mass.
- CLXXXIX, 12. M. LXXX. PAVLINO &c.) Notatu dignum, quod hic ad designandum annum citentur Coll. quatuor, & ii omnes suffecti. &c. Almelov.
- CXCI, 3. CAES. DESTINATVS) Id est, *creatus, deletus, & declaratus*. Sic testamento tutores *destinare* dixit Vlpianus. Gud.
- CCVII. ANTAS) Philander ap. Vitruv. *antas & antepagmenta* proisdem habet. Atqui multum differunt. *Anta* enim lapidea, *antepagmenta* lignea. Ac istæ his operiebantur ornamenti gratia Festus latera ostiorum vocat. Gud.

indorsi ad calcem erant rejectæ, ipsis paginis statim subjectis, quo quidem ipso, ni fallimur, Gruteri quoque *rapta parva* & inutiliter repetitas ab eo inscriptiones sine incommodo de-
 aorum æque ac typographi tollere Cl. Editores potuissent.

Post eruditam hanc eruditissimi Burmanni Præfationem collocata sunt Grævii epitaphium & elogium, quæ Janum Beouckhusium & Joh. Fredericum Cramerum autores agnoscunt. Hæc statim excipiunt imago Grævii versibus insignis poetæ Dav. Hoogstratani decorata, Gruteri vetus ad Rudolphum II. Dedicatio, ejusque Præfatio, elogium, atque effigies; ac denique Panegyrici, Grutero a Balth. Venatore & Friderico Hermannno Flaydero scripti.

Jam quæso insignis eximia non minus utilitate quam elegantia opus accedamus ipsum, de cujus singulari præstantia pretioque adaucto ut eo melius tutiusque judicare valeas; cui Tibi specimina quedam ex notis eruditorum, Gudiique potissimum, inscriptionibus nonnunquam larga manu subjectis, in tuum usum deprompta.

IV, 4. T. AVIANO) Non dubium, quin in lapide fuerit TRAJANO. Hoc nomine enim Jupiter in Dacia colebatur, infr. XI, 3. Gud.

XVIII, 5. SVIS ET FVT.) Hoc est, & *furaria*; opponitur *furis*, id est, presentibus. Male Reines. conjicit leg. EK FVR. h. e. *Furfaria pecunia*, quod non probo. Gud.

XXIX, 7. ELPIS. MAMMVLEJVS) Leg. MAMMVL. EJVVS. id est, *Mammula ejus*. Gud.

LII, 10. MERCVRIO ARCECIO) Reinesius putat, *Arcecio* esse pro *Arcesso*. Ego vero vehementer dubito, an lapis non habuerit ACACESIO. Neque enim ulla, quod sciam, sit usquam mentio apud præcos Mercurii vel Arcecii vel Arcessii vel Arcetii. At constat, Mercurii Acacesii, sic dicti, quia ab Acaco est educatus, simulacrum ex lapide sub colle Acacesio, & templum in urbe Megelopoli fuisse. Holthen.

LXII, 2. DVNILIVS HOMO) Viri cognomen CCCCXXIII, 7. Gud.

LXX,

- LXX, 3. OBPROCESSVS SVOS) Reia. intellexit conjugium. Mihi videtur hoc loco *processus* idem esse quod *successus prosperus*. Gud.
- LXXVI, 9. COROLITICA) Id est, corallitico lapide. Plin. XXXVI, 8. *Gem.*
10. FORT. HORR.) Scal. in indice recte, puto, explicat, intelligenda Fortuna Horreorum Galbianoꝝ, quæ a Topographis Urbis in reg. XIII collocatur. Intellego autem per Fortunatam, sive statuam, sive sacellum in ædium & horreorum Galbianoꝝ introitu. Gud.
- LXXXIX, 6. AVRIBVS B. D. D.) Explico: Auribus Bonæ Deæ dicavit. Sic Capitol. Alex. Sev, *auribus Veneris eos* (uniones) *dicavit*. Gud.
- XCI, 6. ORD. BRIT.) Auctores indicis hinc fingunt Ordinem Britonum. Sed leg. vel DOM. BRITO, vel ORIANDUS BRITANNIUS, vel OR. BRITO, i. e. *Origine Brito*. Gud.
- XCVIII, 8. CVM CARPVSCVLIS) Est tectorii species, quæ in columnis aliisque ædificii partibus ornatus causa additur. Pigh.
- CI, 1. Perperam Panvinius hoc Epigramma Tiberio tribuit, quæ *Germanicus* nunquam dictus. Masson.
- CLIII, 9. DIVVS CLAVDIVS) Male *Divus* pro TI. vel TIB. Sic enim passim Claudius signatur; nec Imp. vivi eo titulo decorabantur. Mass. IMP. XI. muta in XXI. Id.
- CLXIII, 8. Perperam a Cittadino, nec melius a Ligorio restituta. Titulus certe DAC. neque Elagabulo, neque Maximino convenit. Neutri etiam IMP. V. Mass.
- CLXXXIX, 12. M. L. L. PAVLINO &c.) Notatu dignum, quod hic ad designandum annum citentur Coll. quatuor, & ii omnes suffecti. &c. Almelov.
- CXCI, 3. CAES. DESTINATVS) Id est, *creatus, delectus, & declaratus*. Sic testamento tutores *destinare* dixit Vlpianus. Gud.
- CCVII. ANTAS) Philander ap. Vitruv. *antas & antepagmenta* proisdem habet. Atqui multum differunt. *Anta* enim lapidea, *antepagmento* lignea. Ac istæ his operiebantur ornamenta gratia Festus latera ostiorum vocat. Gud.

6 ACTORUM ERUDITORUM

CCXXVI, 3. DIVI PRON.) JVLII. Boiff. male hanc vocem inculcavit Boiffardus, cum nesciret, Julium per excellentiam *Divum* dici. Petron. *Quid porro tu, Divs, tuis curis in armis.* Græv.

CCXLV, 9. Contra Spanhemium observat Cl. Masson. quod hic lapis minime evincat, PROCOS. titulum Trajano ac proinde ante Antoninorum tempora Imperatoribus datum fuisse.

CCLVII, II. PONT. MAX.) Leg. PART. MAX. pro PONT. MAX. quo titulo nunquam decoratus Verus occurrit in numis. Masson.

CCLXX, 6. FICTORVM) Fictores dicti a fingendis libris &c. Gud. sed Grævia videtur verisimilior esse Lipsii sententia, qui fictores dictos ait, qui statuas Deorum ornant.

CCLXXXIV, 6. BB.) Id est, *bonis; bonis, & hoc optimis.* Scriber.

CCCXXXVIII, 5. COND. GR. RVSSATAE.) Id est, *Conditor gregum*, qui equorum greges ad jugum advesceret, atque exercebat. V. Charisum lib. I. Pigh. Male; grex Russata est factio Russata. Sic in præp. IV. conditor factionis Russatae. GR. igitur est Gregis. Græv.

CCCXL, 3. SYCCONDITORI) Succonditor, qui conditorum parebat in factionibus. Sunt enim conditores factionum illi, qui factionem ederent, & missus suppeditarent. Scol. ad Catal. Virg. p. 239.

CCCLXXII, 4. EXCEPTORI) Exceptores sunt *επιψηφισται*. Suid. *επιψηφισται*. Portius male interpretatur *Espectatorem*. Gud.

CCCCXXI, I. ACILIANO PRAEF. FAB. CONS.) A. V. 388, juxta Panvinium. Sed Consulem hunc fuisse, non est verosimile. Melius *Fabrum Consaburensem* in Hispania. Gud.

CCCCXXV, 5. VEXILLVM. ARGENT. INSIGNE) Scali-ger in Ind. legit *Argentum insigne*. Rectius Salmasius vexillum *argenteo insigne*, quem vide in Hist. Aug. p. 430.

CCCLIV,

COCCLIV, 5. LEG. III.) LEG. exponi potest per *Legatum*, ex præced. ubi male insertum fuit, uti liquet ex collatione cum 1028, 5. *Masson*.

COCCLXVII, 5. SEPTIMIO APRO) Rein. suspicatur legendum esse *Septimia* sc. tribu. Male. Tribus nec foeminis tributa, nec ulla eo nomine veteribus cognita. Retinenda vulgata & explicanda lectio ex usu II & III post Christum seculi, quo siue majorum & agnatorum, siue adoptantium nomina interdum integre suis interponebant gentilium nominibus. Gud.

DXLI, 2. PAVIT LEG.) Pavit Legionem, h. e. *duxit*. Gud.

DLVI, 2. AM. P.) Guther. expl. *Ala Macedonum Prima*. Sed milites denominantur a cohortibus, & equites ab alis. Gud.

3. **SI. MILES)** *Quare ei imprecatur*, ut male sit, si fuerit miles, cum & ipse fuit miles? Forsan legendum **SI MIRERIS**, vel **SIMISERET**, nempe quod hic jaceam. *Almelov*. At *Gudius*. Leg. **SIMILES**, i. e. similiter defunctus.

DLXXVIII, 8. ORNATOR GLABR.) Ornator Glabr. est ornator Glabrorum *Tiberii Caesaris*: pueros illos delictos, quorum agmen ad infame ministerium aluisse *Tiberium* narrat *Tacitus*, vocabant tum temporis *Glabros*: quod nec *Scaliger* intellexit in indice. Gud.

DXCIV, 3. ad hanc optime prolat *Gudius*, feminas quoque libros descripsisse.

6. **GLUTINATORI)** Qui conglutinanda papyro operam impendebat, in veteri *Glossar. καλλιστή* dictus. Gud.

DCXVI, 2. NICANORI SECUNDUS) *Scaur.* in ind. Nom. *Nicanorem* scribit cognominatum *Secundum*. Male. *Secundus* *Nicanoris* pater fuit. *Holthen*.

DCXXII, 1. CABATORES) Cavatores, cavitarii, Græcis recentioribus *Καβατήριος*, sculptores sunt annulorum ad signandum, graphatores. Gud.

DCXXIV.

8 ACTORUM ERVDITORUM :

DCXXIV, 10. INSULARIUS) Servus insularius, custos insulae. Gud.

DCXLIX, 7. ARTIS PROSSARIE) Prossarii sunt, qui vendunt pexas tunicas. Glossar. Prosa πῆξον. Ἰατρικῆ. Grav.

DCLIV, 4. MUSICARIO) Existimo scribendum MUSIVARIUS. Almelov.

DCLXI, 3. COLLECTIO) Collectus, qui eandem nutricem bibit. Apulej. Gud.

DCCXLIII, 7. Habet Scal. Venia P. F. Tiferia Sabina. Sed Venia P. F. monumentum posuit Tiferia Sabina, quae filia fuit Tif. Prudens. Holth.

DCCCX, 10. FOLLES) Follis vel est didrachma, vel duo minuta; de illo intelligit Scal. hunc locum. Gud.

DCCCXXXII, 11. SABINIANVS VIV. J. Gabr. Lurbæus vocem VIV. exponit de Vivivis, sic ut Sabinianus fuerit Vivivus. Absurde: nam VIV. nihil aliud est quam VIVUS, ut in tot alijs lapidibus. Gud.

DCCCL, 6. POSUIT MENSAM) Mensam posere est lapidem cippi aut terrae aggestione subnixum planum tollere in mensae modum. Gud.

DCCCXXXII, 8. CONJUGI VIRGINEAE) Id est, quam virginem acceperat. Gud.

DCCCLXXXVI, 3. ACTORIS) Non est cognomen, sed officii nomen. Male ergo Scal. in Ind. Gud.

MLII, 8. IN DIE. CENSORIO) Buchnerus in Thef. L. L. voce Censorius pueriliter hallucinatur, dum pagano homini, Christianae de resurrectione fidei illudenti hæc tribuit. Id.

MCXII, 10. ERASTUS SCRINIARIUS) Reines, putat Scrinium & Scrinarios nondum fuisse sub Claudio, itaque legit SCRIBA LIBRARIUS, sed nihil mutandum. Scriniarius enim erat is, qui scrinium gerebat in officio epistolarum. V. Salmas. ad Hist. Aug. f. 208. Gud.

Indicibus denique Praefationem Cl. Ed. Holthæus praemittit, in qua inter alia docet multos se typhotetarum erro-

res, in numeris potissimum commissos, emendasse, aliisque, quos nulla arte emendare valuit, spatium reliquisse, impleendum Lectori, cum in ea inciderit, quæ Nostrium fugerunt. At cum in corrigendis istis indicibus totus incumbit Vir clarissimus, in novis hæc novas quoque, quas recesset, mendas deprehendit, veniamque earum jure summo exposcit, cum correctioni non potuit quandoque præesse & subinde moles laboris tædium ei contraxit. Nostro etiam haud satis fuit, inquisivisse singula, quæ indicabant indices priores, & emendasse male descriptos numeros; locupletavit insuper indices generatim omnes, & singulatim ind. XXIII, cui agnomina, Augustos item, Augustas, Cæsares, & tam in fastis quam alibi descriptos Coss. quin etiam Christianos, nominaque eorum inseruit. Porro novum addidit ind. XXV in usus eorum, qui scire desiderant, quid lapidibus olim inscripserint Poetæ Romani Græcique. Confecit non minus ind. XXVI, qui ex Alphabeti ordine indicat loca, marmoribus inscriptis nobilitata; at quia minore forma typis describendus commedius circumferri poterit, alii iste ab Autore tempore adservabitur. Quem quidem magnæ omnino utilitatis laborem cum altero novoque Inscriptionum volumine avidè etiamnum expectant æqui antiquorum monumentorum æstimatores docti.

Hæc nostra Inscriptionum præstantissimi operis recensio nondum erat ad finem perducta, cum Vir pereruditus & numerorum, antiquitatum, studiorumque elegantiorum præclarus *fautor atque ruspator*, *Job. Dietericus Michelsenius*, Med. D. Glückstadio nobis mitteret Gruteri exemplar, cui partim ipse propria manu, partim Anonymus alius notas Gudii ad inscriptiones Gruterianas adscripserat perquam diligenter. Contulimus ergo summo studio codicem Michelsenianum cum nova Belgarum editione, & deprehendimus quidem notas, quæ Gudii nomen præferunt, bona semper fide recensitas fuisse, sed observavimus sane haud pauca doctissimi Viri annotata, quorum autor in Belgarum *indexi* non dicitur Gudius.

dius. Sic enim v.g. juxta cod. Michelsen. observationes ad 589, 7. 598, 7. 600, 7. 15. 614, 11. 615, 1. 621, 1. 621, 6. 625, 4. 8. 633, 4. 641, 4. 647, 6. 663, 5. 675, 8. 692, 3. reliqua, Gudium agnoscunt, at Græviana editio nomen ejus omisit, quæ etiam notas Gudii ad 550, 4 & 1089, 3 Grutero tribuit, errore forsan typographico, quo *Grut.* pro *Gud.* exscriptum legitur. Præterea Belgæ insignem copiam emendationum, conjecturarum, illustrationumque Gudianarum plane neglexerunt, quæ insignis momenti & non minoris passim utilitatis sunt. Adducamus hic potissima ex Grutero laudatissimi nostri Michelsenii, cum admonuimus, a pag. 39 hujus codicis usque ad p. 524 nihil existare adscriptum.

I, 3. PANTHEO) Sic & Drufilla Panthea dicta, teste Dione lib. 59 f. 548.

6. L. VESTORIVS) C. Vestorii, qui Sempron. Rufum vicerit, meminit Cicero lib. VI ad Attic. & lib. IV. Epist. ad Famil. & Manutius ait, Vestorium istum fuisse Puteolanum. Vestoria Sabina est in collectaneis meis.

7. Inscriptionem hanc exponit Boxborn. Quæst. Rom. 13. C. TER. DEXTER) C. Terentius C. F. Pol. Dexter est Inscr. 833, 1, idem, ut puto, qui h. l. C. TER. DEXTER.

II, 5. DEVM. DEARV SVEDIA DORI) DEVM. DEARVM. SVEDIA. DORIS. Reines. emendabat Suellia vel Spedia. Sed nil mutandum. Nam eadem Suedia Doris est 995, 15.

6. ALA. L. ULP. CON. CR. CVI. PRI.) ALA. I. SING. IMP. *Civium Romanorum CVI PRAEest.* Inscr. 6, 87.

12. PROT. DIVINI LATERIS) Reinesius conjicit PRO DIVINITATE CÆSARIS, male!

IV, 6. AVA.) SACR. Reinesius perperam. Nam Aurelius, nomen ceteroquin gentilitium hoc loco est prænomen ex usu istius sequioris temporis.

7. Habet etiam Herold. L. de Rat. Legion. in Vet. Germ. sed corruptit nomen *Sedulius* in *S. F. Didius*.

ANTON.

ANTONIANÆ) Pertinet ad tempora M. Ant. CAR. & proxim. ut Inscr. I, 168. & 4, 6.

11. VINDO) Vindebonæ.

12. Contuli cum Egorii MS. cod. cum quo accurate in omnibus convētit.

V, 2. GENIO VENALICI.) An est loci nomen, ubi venales habebantur? Sic & Inscr. VIII, 3-5.

3. GLAUDIA) CAVBIA. Monav. an *Gavidia*?

6. VENEREVM SPECVLVM) Ornatrices & Pŕŕecades dicebantur Junoni speculum tenere, quod ea munditiei & ornatus curam habeat, quare & ejus statuz crines addebant, eosque curiosa superstitione disponebant. Augustin. L. VI de C. D. Vid. Demster. ad Antiqu. Ros. l. 2 c. 6. Senec. Ep. 95. *Vetemus lintea & frigiles Jovi ferre, Junoni speculum tenere.* Vid. Pignor. de Serv. p. 202, Apud. l. 4 Metam. Triton in Veneris comitatu suo oculis dominæ speculum prægerit.

VI, 3. Cujacins l. 10 Obs. c. 35, & qui ejus errorem sequitur, Pancirollas lib. Nob. Imp. c. 154 perperam exponit hanc inscr. de Zermens. seu Zermessium colonia, de qua l. ultim. §. 8 D. de Censib. Hæc enim alia est a Zarmi Zægethusa, de qua lapis loquitur, & quæ eadem nominatur in 2 p. 272. Puto autem, Zarmisiam esse eam, quæ hodie Alba Julia, Sambuco Sarmis Dacica. Atque eadem similiter refertur a Joh. Fröstero lib. IV c. 21 Daciæ Nov. Ant.

SCAVRIANVM) Videtur hic Scaurianus idem esse cum Præf. Præt. Trajani, quem Aur. Victor *Saburanum* vocat, ex hac inscr. corrigendus.

VII, 1. JVL. PVD. SEVERIANVS) C. Jul. Pomponius Pudens Severianus Præf. Urb. in 2 p. 47, sub Alexandro vel proximis. Brit igitur Julia illa Elagabali Socmias, ut p. præc. & videtur excidisse linea, in qua fuerat MATRIS AVG.

3. MUCATRALIS) Est Mucatraulus, cui rescribit Imp. Alex. A. 980. l. 8 C. de pactis. Alius eodem nomine

miles sub Diocletiano l. 4 C. de jure fisci, & l. 7. C. de rescindenda vendit. Quemadmodum autem h. l. Mucralis est cognomen Auli; sic inscr. Trajectina itidem ad Rheum *Bixialis* est cognomen Valentis, quod hactenus ignoratum crucem fixit Viris doctis.

ALBINO ET MAXIMO COS.) A. V. 980, Chr. 228. Albinum & Maximum nominat etiam Casiodorus Alis dicuntur hi Coll. Balbinus & Clod., Pupienus Maximus.

VIII, 3. Hac eadem inscr. est p. 1007 n. 3 e schedis Ursini correctius, ubi CC Lappii priori loco ponuntur. Unde apparet in averfa parte, quam videtur h. l. Richardus descripsisse, eosdem Lappios occupasse locum posteriorem ad litem & invidiam potioris loci & ordinis vitandam.

REGVLO COS.) Errat ergo Meursius Not. ad Phleg. mirab. c. 24, qui hunc A. V. 816 Consulem cum T. Verginio Rufo II Conf. A. V. 836 eundem facit. Primus enim hujus Consul. incidit in A. V. 821 quando inter suffectos erat. V. Pighium.

6. MAXIMO COS.) A. V. 987. De hoc Maximo Capitolinus cap. 5. Clod. Pupienus Maximus post Imperium gessisse Proconsulatum Bithyniae, Graeciae & Narbonae, legatus missus in Illyrico, Sarmatas contudit, inde translatus ad Rhenum, rem contra Germanos satis feliciter gessit.

7. M. INGENVIUS) Ingenuvia M. F. in saxo reperto in Transylv. Insc. 687, 12. Ingenuus ex Legato Consulari Pannoniarum a Legionibus Maesicis contra Galienum Augustus renunciatus. Coll. Fisco & Bello. A. V. 1012 Panvin. e Trib. & Vop.

INGENVINVS) *Ingenunia* Iunia in 2 p. 708 in Blankenheim apud Ubios. *Ingeniuus* & Albinus Episcopi Brixinonte. Martyrol.

EX, 1. Referrem hunc lapidem ad Tetrici tempora, qui Imp. Aureliano omnes Gallias rexerat. Treb. Poll. & Aur. Victor:

Victor: Tetricum, qui Imperator in Gallis ab exercitu affectus fuerat, Correctorem Lucaniae exivit, aspergens hominem eleganti joco, sublimius habendum, regere aliquam Italiae partem quam trans Alpes regnare.

PROCOS. GALL. TRANSALP.) Augustus Galliam Narbonensem (Transalpinam) reddidit populo, hinc in eam missi sunt Procos. Die i. 54. Procos. Galliae Cisalpinae Q. Cal. Met. A. V. 88. Plin. l. 2 c. 67, Mela l. 3 c. 5. Pigh.

2. DEXTRO COS.) Aem. Dexter, qui pro Pescennio ad Cyzicum pugnavit, victus & necatus est. Procos. Asiae, de quo Insc. 5. p. 443.

3. ET. RV.) RVFO. A. V. 934, secundo Imp. Commodi

4. P. CORN. SCIP. COS.) A. V. 308. Inscr. 5 p. 397 & 5 p. 396.

5. SACERDOTI) Lapis, SACERDOTE.

Smetius vid.) & accurate descripsit. Contuli curia lapide.

6. VATION(VS) Larius in specim. Comm. Rom. veterum corrupte, Vatonius Fil. PROC. P. P. SVS. LLM. PROC. P. P. S.) *Procurator Provinciae Pannoniae Superioris.*

X. 3. SCAVRIANVS) (Proprator Daciae sub Imp. Trajano Insc. VI, 3. Scauriana in lap. Alb. Juli p. 84 n. 9.

4. VE.) BE. id est, *Beneficiarius*. Scal. c. 19 Ind. exponit VE. COS. *ex consule*, sed repugnant lapides, quos dixi.

6. NVMINI &c.) Hos tres versus Rupertus putat a reliquis hujus saxi diversi temporis. Et videtur diversa tempora innuere quoque versus ultimus de D. Augusto.

Q. LEPIDVS M. F.) Q. Lepidus M. F. idem est cum Lepido Fulginiano Insc. p. 407. Scalliger ad Eusebium p. 198 fuisse inter successores eo anno scribit. Reines. putat esse ordinarium, sed ejus nomen, quod inscriptiones haec & i p. 407 verum praferunt, in Fastis vulgatis, qui Q. Epidium Ruffum Lullianum

anum appellant, corruptum esse. Sunt autem vestigia veri nominis incorrupta maxime manifesta. In marioribus nomina propria sunt incorrupta, quæ in chartis per varios descriptores mire depravata sunt, & fere quilibet librarius novum in nominibus inusitatis errorem commisit, quo factum est, ut nomina a se ipsis tandem abierint longissime.

IMP. CAES. &c.) Hanc inscr. elegantem & singularis exempli vocat Guther. de Offic. D. A. III, 31 p. 678. Explicat Scalig. ad Euseb. p. 193 & Salmas. ad H. Aug. p. 17.

CENTENA MILLIA \bar{N} .) *Centena millia N.* Balbuties hæc mera est; expungit igitur Salm. l. c. & probat Gronov. 2 de pecun. Vet. p. 154.

XI, 1. Contuli. V. Ursinus de gente Messinia, Thomas. de donar. c. 4.

2. Contuli cum Ligorii MSS. qui omnia ista completa exhibebat, dubito tamen an ex lapide.

REDITV) Peregrinatus enim fuerat in Gallia, ubi Lollius clade affectus a Germanis.

4. Videtur omnino eadem cum ea, quæ est p. 22 n. 7.

5. SEMNVS.) *T. Aur. Semnus Inferi* 4 p. 761.

OPTIO) Optio est, qui alteri vicariam operam præstat, neque id solum in castris, Veget. II, 7, sed & in aliis plerisque officiis. Sic *optionem carceris* dixit Ulpianus l. 6. in fin. ff. de bon. damnat. Vid. Gutherius de Offic. Dom. Aug. c. 19 & *Optionem fabrica* Callistratus in l. fin. §. fin. ff. de jur. immu.

XII, 1. L. SEPT. SEVERI) An per L. Sept. Severum Geta intelligitur? inquit inepte Reinesius.

FR. CLARISS.) Hæc corrupta sunt, quæ frustra Heinsius explicare tentat, erasum h. l. nomen Getæ, quemadmodum in plerisque aliis monumentis. Lacunam hanc descriptores notare debuissent, sed Lazijs & Appianus multo etiam gravius peccant. Vid. n. 10 p. 32, n. 3 p. 39 & n. 9 p. 46.

2. Studio erasi.) Fuit IMPERATORIS DOMITIANI CÆSAR. Idem factum Inscr. p. 88 n. 5. Domitiani titulos eradere, memoriam omnem abolere jusserat Senatus. Sueton. Domit. c. 23.

Smetius) Ad. Thomaf. de donar. c. 17.

6. AVRARIORVM) Inscr. 6 p. 114 *Aurariarum*.

7. GAL.) Gajus Apollodorus Albæ Juliz, 13 p. 748.

8. AQ.) EQ. vel AEQ. ut in 4 p. 387, in 9 p. 576, in 3 p. 332 in 8. p. 5.

COLL. GG.) *Collegii supra scripti*. Sed transpositæ sunt voces. Repone: COLL. GG. DVXIT.

XIII, 1. T. JVN. SELEVCVS) M. Junius Seleucus sub Commodo n. 2 p. 302.

15. ADGINNIVS] Adyginus quidam Episc. Cordub. Sulp. Severus l. 2. H. S. Agidinus dicitur Laurentio de Padilla Hist. Eccl. Hisp. c. 58. S. *Adginnius Solutus* Inscr. 9 p. 718.

18. P. P. X.) *Per Provinciam Decima*. Ita Scalig. in Ind. c. 20, an *Pecunia Publica*?

20. DIP. LEG.) *DVILarius LEGionis*, ut alibi.

XIV, 9. AQ. EQ. C. P.] Reinesius: an A. quia *Equitum Civium Romanorum Aquilifer*? Fallitur. Nam habet nomen Cohortis, & explicandum: *PRAEFectus COHortis IV. Aquitanorum Equitum Communi Pecunia* (ut in aliis C. S. *Communi Sumtu*, C. V. *Communi Valuntate*. Vid. Ind. Not.) *Votum Solvit Lubens Merito*. Sic in 6 p. 480: *Praefectus Cohortis II Aquitan. & Thracum Equitum* in 1. p. 534.

7. FALLUPIUS) Leg. FAL. LUPUS, id est, *Falerina Lupus*.

10. Eadem 1. p. 1007, 12 p. 460, 3 p. 461. Vid. etiam 13 p. 52. P. *QUARTIVS VICTOR*.] M. Curtius Victor. 2 p. 1077.

13. L. VRBANVS) Est L. Volufius Urbanus nomenclator Censorius. 3 p. 630 & 4. 1116. L. Vol. Urb. nomen Praetoris.

XV, 5. V. Morigia lib. 3. Hist. Mediol. c. 1 p. 494.

C. DOM. PHOEBVS] Cn. Domitius Plætus, 5 p. 932.

P. VINIA] An OVINIA?

6. EBVSSI] An EBVTri?

7. V. Cariolo lib. 2. Hist. Brîx. p. 31.

9. ad figuram tertiam) Statua Thori ap. Suecos & Norvegos loco sceptri malleum manibus tenebat. Ol. Wormius lib. 1 Dan. Mon. c. 5. p. 15.

XVI, 2. Gruterus inscriptionem secundam hujus pag. uti & 13 p. 106, pro suspectis habet, quod videantur loqui de veteri illo & celebri Sertorio, Hispaniæ Romulo. Quia vero Q. Sertorium quendam alium a nobili illo & antiquo in Hispania vixisse patet ex inscr. Valertina 2 p. 468, ad hunc recte referuntur inscriptiones illæ, & liberantur suspitione falsi. Nam quod Junia Dona illius Q. Sertorii domestica, ut in inscr. 13 p. 106, vocetur, de Q. Sertorio Rhetore in secunda hujus pag. tradit, cujus majores adeo nobiles fuissent & clari bellica virtute fecisse intelligenda est, non quod tum vixerint.

OB PULSOS A Q. SERTORIO &c.] A. V. 674 & 675.

12. TERTIVS HERMES) Tici Hermetis Rom. 10. p. 924.

13. Dia Vocantiorum) In agro Biensi Nic. Chorierus in Hist. gen. Delphinatus.

VVAES) Reines. putat legendum VENALIS ex 8 p. 791, nec fallitur. Nam C. VENAES prænomen & nomen est Epaphroditi Liberti. Prænomen a patrono C. Cælio Hermagora, nomen a Matrone VENALE Atticilla transfumfit. VENAES potest compendii loco scriptum esse pro VENALES, id est, VENALIS. Nam E continet utramque litteram L & E, ut FN in E & N.

9—PRONIANO ET—) *Aproniano & Bradua Cos.* Sic Gruterus ipse, infra in corrigendis, quod tamen Meursius lib. VI Attic. Lect. c. 8 tanquam a se primo observatum affert.

16. VBIVS POSTHVMIVS) C. Vibius C. F. Posthumus Cos. A. V. 760, in 2 p. 1082. Sed de eo non interpretor lapidem. Q. Vibius Postumi Præfectus Dalmatiæ sub Tiberio. Vellejus lib. 2 c. 116. Ita liber Vossii probat. Bæcker. & Pigh. sub A. 762 C. Vibius Postumus.

XVII, 4.

XVII, 4. M. J. V.) *Marc. Jun. Valerius*, aut *M. Julius Victor*.

6. J. J. M.) *Jovi Junoni Minerva*, ut in 3, 4, 5, 8 p. 5. Domitianus praecedit certamini capite gestans coronam auream effigie Jovis, Junonis, Minervae. Suet. c. 4. iis enim praefides Imperii Dii. Tacit. 4 Hist.

XVIII, S. PR. 7.) Vid. de hoc signo Centurionis quid notaverit Pierius l. 37 Hierogl.

8. Romae) Lanuvii, sed post Romam portata periiit. DON. DED.) Pro illis habet Gudius D. D.

XIX, 4. CAPELLIANVS) Hic ille est Capelianus, Gordiani Aug. Senioris Legatus, postea ab eo dimissus Dux Maximini, cum Mauros petiisset, eorum auxilio Gordianum Jun. commissa pugna vicit & interfecit. Capitol. in Gord. Sen.

6. TVDERTIS) Tuder oppidum Umbriz nobile. V. Cluv. Ital. Ant. VII, 2. Martem in primis coluere TVDERTES. Silius lib. IV. *Et Gradivicolam celso de colle Tuderrem*. Erat & ibi vicus Martii, unde vicani vici Martis Tuder. in I p. 1032.

PRIMVS OMNIVM) V. 5 p. 409.

XX, 3. SACERDOTALE) V. 12 p. 325. Amm. Marcell. l. 28, p. 405 & ibi Lindenbrogius de Sacerdotium munere. Tales statim post Senatores nominantur.

6. FLAVIVS) Uxor ejus Flavia Irene, filius Flav. Chrestus in 17 p. 776.

8. DOLICHENO) Poetae Deos simpliciter vocant *Δολιχαιωνας* & *Μακροαιωνας*, *aeternos, diurnos, longevos*. Joh. Robertus l. 2 Animadv. Jur. Civ. c. 1 e Germ. Val. Pimontini Comm. in Virgil.

XXI, 2. Capacc. Hist. N. p. 243.

JOVI EIАЗIO) *Ευαζιος, Εαβαζιος* idem. Vid. Suidam, qui *εβαζιον* exponit *σαβαζιον*.

3. DEORVM MONTENSIVM) *Praefides Montium*. Commodianus, poeta Christianus, *Montenses Deos dicatis, dominentur in auro*. *Ζωὺς ἐν δαίμονος* Rhea monti-

montium ; Dea montigena apud Mæcenat. Dioned. l. 3 de metiis Cybelem sic vocat.

4. FRONT. POS.) Vid. 1 p. 437 A. V. 875.

II. JOVI PAGANICO) Id est , Paganaliis feriis rusticorum præerat *κορητικός*. Vid. Ernst. ad Val. Prob. p. 136.

XXII, 1. Hanc confictam , & expressam Reines. putat ex Amm. Marcell. ubi legitur, Gallo ex Oriente jussu Imp. accito, cum Petovionem venisset , repente apparuisse , Barbatum omnem comitem cum Apodemio agente in rebus, & militibus , quos beneficiis suis elegerat Imperator , & circumfesso, in palatio abstulisse regia indumenta, captivumque in Istriam prope oppidum Polam duxisse. Ad dicit deinde Reinesius , & quis veterum Jovem Præstitem dixit ? Est quidem in lapide Tiburtino 2 p. 1065, sed qui similiter videtur confictus. Fallitur autem. Nam Jovis Præstitis facellum est apud Capitolinum in Maximo & Balbino. Plutarch. in Qu. Rom. *λαρητῶν ἕς πραισιτάς καλῶσι.*

4. SP.) AL. ST.

JOVI SABAZIO) De Jove Sabazio videatur Jul. Firmicus de err. prof. relig. c. VI, Hesych. voce *σαβαζιος*, Suidas, Harpocr. Strabo l. V, Diod. Sic. l. 4, Clem. Alexandrinus in protrept. Cicero, Arnobius adv. Gentes l. 5 & Val. Max. l. 3, ubi Sabazii Jovis cultus Romanis peregrinus & urbe expulsus dicitur , ad quem locum Pighius : Sacra Jovis Sabazii , licet priori seculo A. V. 614 Romæ damnata ac prohibita , a posteris tamen recepta fuisse, docent ejus Dei pulvinaria Domitiani tempore facta, quæ adhuc Romæ visuntur cum titulis scilicet duobus hic frequentibus n. 5 & 6.

13. SARANICO) Saranico sic dicta a Sara fluvio, qui Mosfello admiscetur. V. Cluv. l. 2 Ant. Germ. c. ult. Batavi, iisque contermini Germani fluvii divinitatem & cultum divinum tribuebant, ut alibi prolixè docemus. Sic *Vosegum* quoque montem & sylvam pro numine colue-

trant.

runt , ut videre licet in 10 p. 94. Sarra fluvius pro militum & castrorum custodia infra p. 225, 4.

XXIII, 1. NVMM. ALBINVS) Cos. A. V. 999. Pr. Urb. A. 1009. Panvin.

5. EBVRICA) Eburum Quadorum oppidum ap. Ptolemaeum , unde expeditio haec in Quados & finitimos fuisse credi potest , sed probo magis , quod Velferus habet, BVRICA.

7. GALLO & BRADVA COS.) Meursius lib. Lect. Attic. c. 8 frustra miratur, hos duos Coss. hic conjungi , cum Galli collega fuerit Flaccus & non Bradua ; sed fallitur. Nam in omnibus factis Gallus & Bradua Coss. nominantur A. 860. Alius vero est Gallus Flacci collega A. 926, uti etiam alius Bradua Materni collega A. 937. Hos omnes Meursius confundit.

XXIV, 7. COH. III. BRIT.) Numerus Brittonum Triputensium Nymphis sacrum fecit in sylva Othonis. 5 p. 93.

12. JVNONI) Ita Livia vocata est, cum consecraretur a Caio. Vid. 2 & 4 p. 49.

XXV, 5. AOVILIAES) Genitivus formatus juxta Gracos. Sic in ista apud Pignor. Com. de Servis : *Athenais Augustas Vncl.* Inscr. II p. 581.

6. LIC. SERENIANVS) C. Praecilius Serenas A. 453, in 2. p. 259. An hic Serenianus ejus filius , ut transpositas esse litteras cogitemus LIC. pro GIL?

10. JVNIAE) Vid. 3 & 4 p. 310. Alia est virgo Junia, cujus meminit Plinius l. 7 Epist. 19.

TORQVATAE) Ejus sub A. V. 774 meminit Tacitus l. 3 Ann.

11. JVNONIBVS) Id est, Geniis ; ut enim viris Genios, ita feminis Junones tribuebant , quod vel ex hac inscr. clarum. Sulpitia ad Junonem ap. Tibull. l. 4 El. 6 : *Natalis Juno sanctos capere thuris acervos* , quos tibi dat tenera docta puella manu. Primus hunc morem annotavit Politianus. V. Demst. ad Ant. Rom. II, 6. Contra hanc observationem videtur esse clypeus in Capitolio olim conse-

consecratus cum hac inscr. GENIO VRBIS. R. SIVE
MAS. SIVE FEMINA. V. Guth. l. 4 c. 5.

XXVI, 2. GABINIUS) An *Sabina* ? ut sit nomen familiae, an
tribus ?

6. MAROGATANVS) Vid. 10 p. 24 & 8 p. 52.

9. L. BENNIUS) Hunc Cacharmum vocat Imp. Justinus
edicto 15 & Novell.

L. SEJO TVBERONE) Hunc Tacitus l. 4 nominat inter
primores civitatis, amicum Tiberii, sed defecto cor-
pore.

XXVII, 2. C. MENATIVS) *Menafus*. Bald. l. 4 Epigr. f. 512.
Sed lege *Tenatius*. Nam *Tenatii* in agro Veronensi hono-
rati, ut in 6 p. 832 6, 891. 4, 924. 8, 742.

4. VOTA &c.) Exponit Salmat. f. 280 not. ad Lamprid.

XXVIII, 1. APOLLADORVS. V. C.) Apollodorus Proc. Afr.
ad quem l. 2 C. Theod. de Imperat. A. Chr. 400 data
Coss. Stilic. & Aureliano.

C. F.) *Castissima femina*, vel etiam *clarissima*, ut inscr. 5
hujus pag.

2. In hac inscr. apparet Advocatorum Africae honoratam
admodum fuisse conditionem. Similis est locus inscr. 1
p. 462. V. Guther. lib. 3. de Offic. D. A. c. 2, ubi p. 424,
laudat illud Apollinaris Sidonii: cum Advocatorum fi-
niunt actiones, incipiunt dignitates.

SEXTILIVS) P. 192, 3 est SERVILIVS.

AEDESIUS) Est Aedesius Magister memor. sub Constanti-
no. Ejus meminit Amm. Marcell. l. 15 sub Consulat. Ar-
bet. & Lolliani, h. e. A. Chr. 355.

4. MILLESIMI VRBIS ANNI) Millesimo urbis anno,
Heinsius Exercit. Sacr. l. 5 c. 10.

6. GRATIANO V.) Ligor. IV; & hanc genuinam esse lectio-
nem patet ex inscr. 3 p. 371 & Cod. Theodof.

XXIX, 2. OTACILLA) Reines. emend. *Opracilla*, male.

4. VSIAE) LVSIAE an ORVSIAE ? M. Oruf. Tertull. in
8 p. 1016.

DIVARVM) Id est, Cereris & Proserpinae. Laur. Pignor.
apud

apud Vrsat. p. 94. Ego vero non dubito, quin explicandum sit : Marcianæ Aug. Matidiæ Aug. & Juliz Sabine Aug. Hadriani conjugis.

10. SVOS VIVI.) An BOBVS VI. VI. id est, *bis sex* ?
 12. D. M.) De Diana exponit Guther. sed falsè. Est enim *Deum Matris*, ut in sequ. inscr. *Sacra Mat. Deum*.
 13. Apud Lectoratenses) *Lectoratum*, caput Armagniaci Principatus olim dictum fuisse Tauropolium, inepte sentit G. Fournier Soc. Jéf. Geogr. P. I p. 6 c. 36. & ante eum alii ; decepti stupore & imperitia incolarum, qui non intellexerunt, quid esset Tauropolium, sive vero nomine Taurobolium.
11. POMP.) *Pomponia*. Salmal. l. c. Ita *Secundus Decurio* in 2 p. 96 & 9 p. 61. *Decurionum primus & perpetuus*.
 13. POMPEJANO. COS. VI.) A. V. 994, alii tamen Papi-
 nianum vocant, nimirum Capitolinus & Inscr. 6 p. 402.

TAVROPOLIUM ACCEPIT) Guther. l. 4 de Jur. Part. c. 19 *matrem magnam Deum* tribus nominibus celebratam fuisse dicit, triplexque taurobolium illi uno eodem sacro fieri consuetum apud Aeginam, ut demonstrat 2 p. 309; quare in 13 hujus pag. leguntur tria sacra iisdem verbis, mutato solum nomine ejus, quæ taurobolium accepit, 1. Dornitia Ifidi, 2. Flora Dianæ, 3. Modesta Cereri sacrum hoc fecere, (nam tribus aris exstructis sacrum istud pergebatur) & hostiis suis accipere. Quod amplius est quam facere; nam accipere est pascere, & solenni convivio celebrare. Hæc Reines. quæ probare non possum. Certe 2 p. 309 non id demonstrat, quod vult Reinesius, in 13 hujus pag. una est mater Deum, nec nomen mutat, ac si litteræ ter repetitæ S. M. D. hoc indicarent, sed fuere tres diversæ feminæ, quarum unaquæque sacro matris Deum taurobolium accepit.

14. CANINIO) LATINIO, ut pag. sequ.
 XXX, l. EARINIO) An *Lavinio*, ut 4 p. 693?
 4. PACIO.) Pacius non fuit Sacerdos Agrippæ, ut voluit Autor Indicis, sed Libertus ejus, ut Zmynthius

Proculiani in 5 h. pag. & Accius Agrippæ in eadem & 3 p. 31.

PVLANIVS) M. Pullienus Priscus in lap. Anglar. I. 739.
Pullenius Priscus 3, 815.

XXXII, 6. BALBILLVS) J. C. Capacc. I. 8 p. 210 legit BARBILLVS. male.

XXXIII, 3. COL. AEQVENS.) Sic in lap. Tulfaldiens. prope Albam Sertoriae Felinae Dom. (pro *Dome*) AEQVO. *Αικῶν* Colonia in Dalmat. Ptolom. & Anton. Vid. etiam 8 p. 12 & 4 p. 387.

6. II. Vid. Capacc. H. N. 2, 20 & I, 14 p. 191.

XXXIV. 4. D. D.) Reinesf. putat esse lusum & signa marmorarii, sic Ø Ø, unde descriptores formasse vult D. D. Sed male explicare *Donum Dederunt*, quod integre legitur in 2 p. 691.

6. NAMA. SEBESIO) Bulenger. de Magia I, 5 de Namza in Elymnide Perfidis exponit. Vid. etiam Grotium ad I Marc. c. 6 & ad 2 c. 2, Capacc. H. N. I. 1 p. 201.

9. V. Joh. Paul. Morigia I. 4. Histor. di Milano.

XXXV, 1. BELA) Vid. *Βῆλον* & *Βελοδῆρον* in Glossis Græco-Barb. Meursii.

XXXVII, 1. MAN.) L. MANNEI. Manneus Asiaticus Magister Vici Pauli reg. XIII sub Adriano A. V. 888 infra p. 251.

3. FONTI) V. 4 p. 94. Reinesf. pro FONTI ex conjectura substituit APOLLINI, Ridicule; nam & inf. n. 4. p. 94. FONTI B. id est, *Beleno*.

7. APOLLINI) Simulacrum factum Augusto cum Apollinis cunctis insignibus, Servius ad illud Virgilii: *Castæ fave Lucina, tuus jam regnat Apollo*. Ecl. 4. Augustus Apolline satus existimabatur. Sueton. c. 94. V. & c. 70.

8. IB. AVG. TAVR.) *Libertus Augusta Taurinorum*, uti Lib. municipii Celeiani, & Lib. Coloniae Lingonum. Vid. Ind. c. 7. Lit. L.

II. APOLLINI GRANNO) A Dione in excerpt. Peiresc. p. 753, ubi de Imp. Caracalla agit, inter alios Deos nominatur ὁ Ἀπόλλων ὁ Ἰβάνος.

DISPRAES.) Senec. contr. I. in edit. Erasmi. & MSS. *praesentes habet*

habemus Deor. V. ibi Gronov. qui adducit Virgil. Horat. Petron.

C.) Id est, *Censefima* hereditatum, ut 7 p. 426. Dio l. 57:

τέλος τι διακοσίων ἔχον, ἑκατοσὴν ἡγάγυ.

XXXVIII, 1. CVM BASEMIRPA.) Reinesii explicatio mihi non probatur, quippe nimis coacta & longius petita. Inscriptio illa, e qua formulam hanc probari cupit, valde suspecta est. Certe si unquam in usu talis formula, tantum sepulchralis fuerit; ferri non potest in tabulis Deorum votivis. Atque ea ratio vel sola atque unica Reinesianam explicationem satis refutat.

DXXXII, p. T. AVRELIO) Patriæ nomen positum ante cognomen. V. 8. p. 533.

DLII, 5. M. PRIMAE) M. *Macedonica* ex 3 p. 443 & 10 p. 444 & 7 p. 542. *Et paulo post.* Scaliger, ut patet e c. 6 indicis non intellexit. Facit enim M. primæ ommissis antecedentibus; sed non opus est de exponenda lit. M. laborare. Pertinet enim ad τὸ ΜΟΝΤΑΝΟΡΥΜ.

Cohors prima Montanorum nominatur in 8 & 10 p. 544.

DLV, & FORO CORNELI.) Forum Cornelii urbs Italiæ, nunc Imola dicta. V. Cluv. in Ital. p. 290.

DLXVI, 5. Romæ.) Nunc Reate extra portam Romanam in villa Senantior.

ANN. XXVIII.) AI. ANN. XXIII.

DLXVIII, 5. Tab. marmorea) Hodie extra portam Flaminiam in hortis Bosii.

DLXXIV, 5. Pars hujus supra p. 189 n. 12 existat.

DLXXV, 3 aut 4.) Gautherus de Offic. Dom. Aug. p. 663 hæsitanter explicat, neque rem expedit.

DLXXVII, 8. In eodem marmore adjungitur inscriptio, sexta p. sequentis, AGRIAË &c.

DLXXVIII, 4. A LAGVNA (*) *ALaguna* idem quod infra p. 582 n. 2 a *potione*.

DLXXX, 2. SARCINATR.) In fragm. Corn. Frontonis legitur

(*) In nova Gruteriani operis editione exscriptum legitur
LACVNA, errore typographico.

gitur Sartrix, quæ sarcit, Sarcinatrix, quæ sarcinas servat, quod non improbat Pignor. de Serv. p. 175, propter hanc inscriptionem.

8. EVPIO) Reines. EVPLO.

DLXXXII, 5. A latere Stæ: HIC LOCVS CONSECRATVS HABET ALTVM P. XIII. S. BVPTVS.

DLXXXIII, 5. ARGENTARIVS) Pater Argentarius. Ego Corintharius quidam ad statuam Augusti adscripsit. Sueton. Aug. c. 70.

DLXXXVI, 6. In palatio de la Valle) Nunc in hortis Medicis in monte Pincio. Ceterum inscriptio hæc in ara majori legitur lit. iisdem, quibus Col. Rostrat. quas ad init. 2 sec. refero. Vidi, Contuli.

AVG. LIB.) LIB. deest in lapide.

DLXXXVII, 6. A COMMENTA) A Commentarius idem est, qui supr. inscr. 4 p. 474. *Procurator ab Ephemeride dicitur.* Sunt autem Commentaria Principis acta diurna, quibus, quid quoque die actum esset, notabatur. De his textus est in l. 32 ff. Lex, quibus caus. maj. & *Commentariensis*. is dicitur, qui diurna iudiciorum acta excipit. V. l. 45 §. 5 ff. de Jur. Fife.

DLXXXIX, 1. SORORIS) Id est, Matidiz.

DXC, 7. PEPLIA ABAVCTORITA) Mirifice hic se torquet, variisque conjecturis verba hæc vexat Reinesius, sed nodum in scirpo querit, nihilque est mutandum.

DXCII, 8. L. N.) Rycquius interpretatur *Liberti Nomencl.*

DXCIII, 1. DOMITIAE AVG.) Supp. L. id est, *Liberti.*

2. in ædib. Mellinorum) Nunc in pinacotheca Farnesiana Marmor ornatum est variis figuris elegantissimis.

DXCVIII. 1. Tab. marmorea.) Nunc est in ædibus, quæ olim fuisse F. Ursini. In ara litt. pulch. Contuli ad lap.

2. A CVRA.) Vid. Pignor. de Serv. p. 218.

DCI, 10. SEX. POM.) Vocabulo POM-Gudius rō SER. addit.

DCVII, 4. PERFRVEARE (*)) PERFRVERERE.

DCX,

(*) Sic nova Belgarum editio; at vetus habet PERFRVERE.

DCX, 5. INOPVS) Οἰωνός, nigricans.

11. TI. CLAVD. QVIR. BLOLO.) Sic Belgarum Ἰνδορίε; at in codice Michelsoniano legitur STOLO non BLOLO.

DCXI, 9. C. EMISSVS) Reinesf. legit ONESIMVS.

12. ANN. XXIII.) ANN. XXXIII.

DCXIII, 9. Eadem inscr. in monasterio L. Justinæ Patavii representatur ornatissimis eleganti pictura parietibus depicta.

ANTONINIANO] In pict. Patav. ANTONIANO.

DCXXVI, 3. VSINIQ] Rein. an PVSINIO?

DCXXVIII. Q. VRB. Scc.] Habet hanc particulam Bulenger. 1. 6 de Imper. Rom. c. 26 Ant. Rom. l. 7 c. 45.

DCXXX, 2. In templo S. Mariæ) Nunc in hortis Coelimaontanæ Mattheiorum. Contuli.

5. ACENSYS) Reinesf. corrigit A. CENSIBVS. male; est enim accensus.

6. LICTOR PROXIMVS) Tacit l. 3 Hist. vulneratur prætor Arulenus, palantur comites, occiditur proximus licitor, dimovere turbam ausus. Cicero Verrina: proximus licitor Sestius converso bacillo oculos tundere.

DCXXXI, 8. AL. PRIMINLE) In cod. Michelsen. legitur AL. PRIMINLAE.

DCXXXII, 9. ROMÆ) Nunc apud antiquarium domo privata. Contuli ad Lapidem.

ΚΟΡΝΟΤΤΟΤ) Lap. ΚΟΡΝΟΤΤΟΤ. Ille est idem L. Cornutus Rufinus, qui Hygie titulum ponit in collect. N. 9.

DCXXXIV, 1. ΕΠΕΤΑ ΔΕ) Ibi in nota legi in lapide dicitur ΕΠΕΤΕΜ. Hæc observatio est Gudii, qui tamen in cod. Michelsen. meliori omnino sensu habet ΕΠΕΤΕΑΔΕ.

DCXXXVI, 5. OPSTETRIC.) Feminaria in 3 p. 39 & Iatro-mæza in 1 p. 110.

12. ROSAM.] Reinesf. corr. ESCAM male; nam vult, curatores cineribus suis rosam in perpetuum præbeant.

DCXXXVIII, 9. ONLEGI) L. CONLEGI.

DCXL, 6. HIC. SITV. EST.) Hæc non sunt ap. Ligor.

11. MENOLANI) Lap. MENOLAVI.

D

DCXLI,

- DCXLI, 2. DEF.) Rein. exponit *Defuncto*, ut in 2 p. 86; in indice exponunt *Defecatores*.
- DCXLII, 5. Lacunam sic supplet Gudius D. M. C. CAECILIO. & ad marginem : Al. C. DOMITIO.
7. Contuli. Est tantum 7 lin. Vid. 7 p. 729, 10 p. 651.
HORARIO) Lap. HORRIARIO.
BENEVOL. Lap. BENIVOL.
- DCXLIII, 8. CALLIPPVS. lapis Gud.) Sed in cod. Michelsen. existat CALLIPVS.
- DCXLVI, 3. PISTOR. DECVR.) *Pistorum Decurio*, ut Decurio Cubiculariorum, Sueton. Domit. c. 17.
- DCXLIX, 1. PL.] Lap. T. R. J. In prægrandi oblongo saxo litteris uncialibus sacris pulchris : inferius sutor sedet caligam conficiens, & ante eum in scabello alia caligæ.
- DCLII, 10. ATIA DYNAMIS OBST.) In nota Gudium sic dicitur invenisse in lapide. At cod. Michelsen. habet. OPST. id est *Opstetrix*.
- DCLV, 1. Contuli accurate ad lapidem. Scripta litt. init. 1 aut init. 3 seculi, sed mihi videntur tertii seculi.
OCVL.) Lap. OCVLO.
INFEISTAE) Lap. INFESTAE.
TACENT.) L. JACENT.
DOMV) Lap. DOMO.
DISCNDENS) Lap. DISCEDENS.
- DCLVI, 3. Reinésio suspectum profus & videtur e diversis conflatum.
- DCLX, 8. KEICEIΔIANOC. Gud.) Sed habet ille in cod. Michelsen. KAICEIAIANOC.
- DCLXII, 5. QVOTIESCOMQVE) QVOTIESQVOQVOMOVE Ligor. Sed apud Ligor. multæ syllabæ vitiose duplicantur.
- DCLXVIII, 6. Romæ) Nunc in ædibus Matthæiorum Cœlimontanis. Contuli.
ANN.) Lap. ANNIS.
- DCLXIII, 6. IN FRONTE P. XIII. IN AGRO XVIII.) Sic ex lapide hæc Gudius apposuisse dicitur, quæ tamen in cod.

- cod. Michelsen. ita leguntur : INFRONT. P. XIII. IN.
 AGR. PED. XVIII.
 DCLXXIV, 10. D.M. S. habet lapis teste Gudio.) Sed Cod. Mi-
 chelsen. tantum D. M. exhibet.
 INFELICISS.) Lap. INFELICISSIMI.
 IN. A.) Lap. IN. AG.
 EVRESIS) Lap. EVRESI .F.
 M. VIII.) Lap. M. VIII.
 DCXCV, 1. VINICINIA) Lege VINICIA.
 DCC, 4. PERSIVS SEVERVS) Hic forte defendi poterit,
 quod Grammatici Persio Poetae cognomen Severi tribu-
 unt. Barth. l. 6 Advers. c. 1.
 DCC1, 6. MIRISSIMVS ut DCCXI, 1. Gud.) Sed Cod. Mi-
 chelsen. & ipsa inscr. pag. 711 habeat MIRISMVS.
 DCCVI, 16. FECIT.) Lap. FEC.
 DCCXII, 5. ET. AE—) ET AEMILIA.
 6. Romae) Nunc in ædibus, quæ fuere Fulv. Ursini. Contuli
 ad lapidem.
 In marmore) In Sarcophago.
 SER.) Lap. SEX.
 FEC. VIX. AN. XI.) Lap. F. C. VIX. AN. XII.
 II. Vid. p. 909, ex eod. Strada sed manca.
 DCCXV, 6. VINICIO. VINICIA. VINICIUS. VINICIAE)
 VINCIO. VINCIA. VINCIUS. VINCIAE. Sic Volca-
 merus Norimbergenfis e lapide descripserat.
 DCCXVII, 1. d. VERRIUS AVITUS) Inscr. 3 p. 681. Durri-
 us Avitus.
 DCCXIX, 2. PATR.) Lap. PATRO. id est, *Patrono*, optime!
 nam additur ET CONJVGI.
 DCCXXV, 14. Vid. Inscr. I p. DCCLII, cui postrema hu-
 jusce inscriptionis perperam annectuntur.
 DCCXLII, 5. Sine dubio est eadem, quæ corruptior, ut pu-
 to, descripta est p. 730 n. 10.
 B. C. F. SECUNDAL.) Hæc defunt apud Ligor.
 PROTEO) Ligor. PROBO.

28. ACTORUM ERUDITORUM

DCCXLVII, 7. Hanc inscriptionem ex Ligorio ita supplevit Gudius:

NA.) NARCISSVS.

PARENT.) Add. FILIÆ.

VLPI) Leg. VLPIVS LON.

SIBL.) Add. ET SVIS.

LIBERTABVSQ.) Ad. POSTERISQ.

AN. X. M.) Ad. IX. ☽

DCCXLVIII, 8. Pertinet ad monum. Christ.

11. Supplet ista Schedius Syntagm. 2. de Dis Germ.
c. 49 p. 459

DCCXLIX, 4. ΜΥΡΤΑΑΗ) ΑΙ. ΜΗΡΤΑΑΗ.

ΕΞΒΙΝ ΕΞΟΤΙΑΝ) ΜΗΤΕ. ΘΕΙΝΑΙ. ΕΞΟΤΙΑΝ. ΑΙ.
ΘΗΝΑΙ.

DCCLXXVIII, 3. Lege DECANILLA. COELÆ. Gud.) Sed
Cod. Michelsen. Lig. id est, *Ligorius*: DECANILLA,
& COELLÆ.

DCCLXXXVI, 5. CVM CVO) Lap. CVM QVO.

DCCCIII, 1. DOMVM AETERNAM.) Sic Varro in Pseudo-
Apolline *aeternam domum hominum* Tellurem dicit.
Domus quoque simpliciter appellatur in 5 p. 680. *Ager
Somni* in 5 p. 410. *Sedes* in 7 p. 611. *interna securitas*
in 2 p. 810. *Requitorium* in 4 p. 883. Notum quoque
illud Petronii Antigenidis epitaphium: *Hac domus a-
terna est: hic sum situs, hic ero semper.* Sic nec sa-
cri scriptores abhorrent ab ejusmodi loquendi forma-
lis. Videatur Paulinus Epist. 36 & Sidon. 1, 2 Ep. 8.
Rupert.

7. AVITI.) Reines. AVTIANVS.

DCCCVI, 2. GENVSIVS) Lap. GENVCIVS.

DCCCXIV, 4. VERIANAE) Lap. VERINAE.

DCCXVI, 3. Eadem cum 1 p. 737.

DCCCXIX, 3. PRAEIELLIVS) PRACILLIVS.

DCCCXXXIII, 13. TESIA) Lap. RESIA.

PARNASENTI) L. PARNACENTI.

DCCCLXIX,

DCCCLXIX, 3. Ferrariae tabula marmorea fracta, & ex duobus fragmentis iterum compositis a Gudio descripta sic:

MEMORIAE DOMITIAE
 ET. T. DOMITIO. T. F. ROM.
 HAENOBARBO. AVONCLO
 AB. MVNIC. SVO. ADL. DEC. FRATRI
 DOMITIVS. PRIMIDIVS. T. F. ROM.
 SIBI. ET SVIS. TEST.
 FIERI. IVSSIT.

13. L. ESTI) L. SESTI.

DCCCLXXXIX, 4. OCCANI) Reines. OCEANI.

DCCCXC VII, 8. PAMPIIS) Lape: POMPEIS.

DCCCXC VIII, 1. SIC VITA TRVDITVR]. E Petron. p. 34.

DCCCCXVIII, 12. ΠΑΜΙΑΟC) Reines. leg. ΠΑΜΠΙΤΟΝ.

DCCCCLIII, 1. Trovata in Galerata Vico nelli Infubri Popoli nel Mediolanese Territorio.

PIENTISSIMO) Lap. PIENTISS.

P. XXX.) Lap. P. XX.

DCCCLVIII, 1. ET. SIBE) Lap. ET. SIBI.

DCCCCLXIII, 6. L. L.) Lap. M. L.

DCCCCLXIV, 2. MACERIA) Maceria munimentum sepulcrorum est. Quod verbum reponendum in Suctonio in Nerone c. 33. Ubi Nero bustum Claudii non nisi humili maceria confectum neglexisse dicitur. Male hactenus omnes legerunt *materia*. Rupert.

DCCCXVIII, 7. ΕΙΟΡΑΙΑC) Ligor. KAI ΙΟΡΑΙΑC.

13. PISSIMAE) Lap. PISSIMAEQVE.

DCCCCLXXVI, AN. VII.) Lap. AN. VI.

DCCCCLXXX, 1. SYMPHERVSAE) F. A. addit Th. Bartholinus, qui vidit in palatio Burghesiano.

M, 9. Celsius Cittadinus vidit olim ad Montem Jordani conjunctum cum eo, quod habetur supra p. DCCCXLIII, 2.

CVMQVE) Cels. Citt. QVMQVE.

MXV, 8. EVNDEM) L. EVNDVM.

LATE.) L. LATERVM.

MXXI, 6. PI. C.) PROC.

28 ACTORUM ERUDITORUM

DCCXLVII, 7. Hanc inscriptionem ex Ligorio ita supplevit Gadius:

NA.) NARCISSVS.

PARENT.) Add. FILIÆ.

VLPI) Leg. VLPIVS LON.

SIBL.) Add. ET SVIS.

LIBERTABVSQ.) Ad. POSTERISQ.

AN. X. M.) Ad. IX. ♀

DCCXLVIII, 8. Pertinet ad monum. Christ.

11. Supplet ista Schedius Syntagm. 2. de Dis Germ.
c. 49 p. 459

DCCXLIX, 4. ΜΡΤΑΑΗ) ΑΙ. ΜΗΡΤΑΑΗ.

ΕΞΕΙΝ ΕΞΟΤΙΑΝ) ΜΗΤΕ. ΘΕΙΝΑΙ. ΕΞΟΤΙΑΝ. ΑΙ.
ΘΗΝΑΙ.

DCCLXXXVIII, 3. Lege DECANILLA. COELÆ. Gud.) Sed
Cod. Michelsen. Isig. id est, *Ligorius*: DECANILLA,
& COELLÆ.

DCCLXXXVI, 5. CVM CVO) Lap. CVM QVO.

DCCCLIII, 1. DOMVM AETERNAM.) Sic Varro in Pseudo-
Apolline *æternam domum hominum* Tellurem dicit.
Domus quoque simpliciter appellatur in 5 p. 680. *Ager
Somni* in 5 p. 410. *Sedes* in 7 p. 611. *interna securitas*
in 2 p. 810. *Requitorium* in 4 p. 883. Notum quoque
illud Petronii Antigenidis epitaphium: *Hac domus æ-
terna est: hic sum situs, hic ero semper*. Sic nec fa-
cri scriptores abhorrent ab ejusmodi loquendi forma-
lis. Videatur Paulinus Epist. 36 & Sidon. l. 2 Ep. 8.
Rupert.

7. AVITI.) Reinf. AVITIANVS.

DCCCVI, 2. GENVSIVS) Lap. GENVCIVS.

DCCXXIV, 4. VERIANAE) Lap. VERINAE.

DCCLXXVI, 3. Eadem cum 1 p. 737.

DCCCLXIX, 3. PRAEIELLIVS) PRACILLIVS.

DCCCLXXXIII, 13. TESIA) Lap. RESIA.

PARNASENI) L. PARNACENI.

DCCCLXIX,

DCCCLXIX, 3. Ferrariae tabula marmorea fracta, & ex duobus fragmentis iterum compositis a Gudio descripta sic:

MEMORIAE DOMITIAE
ET. T. DOMITIO. T. F. ROM.
HAENOBARBO. AVONCLO
AB. MVNIC. SVO. ADL. DEC. FRATRI
DOMITIVS. PRIMIDIVS. T. F. ROM.
SIBI. ET SVIS. TEST.
FIERI. IVSSIT.

13. L. ESTI) L. SESTI.

DCCCLXXXIX, 4. OCCANI) Reines. OCEANI.

DCCCXCVIII, 8. PAMPIS) Lege: POMPEIS.

DCCCXCVIII, 1. SIC VITA TRVDITVR.] E Petron. p. 34.

DCCCCXVIII, 12. ΠΑΜΙΑΟC) Reines. leg. ΠΑΜΠΙΤΟΝ.

DCCCCLIII, 1. Trovata in Galerata Vico nelli Infubri Popoli nel Mediolanese Territorio.

PIENTISSIMO) Lap. PIENTISS.

P. XXX.) Lap. P. XX.

DCCCCLVIII, 1. ET. SIBE) Lap. ET. SIBI.

DCCCCLXIII, 6. L. L.) Lap. M. L.

DCCCCLXIV, 2. MACERIA) Maceria munimentum sepulcrorum est. Quod verbum reponendum in Suetonio in Nerone c. 33. Ubi Nero bustum Claudii non nisi humili maceria conseptum neglexisse dicitur. Male hactenus omnes legerunt *materia*. Rupert.

DCCCCXVIII, 7. ΕΙΟΓΑΙΑC) Ligor. KAI ΙΟΤΑΙΑC.

13. PISSIMAE) Lap. PISSIMAEQVE.

DCCCCLXXVI, AN. VII.) Lap. AN. VI.

DCCCCLXXX, 1. SYMPHERVSAE) F. A. addit Th. Bartholinus, qui vidit in palatio Burghesiano.

M, 9. Celsius Cittadinus vidit olim ad Montem Jordani conjunctum cum eo, quod habetur supra p. DCCCXLIII, 2.

CVMQVE) Cels. Citt. QVMQVE.

MXV, 8. EVNDEM) L. EVNDVM.

LATE.) L. LATERVM.

MXXI, 6. PI. C.) PROC.

8. CONSOL) An. V. 558.

—INAD. CEPIT.) SCHINAD cepit. Cycladas rexit
Marcellus in 8 p. 1096. HINNAD. in Urfini Vir. III.
unde Rein. interpretatur de Enna Henna Siciliae A. V.
542 capta cum Syracusis.

MXXXII, 1. ALBINO) Forfan ALBINOVANO. Hoc enim
cognomen alias Populiorum, ut & Pedito.

MLXXII, 7. SILPHON) Leg. SILPHION.

MCII, 7. LN.) Sed Cod. Michelsen. L. N.

DF.V.) At Id. DEV.

DD.) Idem : DDD.

MCVIII, 6. TIBVR.] Lap. TIBVRI.

COSS.) Lap. COS.

MXI, 14. SPENDON) Florus Spindontis scil. libertus sub
Augusto 3 p. 1077.

MXXII, 7. SEVERIANAE) Lapis SAEVERIANAE.

STEFANVS) Lap. STEPHANVS.

MCXXXII, 7. G.) Lap. C. & sic reliquæ quatuor G.

MCXLII, 10. IPHYNCANVS) At Cod. Michelsen. IPHYN-
CHANVS.

Spuria IV, 1. Ex Martiale de Janiculo : Hinc septem domi-
nos videre montes : Hinc totam licet æstimare Romam.

Indic. Cap. I. Iſaca Taurobolita.) Male!

3. Sacerdos Coloniae Patriciae) Post hæc adde : Sacerdos
Coeniniensis. CCCLXXXV, 1. CCCCXXXVI, 5.
CCCCCLXXXIV, 6.

Taurobolita) Leg. Tauroboliata.

4. Equorum probatis) Adde : Eusebiae, *εὐσεβία* Plalia
1 & 5. p. 314 & 2. p. 404.

MAGISTER) Ad. Magister factionis, CCXXXVIII, 1, 2.

6. Centuria XIII.) Falsum & hoc. Ergone plures cohortis
unius, quam quinque centuriz ? sic omnino puto.

EX III Fide (Cohorte)) At Gud. delet τὸ *Cohorte*, & expli-
cat *Trireme Fidei*.

Librarius) Post hæc adde : Liburn. Varvar. CL. Pr. Ra-
venn. p. 101XIII, 7.

Præpo-

- Præpositus Numeror. in Pontum ab Saro) Male Scaliger
 contra lap. lege in Ponto Ab-Saro.
20. D. O. M. *Dea Optima Maxime*). Legendum ibill. O. M.
 id est, Jovi Opt. Max.
 STR. A. P. R.) Forf. *Strator Appia*.
21. JULIA &c. MXXI, 1.) Numer. corrupt.
 DRVSVS CAESAR. CCXXXVI, 9. DC, 5.) Num. 9 &
 5 fidi.
 DRVSVS GERMANICVS frater Tiberii Aug. CCXXXIV, 2.
 CAESAR filius Tiberii Aug. CCXXXVI, 6, 7, &
 DC, 3, 4.
 CAESAR, filius Germanici Caesaris. CCXXXVII, 2,
 CCXXXVI, 10 confunduntur tres Drusi.
- JULIA AGRIPPINA &c.) Corrupte citatur & intelligitur
 Julia illa Agrippina Claudii uxor, qui Caesar Aug. Ger-
 manicus vocatur. MATER AVG. i. e. Mater Neronis.
- NERO GERMANICI F. CXIII, 3) CXIII, 3 perperam huc
 refertur, cum sit Nero Fil. Claudii Caf. uti etiam, quæ
 ibi memoratur Agrippina, non est uxor Germanici sed
 filia, mater Neronis, nupta nuptiis secundis Claudio Aug.
22. Aufidius Victorinus) Post hæc adde : Ti. Claudius
 Aug. III. L. Vitellius II. Cor. DCCCIX, 10.
 Antoninus Pius) Non est Ant. Pius.
23. L. Aefclonius Oriens) Post hæc adde ; L. Aefius Urba-
 nus XIII, 2.
 C. Publicius L. F. Bibulus &c. titulus Romæ est ad clivum
 montis Capitol. in via publica in muro.
 Rufus Feltus, CCCCLXIV, 7.
 L. Saccius Modestus, DCCXLI, 2.
- NOTE TYRONIS ac SENEÆ.
- Videntur prima vice collectæ a Tyrone, postea auctæ a Se-
 neca ; atque iterum tertio auctæ a Cypriano : tandem
 promiscue ab aliis, ut recentiora vocabula ostendunt.
 Certe nomina Imp. quæ recitantur p. LXIV & LXV
 demonstrant, farraginem hanc notarum collectam esse
 post Antonini Pii tempora.

Ad

8. CONSOL) An. V. 558.

—INAD. CEPT.) SCHINAD cepit. Cycladas rexit
Marcellus in 8 p. 1096. HINNAD. in Urfini Vir. III.
unde Rein. interpretatur de Enna Henna Siciliæ A. V.
542 capta cum Syracusis.

MXXXII, 1. ALBINO) Forfan ALBINOVANO. Hoc enim
cognomen alias Populiorum, ut & Pedo.

MLXXII, 7. SILPHON) Leg. SILPHION.

MCII, 7. LN.) Sed Cod. Michelsen. L. N.

DF. V.) At Id. DEV.

DD.) Idem : DDD.

MCVIII, 6. TIBVR.] Lap. TIBVRI.

COSS.) Lap. COS.

MXI, 14. SPENDON) Florus Spindontis scil. libertus sub
Augusto 3 p. 1077.

MCKII, 7. SEVERIANAE) Lapis SAEVERIANAE.

STEFANVS) Lap. STEPHANVS.

MCXXXII, 7. G.) Lap. C. & sic reliquæ quatuor G.

MCXLII, 10. IPHYNCANVS) At Cod. Michelsen. IPHYN-
CHANVS.

Sparta IV, 1. Ex Martiale de Janiculo : Hinc septem domi-
nos videre montes : Hinc totam licet æstimare Romam.

Indic. Cap. I. Iſiaca Taurobolita.) Male!

3. Sacerdos Coloniae Patriciæ) Post hæc adde : Sacerdos
Cœninenſium. **CCCLXXXV**, 1. **CCCCXXXVI**, 5.
CCCCLXXXIV, 6.

Taurobolita) Leg. Tauroboliata.

4. Equorum probatis) Adde : Eusebiæ, *ἑυσεβίῃ Πιστία*
1 & 5. p. 314 & 2. p. 404.

MAGISTER) Ad. Magister factionis, **CCXXXVIII**, 1, 2.

6. Centuria XIII.) Falsum & hoc. Ergone plures cohortis
unius, quam quinque centuriæ ? sic omnino puto.

EX III Fide (Cohorte)) At Gud. delet *τὸ Cohorte*, & expli-
cat *Trireme Fidei*.

Librarius) Post hæc adde : Liburn. Varvar. **CL. Pr. Ra-**
venn. p. **ICLXIII**, 7.

Præpo-

Præpositus Numeror. in Pontum ab Saro) Male Scaliger
contra lap. lege in Ponto Ab-Saro.

20. D. O. M. *Dea Optima Maxima*). Legendum ibill. O. M.
id est, Jovi Opt. Max.

STR. A. P. R.) Forf. *Strator Appia*.

21. JVLIA &c. MXXI, 1.) Numer. corrupt.

DRVSVS CAESAR. CCXXXVI, 9. DC, 5.) Num. 9 &
5 ficti.

DRVSVS GERMANICVS frater Tiberii Aug. CCXXXIV, 2,

CAESAR filius Tiberii Aug. CCXXXVI, 6, 7, 8,

10C, 3, 4.

CAESAR, filius Germanici Caesaris. CCXXXVII, 2,

CCXXXVI, 10 confunduntur tres Drusi.

JVLIA AGRIPPINA &c.) Corrupte citatur & intelligitur

Julia illa Agrippina Claudii uxor, qui Cæsar Aug. Ger-
manicus vocatur. MATER AVG. i. e. Mater Neronis.

NERO GERMANICI F. CXIII, 3) CXIII, 3 perperam huc

refertur, cum sit Nero Fil. Claudii Cæs. uti etiam, quæ

ibi memoratur Agrippina, non est uxor Germanici sed

filia, mater Neronis, nupta nuptiis secundis Claudio Aug.

22. Aufidius Victorinus) Post hæc adde : Ti. Claudius

Aug. III. L. Vitellius II. Cor. 10CCCLX, 10.

Antoninus Pius) Non est Ant. Pius.

23. L. Aescionius Oriens) Post hæc adde : L. Aescius Urba-
nus XIII, 2.

C. Publicius L. F. Bibulus &c. titulus Romæ est ad clivum
montis Capitof. in viâ publica in muro.

Rufus Felsus, CCCCLXIV, 7.

L. Saccius Modestus, 10CCXLI, 2.

NOTÆ TYRONIS ac SENECAE.

Videntur prima vice collectæ a Tyrone, postea auctæ a Se-

neca ; atque iterum tertio auctæ a Cypriano : tandem

promiscue ab aliis, ut recentiora vocabula ostendunt.

Certe nomina Imp. quæ recitantur p. LXIV & LXV

demonstrant, farraginem hanc notasum collectam esse

post Antonini Pii tempora.

Ad

Ad notas Gironis p. 61. Cestifer) Sic est in Isidori Gloss. l. e.

παρθένος.

CXII. Oridia) Oryza, Oryda. Z in Sd. resolvebatur.

CXXXIII. Apollonifius) Apollo, Pifaeus vel Pythius.

Diephœbus) Forf. ΔιόςΦηβος, quasi bis puer, ἀστίναις
Δισηβος inter Græca vide.

Alpocatis) Albucasis.

CXXXV, Obferis) Osiris.

Serpilustrum) Serperastrum.

CXXXVIII. Cordicum) Gyzicum.

CXLII. Nisiobrox) Nibiobrix.

Callidus) Reines. an Gallibus?

CXLIII. Onedus) Odeffus. Odyffus.

Colchidonia) Chalcedonia.

Hilyrgites) Hergetes.

Hilytarges) Illitarges.

Bohetia) Bœotia.

Tyricapta) Taurocapta p. 175. Sed ibi puto scribendum
Taurocapra.

Synapæ) Sinope. Eupæ) Hypapæ.

CXCVI. Matofidum) Reines. Melodisium. L. Melodifium.

CXLVII. Scunætrum) Symmetrum, Simmetrum.

CXLVII. Hæpicadium) Epicadium, sacrum Epicuro die 20.
cujusque mensis factum. Jadistæ, qui id sacrum facerent
εικάδισαι.

CXLIX. Timum) (*) Al. Tina.

OL. Hibria) Hibris. Hibridicus) ὑβριστικός.

Cabrida) Cachrida a καχρός, ut a χλαίμης Chlamida.

Cabria Silvat. Pand. 017. est Brassica.

CLII. Idensiaeus.) Denisiacus pro Dionysiacus. Reines.

Aetheriacus) Reines. Eterianus. Loquitur de Hugone

Eterano, d. vel. Heteriacus, ἀφ' ἐταίρης, ἐταιρίας.

Aepodixis) Epidixis. Ortimbassis) ὀρθίμβασσις: ὀρθίμ-
βάδων, recta incedere.

Subsicium) Subsicivum.

CLIII.

(*) Vetus Gruteri editio habet *Timum*.

- CLIII. Trix.) Strix, Striga. Strigerium, Trigerium. Vid. Becmann.
- CLIV. Piftrit.) Piftris, i. e. piftrix, bellua marina, sic Reinef. quod non probo. Verbum est a *piftrire* f. *pifturire*, a *pinfere*, ut infra p. 173. *Cantuaris*, id est, *canis*.
- CLVI. Samonstratia) Samothracia ferrea apud Lucil. id est, anuli ferrei, de ferro Samothraces. Vid. Plin. l. 33 c. 1 & Turn. l. 20 c. 2.
- Anchoma) Incoma, ut infra p. 175. Achneumon pro Ichneumon.
- Trimitalis) An respicit *Τριμίτων*, quod habet Pollux l. 7 c. 18, vestis *ἐκ τριμίτων*. Aeschyles *τριμίτινον ὕφασμα*.
- CLVII. Horcātipolis) *Ὁρχησιπόλις*.
- CLVIII. Aephyppum) Ehippium.
- Lecticocellium*) An *Lecticosellium*, ut inscr. p. 169. & Orchifellium.
- Apolla) Abolla.
- CLIX. Tyrantinum) Ovid. l. 3. de art. amand. Tyria purpura dibapha Urbica Tyrianthica. Mart. l. 1 Epist. 54.
- Xeranpinum) Xeranelinum.
- Amitextum) Lege: Ambitextum.
- Jantinum) *Ἰανθινον*. Sororeclatum) An a *Σῶρι* seu Syrico, i. e. colore rubro?
- CLXI. Perio) Pero. Tragitipinum) Vult Trechedipnum, Licola) Ligula.
- Molocorium) An Mali corium? Apostfragifma) *ἄποσφραγισμα*.
- Crutalia) Crustalia, *Κρούσθαλλος*.
- CLXII. Promunctorium) An Promtorium?
- CLXII. Proscholis) Proscholus.
- CLXIV. Obūstrotum) Est *ὑπόστρωτον*, hipostrotum, vel hipostrotum, stragulum. *ἵππεδος Δεσφ*.
- CLXV. Lignithis.) An *λύχνυτης*? Lignithicus) Voluit Lychnuchus.
- CLXVI. Aesculentum) Esculus, arbor glandif. Vid. Plin. l. 16 c. 5.

- Aesquilis & aquila) Lege Aesquis. Escus, i. e. Aquila avis-
Sily. Pand. c. 244-
- CLXVII. Porcilia) Porcilio; Porcelliones, i. e. millepeda,
ὀνίσκος. Vid. Silvāt. Pand. c. 330, 592.
Tumatulum) Tomaculum.
- CLXVIII. Palachina) Pelecina, Πελεκίνος. Aulium) Allium.
Aula) Allia.
- CLXIX. Meratum) Meratum & Meracum dixere veteres. Cael.
Aurel. l. 2 c. 7 & l. 4 c. 6.
- CLXX. Durachium) Duracinum, q. d. Hartgetreidig.
Brochimus) Lege Brachinus, i. e. Brassarium. Walsroder
Braun-Haus.
- CLXXII. Monopticus) Monodicus, Monodarius.
Temelicus) Tymelicus.
- CLXXIII. Hierosálpinctes) Sacror. tibicines. Gellio l. 1 c. 12.
Cens. c. 12.
Hidralis) ὑδραύλης. Cornipes) Corníceps.
Scirolectés) Σκιροπλήτης. V. Lex Gr.
Pitauritanus) Πιταυρίτης, Pitaurista.
- CLXXIV. Xystercis) Xystarches, Ξυστέρης.
Athletum) Athlum, ἄθλον.
- CLXXV. Tauromínus) V. infr. Minotaurus.
Taurocapta) Forte Taurocapra. Rein. hoc dictum putat ut
supr. p. 143 Tyricapta. male!
Passifæ) Passifae.
- Platocerus) Πλατύκερος. Strociocamelus) Sic Strocio ca-
ballus infr. p. 181 col. 2.
- Pantecis) Pantices. Veson) Aison. Danmia) Dama.
Hippodania) Lege Hippodamia, & pertinet ad illud col. 1
hujus pag. Hippodamus.
- Vulpicida) Rein. legit Lupicida, ut respiciat ad Λυκοκτόνον.
Leona) Leona. Achneumon) Ichneumon.
- CLXXVI. Veltagra) Vertragi, Vertri, Veltri; canes.
Pethepus) Pithecus: Πίθηκος.
Cerdopetephus) Κερκοπιθήκος. Stilio) Stellio.
- CLXXVII. Stilionacus) Stellionatus.

Nau-

- Naumarcus) Naumachus. Naumartia) Naumachia.
 Sifarus) Σίφαρος, σίφαρα.
 Bieris) Διήρες. Διάρων. Δικωπαν.
 CLXXVIII. Tragula) Trabula. Ilcia) an Helcia? Agatus)
 Acatu.
 Cumbila) Cymbala. Categis) Καταγίς. Bosforus) An
 Zephyrus? an Corus?
 CLXXIX. Petrabulum) Πετράβολου.
 Chyrugilis) an Chyrogryllus? an *chirurgum* voluit?
 Chyromimus) Chyromimus. Chyrocafas) Cheiropafia.
 L. Χειροτασία.
 CLXXX. Fremis) Frenesis. Scelecordiacus) Scerocardia-
 cus. σκληροκαρδίου.
 Extemus) Estimens, i. e. ulcus manducans. Sylvat. Pand.
 c. 244.
 Pirominus) Πυρώμενος, inflammatus febricitans.
 Honoradia) Hamorrhagia.
 Pleutopa) An Plethoram? scripsit librar. Pleutorico, S.
 vat. Pand. c. 589. Plethoria.
 Hiterogrania) ἑτεροκρανία.
 Memmatripus) Μαιμάτριπος.
 Verruga. Verruginosum) Ferrugo. Ferruginosum.
 CLXXXI. Strocicaballus) An Struthio camelus, ut supr. f. 175.
 Arcadia) Rein. leg. Cardia. Arcadiacus) Reia. leg.
 Cardiacus.
 CLXXXII. Serracutum) Sarracum. Dibia) Dipsas. Ecina)
 Echidna.
 CXXXIII. Eurupes) Euripus. Botagra) Bagrada.
 CLXXXIV. Archilaus) Archelaus. Annius) Anio. Menan-
 der) Meander.
 Stremon) Strymon. Hidapsis) Hydapes.
 Moreontes) An Marcotis? sc. λίμνος, palus. Epitolium]
 Epitolum.
 Apotesterium) Apodyterium. Propineum) Propilium.
 Gyronteum) Gerontium.

- Aesquilis & aquila) Lege Aesquis. Escus, i. e. Aquila avis-
Sily. Pand. c. 244-
- CLXVII. Porcilia) Porcilio; Porcelliones, i. e. millepeda,
ὀνίσκος. Vid. Silvāt. Pand. c. 330, 592.
Tumatulum) Tomaculum.
- CLXVIII. Palachina) Pelecina, Πελεκίνος. Aulium) Allium.
Aula) Allia.
- CLXIX. Meratum) Meratum & Meracum dixere veteres. Cæl.
Aurel. l. 2 c. 7 & l. 4 c. 6.
- CLXX. Durachium) Duracinum, q. d. Hartgetreidig.
Brochimus) Lege Brachinus, i. e. Brassarium. *Wassgoder
Braunhaus.*
- CLXXII. Monopticus) Monodicus, Monodarius.
Temelicus) Tymelicus.
- CLXXIII. Hierosalpinctes) Sacror. tibicines. Gellio l. 1 c. 12.
Cens. c. 12.
Hidralis) ὑδραύλης. Cornipes) Corniceps.
Scirolectes) Σκιροπάλτης. V. Lex Gr.
Pitauritanus) Πιταυρίτης, Pitaurista.
- CLXXIV. Xystercis) Xystarches, Ξυστέρης.
Athletum) Athlum, ἄθλον.
- CLXXV. Taurominus) V. infr. Minotaurus.
Taurocapta) Forte Taurocapra. Rein. hoc dictum putat ut
supr. p. 143 Tyricapta. male!
Passifæ) Passifae.
- Platocerus) Πλατύκρωτος. Strociocamelus) Sic Strocio ca-
ballus infr. p. 181 col. 2.
- Pantecis) Pantices. Veson) Aison. Danmia) Dama.
Hippodania) Lege Hippodamia, & pertinet ad illud col. 1
hujus pag. *Hippodamus.*
- Vulpicida) Rein. legit Lupicida, ut respiciat ad *Λυκοκτόνον.*
Leona) Leona. Achneumon) Ichneumon.
- CLXXVI. Veltagra) Vertragi, Vertri, Veltri; canes.
Pethepus) Pithecus: Πίθηκος.
Cerdopetephus) Κερκοπιθήκος. Stilio) Stellio.
- CLXXVII. Stilionacus) Stillionatus.

- Naumarcus) Naumachus. Naumartia) Naumachia.
 Sifarus) Σίφαρος, σίφαρα.
 Biceris) Διήρες. Δικροτον. Δικωπαν.
 CLXXVIII. Tragula) Trabula. Ilcia) an Helcia? Agatus)
 Acatus.
 Cumbilæ) Cymbalæ. Categis) Καταγίς. Bosforus) An
 Zephyrus? an Corus?
 CLXXIX. Petrabulum) Πετρόβαλον.
 Chyrugilis) an Chærogryllus? an *chirurgum* voluit?
 Chyromimus) Chyromimus. Chyrocasia) Cheiropasia.
 L. Χειροτασία.
 CLXXX. Fremis) Frenesis. Scelecordiacus) Scerocardia-
 cus. σκληροκαρδίας.
 Extemus) Estimens, i. e. ulcus manducans. Sylvat. Pand.
 c. 244.
 Pirominus) Πυρώμενος. inflammatus febricitans.
 Honoradia) Hæmorrhagia.
 Pleutopa) An Plethoram? scripsit librar. Pleutorico, Sil-
 vat. Pand. c. 589. Plethoria.
 Hiterogrania) ἑτεροκρανία.
 Memmatripus) Μαμμοθρεπίος.
 Verruga. Verruginosum) Ferrugo. Ferruginosum.
 CLXXXI. Strocicaballus) An Struthio camelus, ut supr. f. 175.
 Arcadia) Rein. leg. Cardia. Arcadiacus) Rein. leg.
 Cardiacus.
 CLXXXII. Serracutum) Sarracum. Dibia) Dipsas. Ecina)
 Echidna.
 CXXXIII. Eurupes) Euripus. Botagra) Bagrada.
 CLXXXIV. Archilaus) Archelaus. Annius) Anio. Menan-
 der) Meander.
 Stremon) Strymon. Hidapsis) Hydaspes.
 Moreontes) An Mareotis? sc. λίμνος, palus. Epitoli-
 um] Epitolum.
 Apotesterium) Apodyterium. Propineum) Propilæum.
 Gyronteum) Gerontæum.

- CLXXXV. Alixa] Alixander. Alnephus] Anapus scil. fluv.
potius Enipeus.
- CLXXXVI. Camillarius] Camulatus. ita in inscript.
Cantilena) Catilena. Carominius) Carminius. Cor-
bulum) Corbule.
Coelidum) Celidon cognomen femininum in lapidibus,
& aliquando etiam virile.
Cloppus) Auppius. Corniadis] Carneades. Corri-
conus (*)] Coruncanus:
Cossenius] Coelenius. Cessenius] Cæser. Celfonius]
Cæsonius.
Cessitius] Cossatius. Cefconius.] Cosconius. Coscus]
Cossus. Cloclis] Cloelius.
- CLXXXVII. Darianus] Datianus.
Euretice] Eurydice l. *εὐρετική* cogn. Euretica virtus, i.e.
rarefactiva. Silv. Pandect. c. 249.
Eurefulæ) Heverbalus, *Ευρέβουλος* l. *Ευρεσίβουλος*.
Fanius] Fannius vel Foenius.
Genius Pompejus] Gnejus Pompejus.
- CLXXXVIII. Hieropidiſſa) Hierapydna, Hierapitna.
Hipporetis] Ex apposita nota videtur genitivus Hippo-
cratis propter similitudinem.
Indebilis] Indibilis.
Lutafius) Lutatius. Lander) Leander.
Lartenſis] Larenſis, an Lartiensis ut inscr. 3 p. 1020. Me-
ſana) Meſſana.
- CLXXXIX. Pania] pro Spania. Sic Reines. sed ego legen-
dum puto Panſa.
Picturis] Platorius. Ponitius] Pomtinus. Pirfus] Perfi-
us, vel Perſeus.
- CXC. Pelosum) Pelorum. Palinuſter.) Palinurus, an Palu-
ſter ut p. 184.
Saurus) Santia.
- CXCI. Sobtinus) Suprinus. Reines. Theopanis) Theophanes.
Theominaſtus) Theomineſtus. Thitidas) an Theridas?
Theridates? Traju-
(*) Vetus editio *Corricanus*.

Trajanus) Dragomannus, id est, interpres. Zenotilas) Zenophilus.

CXCII. Eume) Heu mi!

CXCIII. Pamnus (*)] Rein. *Rana*, *mus*, id est, de Batrachomyomachia.

Osticometra) Ortygometra.

Scinifex] Σκινίψ, κινίψ, inde scinips & cinifes. Rein.

Jurifeus) Jebuseus. Glibanum) Clibanum. Glibarius) Clibanarius.

Libanum) Libum. Libarius) Libanarius.

Ex hisce itaque satis, putamus, Lectori constabit, quam insigniter adhuc Gruterianum opus & emendari & augeri illustrarique possit. Nos quidem nulli dubitamus, quin, si ipsum Gudianum exemplar in Bibliotheca Guelferbytana studiose conferatur, spicilegium vel ex eo solo supersit neutiquam contemnendum.

JUSTIFICATION DU SILENCE RESPECTUEUX
ou Responſe aux Instruction Pastorale & autres Ecrits de
M. l' Archeveque de Cambray,

JUSTIFICATIO SILENTII VENERABUNDI, SIVE
Responſio ad Instructiones Pastorales & alia scripta Ar-
cbi-Episcopi Cameracensis.

Tomii III.

Anno 1707, 12 maj.

Alph. 3 pl. 14.

Cum controversiarum Jansenisticarum, quibus præter Galliam Belgium per annos complures tantopere agitatum fuit, varia fuerint fata, Jansenistis quidem, quos vocant, in nova semper munimenta se recipientibus, cum ad incitas redacti videri poterant, & tum maxime insurgentibus acrius, cum eos penitus debellatos illorum adversarii existi-

E 3

mant,

(*) At vetus editio *Rannus*.

mant, res eo tandem rediit, ut Romanorum Pontificum in hacce causa edita decreta submisso animi cultu, ut morigeros ecclesiae filios decet, se recipere profiterentur, modo hoc non imponatur, ut propositiones, super quibus tam diu dimicatum, in scriptis Jansenii extare, credere teneantur, et si hac quoque in re contradicere nolint, sed silentio potius suam erga Romanam sedem venerationem declarare. Atque hæc illorum cum ita comparata sit declaratio, ut nihil amplius ab illis exigi posse videatur, tantum tamen abest, ut adversariis suis satisfecerint, ut hi potius postulaverint, credendum esse in quaestionibus quoque facti falli non posse Romanum Pontificem, nec dubitandum, in eo, quo damnatae sunt, sensu propositiones istas in Jansenii scriptis extare, eo quod Romanus ita pronuntiaverit Pontifex, quidquid etiam aliis videatur. Præter alios, qui Jansenistis se nostra ætate opposuerunt, in hancce ingressus est sententiam illustrissimus Cameracensium Archi-Episcopus, cuius nomen tum ob varia scripta singulare ingenii acumen prudentia, tum ob alias quoque controversias, quæ haud levem in Romana ecclesia strepitum dedere, æternitati jam pridem consecratum est, qui tum in aliis scriptis, tum maxime in *instructionibus* suis, quas vocat, *pastoralibus*, acriter eam tutandam defendendamque suscepit. Eo magis itaque sui muneris esse existimavit Auctor libri, cujus titulum exhibuimus, Jansenianorum causam contra Cameracensem Præfulem agere, ne aut auctoritate, aut eloquentia Viri, quæ imperitoribus facile fucum facit, oppressa penitus succumberet innocentia.

Tom. I. cap. I.

II.

Cap. III, IV.

cap. V.

Ad tria autem Auctor totam hanc disputationem revocat capita. Primo fidem, qua juxta formulam, in quam Jansenistæ consentire debent, creditur, propositiones, de quibus controvertitur, eo, quo damnatae sunt, sensu in scriptis Jansenii extare, intelligi certam, fixamque, & quacum nullum junctum sit dubium, aut oppositi formido. Ad ejusmodi autem fidem, asserto alicui adhibendam, auctoritate tantum infallibili aliquem induci posse. Et hoc alterum disceptationis hujus caput est. Tertium vero, ecclesiam,

am in quæstionibus facti , seu , si de sensu hujus vel illius libri sermo sit , non esse infallibilem. Et in hocce quidem capite cum cardo rei vertatur , partem operis longe maximam , in eo probando & luculenter evincendo Autor consumit. Sed ad rem ipsam priusquam accedat , sensum quæstionis evolvit , statumque , quem vocat , controversiæ accurate format. In quo nimirum infallibilitas ecclesiæ consistat , juxta Romanæ ecclesiæ sententiam expositurus , primo in iis , quæ ad fidem pertinent , ecclesiam infallibilem esse concedit , hoc est , ecclesiam infallibiliter proponere verbum divinum expresse revelatum , juxta illud Veroni in Regula fidei Catholicæ : *illud omne & solum est de fide catholica , quod est revelatum in verbo Dei , & propositum omnibus ab ecclesia catholica fide divina credendum.* Deinde concedit quoque , infallibilem esse ecclesiam quoad vitæ morumque directionem , non tantum in iis , quæ sunt juris divini & universalis , quod nullam mutationem admittit , sed & quæ sunt juris ecclesiastici , quæ pro temporis aliarumque circumstantiarum ratione quandoque variant. Discrimen tamen simul , quod inter infallibilitatem ecclesiæ circa disciplinam ecclesiasticam & infallibilitatem circa res fidei intercedit , exponit. Quod autem ad criticam attinet , seu artem libros interpretandi , & genuinum eorum sensum eruendi , hac in re ecclesiæ infallibilitatem a Deo concessam negat. In unius cujusque hoc positum esse potestate , ut rectæ rationis hic sequatur ductum : nec ullam inter homines tantam esse potestatem , quæ cogere queat , ut quis eum non esse sensum auctoris credat , quem esse recta ratio & artis criticæ regulæ dicant. Sed ut recte hæc capiantur , & adplicatio rite instituat , sequentia ponit : quæstionem de vero auctoris sensu in libro dogmatico posse tantum critice tractari , nullo habito respectu ad ea , quæ ad fidem aut disciplinam ecclesiasticam spectant : quæstionem quandam criticam , sine respectu ad fidem aut disciplinam ecclesiasticam spectatam , non posse auctoritate ecclesiæ decidi , cum assistentia Spiritus sancti ecclesiæ promissa , ultra ea , quæ ad fidem & disciplinam ecclesiasticam spectant ,

non

non sit extendenda : quaestionem denique de propositionibus Jansenii , de quibus disputatur , esse mere criticam , nec alio modo a Jansenii sectatoribus unquam tractatam , qui ceteroquin in iis , quæ ad fidem & disciplinam ecclesiasticam spectant , ecclesiæ decretis lubenti animo se submittant , ejusque infallibilitatem agnoscant. Hinc vero tandem concludit , Cameracensem Archiepiscopum statum controversiæ minus recte formasse , & turpi sophismate in hacce causa sibi aliisque imponere , dum probet ; ecclesiæ decretis in iis , quæ ad disciplinam spectent , obediendum esse , cum tamen quaestio sit de re critica & sensu auctoris eruendo , & minime sequatur in rebus criticis decretis ecclesiæ obediendum esse , quin iisdem obediendum est in rebus ad disciplinam spectantibus : quemadmodum nec ex eo , quod ecclesia gaudeat autoritate constituendi disciplinam ecclesiasticam , formulasque loquendi in rebus dogmaticis præscribendi , inferre liceat , eam infallibili quoque autoritate de sensu cujusque auctoris in ejus scriptis judicandi , præditum esse.

Cap. VI.

Atque hæc cum de sensu quaestionis statuque controversiæ præmonuisset Auctor , ad rem ipsam progreditur , initioque in Scriptura sacra novæ suæ sententiæ Cameracensem Archiepiscopum nullum invenire præsidium contendit. Argumentum præcipuum Cameracensis Præsulis huc redit. Ad infallibilitatem in docendo requiritur infallibilitas in cogitando & loquendo , hoc est , non sufficit infallibilitas sensus seu doctrinæ , quæ proferenda est , sed infallibilitas quoque requiritur circa voces seu terminos , quibus doctrina proponenda est. Atqui ecclesia est infallibilis in docendo , quod ex *Matth. XXVIII, 19, 20.* probat : *ite & docete omnes gentes &c. & ecce ! ego vobiscum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Ergo ecclesia ex singulari concessione Numinis infallibilis est non tantum in recte cogitando , sed & in recte loquendo. Ad hocce argumentum ita respondet Auctor , ut ostendat , a Cameracensi Præsule duas confundi quaestiones longe diversissimas : quarum una sit , an ecclesia infallibilitatem habeat specialem circa voces formulasque loquendi

quændi feligēdas , quibus doctores in doctrina publica proponenda uti debeant , altera , an infallibilis sit in dijudicando vero & genuino auctoris sensu in illorum scriptis , secundum regulas communes artis criticæ explicatis ? Cameracensis Præsulis argumenta tendere ad probationem quæstionis primæ , cum tamen inter illum & Jansenianos , quos impugnat , controversia sit de quæstione secunda. Interim, etsi prima quæstio nihil ad rem faciat , placuit tamen Auctori & in eam inquirere , atque demonstrare , nec ea , quæ de ista quæstione profert Præsul Cameracensis , tam certa esse , ac ipse sibi persuadeat. Hinc cum speciatim singula , quæ ille pro sua sententiâ attulit, Auctor discussisset , ad locum etiam 2 Tim. I, 13 respondet, præstantissimorumque Commentatorum suffragiis ostendit , per formam sanorum verborum ipsam doctrinam sanam ibi intelligi. Hinc de voce *ὁμοούσιος* Cap. VII. seu consubstantialis , a synodo Nicæna introducta , prolixè Noster disserit. Cameracensis namque Archiepiscopus hoc exemplo probare voluerat, ecclesiam in vocibus certis, quibus dogmata fidei exprimenda sint , introducendis , esse infallibilem , quod Noster non abnuat , sed inde sequi negat , eandem infallibilem esse , cum de sensu auctoris ex scriptis eius eruendo sermo est. Atque huc fere reliqua omnia redeunt , quæ prolixè in sequentibus disputantur , de testimoniis Athanasii , quæ Cameracensis Præsul pro sua causa allegaverat , deque reliquis Patribus ab eodem citatis , de factis Eusebii Nicomediensis & Theognidis Nicæni , de testimonio Leonis Papæ , de condemnatione Nestorii , & cum primis de condemnatione trium capitulorum , de qua omnium prolixissime Auctor agit , cum ea causæ Archiepiscopi Cameracensis vel maxime patrocinari videatur. Cap. VIII ad XIII.

In altero Tomo magno numero prodeunt scholastici, doctoresque recentiores , ad quos frustra Cameracensem provocasse contendit , & quos pro sua potius , quam adversarii sententiâ militasse , evincere annuitur. Tales sunt post Thomam de Aquino Bannesiensis , itemque illi , qui infallibilitatem ecclesiæ ad decisiones in dogmatibus fidei restringunt, Cap. XIV ad XXVII.

ACTORUM ERUDITORUM

ut Gerson, Almainus, Clemangis, Dionysius Carthusianus, Davemporius: præterea Stapletonus, Bellarminus, Turrecremata, Baronius, Cardinales; item qui Bellarminum in ratione defendendi Honorium Pontificem secuti sunt, ut Binius, Wiggerus Doctor Lovaniensis, Gonetus, Veronus, alique. Producentur porro in hanc scenam Petavius, Sirmondus, Richelius & Pallavicinus, Cardinales, Contensonus, d' Aguirre & de Laurea, Cardinales, Steyartus denique Doctor Lovaniensis atque Pirotus. Non equidem desunt, qui fatente Autore, infallibilitatem ecclesiæ ad facta nova & particularia extendere videntur, sed si accuratius illorum expendatur sententia, parum aut nihil præsidii, eodem iudice, illi adferent. Exempli loco sunt, qui adferunt, Pontificem esse infallibilem in canonisationibus sanctorum. Quod licet nonnulli ex recentioribus asserant, nullum tamen inde præjudicium adferri causæ Jansenianæ, cujus defensores contendunt, ex antiquioribus adferri neminem posse, qui in ea versetur sententia, infallibilitatem ecclesiæ ad facta extendendam esse. Sed hocce parum quoque huc facere exemplum pronuntiat, cum autores, qui infallibilitatem ecclesiæ in canonisationibus Sanctorum adferunt, ut Bellarminus, Dunal, Wiggers, Gonetus, simul tamen doceant, ecclesiam minime infallibilem esse intuitu explicationis librorum, cum errorem facti œcumenico concilio VI circa epistolam Honorii tribuant, quam hocce concilium ceu hæreticam damnavit. Tantum vero abest, ut sententiæ Theologorum, qui infallibilitatem ecclesiæ in canonisationibus defendunt, suffragetur Noster, ut potius omni eam destitui fundamento asserat. Inter alia, quibus suam sententiam confirmat, dictum Gersonis profert: *in canonisationibus Sanctorum ecclesia falli potest aut fallere.* Alterum quod hic præcipue in censum venit, exemplum est, an fide divina credendum sit, hunc aut illum esse Pontificem, de quo ut & reliquis huc spectantibus, Autor varia in medium adfert, quæ legisse poenitebit neminem. Hinc ad quatuor Episcoporum, Alestensis, Apamiensis, Bellovacensis, & Ande-

Andegavenſis, progreditur edicta, quæ contra adverſario-
rum objectiones vindicat, ostenditque, infallibilitatem eccle-
ſiæ in quæſtionibus facti recte in illos rejectam. Idem de
Pereſixio Archiepiſcopo Pariſienſi, aliisque quibusdam illu-
ſtribus Galliarum Præfulibus docet. Cumque novendecim Epi-
ſcopi, quatuor ante memoratorum Epiſcoporum deſenſio-
nem ſi ſe ſuſceperint, infallibilitatemque eccleſiæ in quæ-
ſtionibus facti, ceu novum prorfus dogma rejecerint, quæ
hiſce Cameracenſis Archi-epiſcopus objecit, ceu mera ſophiſ-
mata Noſter explodit. Sequuntur hinc variæ obſervationes,
ad ſcripta quædam tum Cameracenſis Archi-epiſcopi, tum
aliorum ad hanc cauſam ſpectantia, de quibus ut prolixè di-
camus, noſtri non permittit inſtituti ratio.

Cap. XXXIX
ſqq.

Cap. XXXIX.

Ejuſdem fere generis ſunt, quæ in tertio Tomo conti-
nentur, qui a cap. XXXVII incipit, & ad caput XLV pro-
greditur, quo operi huic ſinis imponitur. Primo namque
obſervationes quædam in edictum Archiepiſcopi Cameracen-
ſis apparent, quo ultimam Romani Pontificis conſtitutionem
in cauſa Jansenianæ promulgavit. Hoc namque egiffe Ca-
meracenſem Præſulem Autor contendit, ut commentario
quodam Romani Pontificis conſtitutionem illuſtraret, & cun-
cta ad invidiam Jansenianæ conſlandam exaggeraret. Se-
quitur illuſtratio diſtinctionis inter *factum* & inter *jus*.
Hanc excipit examen comparationis, quam Camera-
cenſis Præſul inſtituit inter adprobationem, qua eccleſia
doctrinam Auguſtini adprobavit, & inter condemnationem
Jansenii. Jansenianorum namque adverſarii ita inferunt, ut
eccleſia doctrinam Auguſtini adprobare potuit, ita & conde-
mnare potuit doctrinam Jansenii, idque quod ad iſtius ad-
probationem non minus infallibilis eſſe ſupponatur, quam
ad hujus condemnationem. Sed non rite hancce compara-
tionem procedere, vel inde evincit Autor, quod in contro-
verſiſ a Semi-Pelagianis motis, non de eo quæſtio fuerit,
quid Auguſtinus in libris ſuis de gratia docuerit, ſed de eo
an illud, quod docuit, doctrinæ & ſententiæ eccleſiæ fuerit

C. XXXVII.

C. XXXVIII.
XXXIX.

Cap. XL

conforme? De ipsa doctrina Augustini, seu eo quod docuerit, nullum fuisse dubium, cum contra in causa Jansenistica res eo redeat, an Jansenius hoc docuerit, quod docuisse ab adversariis suis perhibetur. Disputat deinceps Autor, an ecclesia infallibilis sit in proferenda sententia, num concilium aliquod pro Oecumenico sit habendum, si forte hac super re dubium aliquod oriatur. Namque & hocce exemplo, qui a Jansenianis dissentiunt, probare conantur, ecclesiam infallibilem in quaestionibus facti competere iudicium. Hinc Autor contrarium evincit, atque ostendit, ut concilium aliquod pro oecumenico habeatur, si aliunde non constet, a sola ecclesia neutiquam pendere iudicio.

Cap. XLI.

Sed ne quidquam Cameracensis Praesul praetermississe videatur, quo causam suam ornet, decretum quoque concilii Tridentini, quo versio vulgata pro authentica declarata fuit, huc advocat. Id vero perperam ab eo fieri, id quidem est, quod Noster pluribus ostendit.

Cap. XLII.

Unicum denique superest, quo Jansenianorum adversarii vel maxime innituntur, argumentum, & quod, vel fatente Autore, pondus aliquod atque momentum trahere videtur. Ita enim rationes subducunt: si ecclesia in scriptis Patrum interpretandis non est infallibilis, sequitur, eam de traditione, quam haecce Patrum scripta continent, certam esse non posse, nec fidelibus eam certo proponere posse. Quod ut declinet telum Autor, primo respondet, quaestionem inter Jansenianos eorumque adversarios esse de interpretatione scriptorum particularium, non de factis, quibus traditio ecclesiae innititur. In his ecclesiam infallibilem esse, se concedere, minime in illis. Interim an & quousque ecclesia in scriptis Patrum interpretandis infallibilis dici queat? prolixius hac occasione Autor disquirit. Subjungit hisce observationes ad

*Cap. XLIII,**XLIV, XLV.*

edictum Episcopi Carnutensis, quo ultimam Romani Pontificis constitutionem promulgavit: hinc in compendio defensionem causae Jansenisticae in hocce capite denuo exhibet, & ita operi finem imponit.

A PRA-

SUPPLEMENTA. Tom. V Sect. I. 45
A PRACTICAL EXPOSITION OF THE CHURCH-
Catechism in several discourses on all the
parts of it.

i. e.

*EXPLICATIO PRACTICA CATECHISMI
Ecclesiastici variis sermonibus, in singulas ejus partes
instituta, comprehensa a MATTHAEO HOLE, Theo-
log. Baccalaureo, quondam Socio Collegii Exoniensis in
Acad. Oxon. nunc Vicario Stokegurfienfi in tractu
Somersetensi.*

Londini, apud Henricum Hammond, 1708, 4.

Alphab. 4.

Nulla fuit ætas, quæ, primæ antiquitatis exemplo usæ,
de necessitate & utilitate institutionis Catechetice præ-
clarius & rectius judicaverit, quam quidem nostra hæc, quæ
nulla fere religio a Christo nomen fert, quæ non in illa,
tanquam fundamento, certissimo structure plenioris, nitatur.
Quo minus mirum est, tot scripta in lucem edita esse, quæ
vel studium hujus doctrine in universum commendent, vel
veram illius tractandæ rationem tradant, vel denique elemen-
ta ipsa disciplinæ Christianæ ita commentando illustrent, ut
in tironum ac rudium animos eo feliciter insinuari possint.
Ad postremam hanc classem merito suo refertur Cl. Autor,
cujus commentationes Catechetice totum Anglicanæ Ecclesiæ
Catechismum, in tres partes distinctum, ita persequuntur,
ut Parte I. quæstiones quasdam præcipientes ac doctrinam de
Fœdere Baptismali, Parte altera Symbolum Apostol. Deca-
logum ac Orationem Dominicam, tertia denique sacramen-
ta Novi Fœderis perspicue tradant. Quod institutum ut su-
am secum fert laudem, ita Cl. Autor operam dedit, ut in
præmissa introductione illius necessitatem & utilitatem extra
dubium collocaret. Provocat itaque ad exemplum Servato-
ris & Apostolorum ipsi baptismi institutionem hanc præ-
mitten-

Cap. XL

conforme? De ipsa doctrina Augustini, seu eo quod docuerit, nullum fuisse dubium, cum contra in causa Jansenistica res eo redeat, an Jansenius hoc docuerit, quod docuisse ab adversariis suis perhibetur. Disputat deinceps Autor, an ecclesia infallibilis sit in proferenda sententia, num concilium aliquod pro Oecumenico sit habendum, si forte hac super re dubium aliquod oriatur. Namque & hocce exemplo, qui a Jansenianis dissentiunt, probare conantur, ecclesiam infallibile in quaestionibus facti competere iudicium. Hinc Autor contrarium evincit, atque ostendit, ut concilium aliquod pro oecumenico habeatur, si aliunde non constet, a sola ecclesia neutiquam pendere iudicio.

Cap. XLI.

Sed ne quidquam Cameracensis Praesul praetermississe videatur, quo causam suam ornet, decretum quoque concilii Tridentini, quo versio vulgata pro authentica declarata fuit, huc advocat. Id vero perperam ab eo fieri, id quidem est, quod Noster pluribus ostendit.

Cap. XLII.

Unicum denique superest, quo Jansenianorum adversarii vel maxime innituntur, argumentum, & quod, vel fatente Autore, pondus aliquod atque momentum trahere videtur. Ita enim rationes subducunt: si ecclesia in scriptis Patrum interpretandis non est infallibilis, sequitur, eam de traditione, quam haecce Patrum scripta continent, certam esse non posse, nec fidelibus eam certo proponere posse. Quod ut declinet telum Autor, primo respondet, quaestionem inter Jansenianos eorumque adversarios esse de interpretatione scriptorum particularium, non de factis, quibus traditio ecclesiae innititur. In his ecclesiam infallibilem esse, se concedere, minime in illis. Interim an & quousque ecclesia in scriptis Patrum interpretandis infallibilis dici queat? prolixius hac occasione Autor disquirit. Subjungit hisce observationes ad edictum Episcopi Carnutensis, quo ultimam Romani Pontificis constitutionem promulgavit: hinc in compendio defensionem causae Jansenisticae in hocce capite denuo exhibet, & ita operi finem imponit.

Cap. XLIII, XLIV, XLV.

A PRA-

SUPPLEMENTA. Tom. V Sect. I. 45
A PRACTICAL EXPOSITION OF THE CHURCH-
Catechism in several discourses on all the
parts of it.

i. e.

*EXPLICATIO PRACTICA CATECHISMI
Ecclesiastici variis sermonibus, in singulas ejus partes
instituta, comprehensa a MATTHAEO HOLE, Theo-
log. Baccalaureo, quondam Socio Collegii Exoniensis in
Acad. Oxon. nunc Vicario Stokegursiensis in tractu
Somersetensi.*

Londini, apud Henricum Hammond, 1708, 4.

Alphab. 4.

Nulla fuit ætas, quæ, primæ antiquitatis exemplo usâ,
de necessitate & utilitate institutionis Catechetice præ-
clarior & rectius judicaverit, quam quidem nostra hæc, quæ
nulla fere religio a Christo nomen fert, quæ non in illa,
tanquam fundamento certissimo structuræ plenioris, nitatur.
Quo minus mirum est, tot scripta in lucem edita esse, quæ
vel studium hujus doctrinæ in universum commendent, vel
veram illius tractandæ rationem tradant, vel denique elemen-
ta ipsa disciplinæ Christianæ ita commentando illustrent, ut
in tironum ac rudium animos eo felicius insinuari possint.
Ad postremam hanc classẽ merito suo refertur Cl. Autor,
cujus commentationes Catechetice totum Anglicanæ Ecclesiæ
Catechismum, in tres partes distinctum, ita persequantur,
ut Parte I. quæstiones quasdam præcæiales ac doctrinam de
Fœdere Baptismali, Parte altera Symbolum Apostol. Deca-
logum ac Oratiónem Dominicam, tertia denique sacramen-
ta Novi Fœderis perspicue tradant. Quod institutum ut su-
am secum fert laudem, ita Cl. Autor operam dedit, ut in
præmissa introductione illius necessitatem & utilitatem extra
dubium collocaret. Provocat itaque ad exemplum Servato-
ris & Apostolorum ipsi baptismo institutionem hanc præ-
mitten-

mittentium, Matth. XXVIII, 19, 20, atque adeo necessariam eam putat, cum ad Confirmationem & Eucharistiam rectius suscipiendam, tum ad reliqua Christianæ religionis momenta ac officia partim perspicienda partim præstanda, & fidelium animos contra errores, hæreses & schismata præmuniendos, ac denique ad vitæ flagitiosæ sordes eo diligentius cavendas. Hæc omnia ut consequatur Catecheta, Catechismum quemcunque *brevem, perspicuum ac plenum* esse & argumentum exhaurire debere recte affirmat, ut hac ratione & discentium memoriæ & diversis tironum ingeniis, nunc excitatis, nunc tardioribus, ac denique non minus doctrinæ capitibus quam morum & officiorum præceptis satisfaciat & consulatur. Hæc scopi instar Rev. Autor sibi præfixit, quem ut assequeretur, singulis quæstionibus, in Catechismo obviis, dictum quoddam-Biblicum, ampliori cura exponendum, destinavit ex quo germana Ecclesiæ Anglicanæ doctrina imbibi possit. Facile itaque intelligitur, nostri instituti rationem non permittere, ut in recensendo hoc opere longiores simus, cum Cl. Autor non tam eruditorum quem rudium cognitionem amplificandam sibi sumserit, quod ita quidem præstitit, ut, nostro iudicio, perspicuitate inprimis iis facile se commendaturus sit, qui Anglicanæ Ecclesiæ dogmata sectantur.

REMARQUES DE MEDICINE SUR DIFFERENS sujets, par Nicolas Andry.

NICOLAI ANDRY, DOCTORIS REGENSIS Facultatis Medica Parisiensis, Lectoris & Professoris Regii, Annotationes circa varia Medicina argumenta, inprimis circa Venæsectionem, purgationem, & potum.

Lutetiæ Parisiorum, apud Laurentium d'Houry, 1710, 12.
Constat plag. 12.

Hicce Animadversionibus ut manum admooveret Clarissimus Andry, cujus de *Vernium generatione* tractatum in
Actis

Actis hic Anno 1706 Mense Novembri pag. 519 recensuimus, an-
sam dedit liber, cujus titulus: *Explication Physique &c. i. e.*
Explicatio Physica & Mechanica effectuum venæsectionis & de
potu agris concedendo, unâ cum Responsione ad sinistrum judi-
cium in Diario Eruditorum Parisiensis super hanc Explicationem
Latum. Cum enim Autor illius, qui se *Hecquetum* vocat,
priorem Explicationis suæ editionem Anno 1706 adornasset,
nec ab Ephemeridum Gallicarum Collectoribus Tomi. XXV
pag. 40 omni ex parte probatam observasset, noviter eam
una cum Responsione sua propriis expensis, & ut clarissimus
Andry in Præfatione perhibet, sine permissu publico literis
exprimi nunc curavit; quæ forsitan causa fuit, quod liber
iste a nobis hætenus nondum visus fuerit. Quoniam autem
Clariss. Andry plura advertit loca, in Diario dicto vel præ-
termissa, vel leviter saltem tacta, censoria tamen virgula
digna, ista in his Annotationibus perstringere, integrum ei
visum fuit. In tres autem partes eas dividit, in quarum I
Explicationem Hecqueti novo ariete adoritur, in II Respon-
sionem ejus examinat, in III de questione agit: num ægris
potus interdicens sit? ad quam hic negative responderat.
In parte igitur I de venæsectione, de virium conditione in
morbis, de pulsus actione in febre, de sanguinis volumine
in statu imminutæ transpirationis, de effectibus abstinentiæ
pro supplenda transpiratione, de usu & actione purganti-
um, de elatere partium corporis humani & de tempore ad
circulationem sanguinis integre absolvendam necessario agi-
tur. In Parte II de effectibus, quos nimia sanguinis pro-
fusio patrat, de vi cordis, de actione vasorum sanguifero-
rum, de circulatione sanguinis, de purgantium usu, de
viis humorum in abdomine contentorum ad massam sangui-
neam, de sudoriferorum usu, de purgandis agris in prin-
cipio morbi, de orgasmo, de modo febribus intermitten-
tibus medendi, & de optima Corticem Peruvianum exhi-
bendi methodo differitur. In III Parte in qualitates aquæ &
vini, in usum Veronicæ & Theæ & in naturam sanguinis
inquiritur.

Der

ACTORUM ERUDITORUM
Der Stadt Braunschweig Kirchen-Historie/
Dritter Theil.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ URBS BRUNSVIGÆ
Pars III; Autore PHILIPPO JULIO RETHMEYERO,
V. D. M. Brunsv.

Brunsvigæ, apud Joh. Georg. Zilligerum, 1710, 4.

Alph. 5 pl. 137.

Edidit Autor hujus libri doctissimus anno 1707 duas priores partes Historiæ Ecclesiasticæ inclytæ urbis Brunsvigæ, quarum in *Actis nostris Tomo IV. Supplementorum Sect. II* p. 69 &c. facta est mentio; has excipit tertia, quæ sola priores mole superat, complectens urbis hujus Historiam Reformationis ab A. 1521 usque ad A. 1586. Dum vero de initio & progressu purgatæ ab erroribus Ecclesiæ Brunsvicensis Autor agit, recenset etiam vitas, acta, fata, mortem & scripta eorum, per quos summe necessarium sanctissimumque istud opus promotum fuit. In horum itaque numero delineantur Superintendentes, Coadjutores, Pastores & nonnulli Scholarum Rectores, ut sunt *Godesbaldus Crusius, Henricus Lampius, M. Henricus Winckelius, D. Joh. Buggenbadius, Martinus Gorolius, D. Nicolaus Medlerus, D. Joach. Marlhus, D. Mart. Chemnitius* (in cujus describenda vita Autor noster Cap. 8 admodum est prolixus) *M. Andr. Pouchenius, M. Rud. Hildebrandus, Jac. Godofredus & M. Matthias Bergius*. Dicitur Capituli octavi Sectione 3 sistit Autor vitam *Julii Ducis Brunsvic.* aequæ eo institutam Ecclesiæ Reformationem. Sectione sequenti de *Corpore doctrinæ Julii* agit, quod Autorem agnoscit dictum modo Ducem Serenissimum. P. 88 seq. describitur *Convivium Charitativum* in Colloquio A. 1529 Brunsvigæ habito circa vesperam ideo institui solitum, quo fraterna inter collocutores istos aleretur firmareturque amicitia. P. 416 seqq. Nostro sermone est de fundatione atque inauguratione *Academiarum Helmstadiensis* a Sereniss. ejusdem Autore *Julia* dictæ, A. 1576 quam solennissime facta, ut & de magna editione *Corporis doctrinæ Julii*. P. 438 seqq. recensetur historia *Suevica* juxta ac *Saxonica Formula Concordiæ*, memorata imprimis *D. Chemnitii* circa illam impensa opera. Libro huic adjecta sunt *Epistola, Confessio* aliaque Ministerii Brunsvicensis *Documenta*. Ceterum promittit Autor & quartam Historiæ hujus Ecclesiasticæ partem, quam ut mox prodat, enixe rogamus.

* * *

ACTORUM ERUDITORUM,

Quae Lipsia publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. II.

ELUCIDATIO AUGUSTINIANAE DE DIVINA gratia doctrina, qua in libris Jansenii Episcopi Iprensis triplicem eclipsim passa est in triplici stata humana natura, innocentis, corrupta, & reparata. Ostenduntur hujusmodi eclipses & removentur, Autore LESCIO CRONDERMO. Accedit FRANCISCI DIROYSII Dissertatio pro justificanda condemnatione, qua S. Sedes V Propositiones sub nomine Jansenii, atque in sensu ab ipso intento, proscripsit.

Coloniz, typis Conradi de Einter, 1705, 4.
Alphab. 1 pl. 9.

TRibus veluti partibus opus hoc absolvitur. Primo enim Editor, qui nomen suum reticuit, Prolegomena satis proluxa præmisit. Tum Lescii Crondermi elucidatio Augustinianæ de divina gratiæ doctrinæ sequitur. Ultimum vero locum tenet Francisei Diroyssii dissertatio pro justificanda condemnatione, qua Romana sedes quinque Jansenii propositiones, in sensu ab ipso intento, proscripsit.

In Prolegomenis Editor primo rationes edisserit, cur *Cap. I.* hæc opuscula publicæ luci exposuerit. Quas inter haud ultimum locum tenet, quod plerique, qui in Jansenisticis controversiis versati sint, studio partium abrepti, adfectibus suis

G

nimis

nimis indulserint. Hinc licet plurima in hacce causa jam scripta prostant, hæc tamen minime supervacanea fore opuscula credit, in quibus tantum pro veritate, non pro opinionibus scriptoris alicujus, aut certæ cujusdam scholæ pugnetur. Simul tamen ea profutura confidit, ad repellendas illorum calumnias, ut vocat, qui extra Romanæ ecclesiæ communionem, de litibus occasione Jansenii excitatis agunt. Quos inter speciatim Melchiorum Leydeckerum & Petrum Jurieum, ceu admodum, ut tradit, & in ecclesiam Romanam, & in Augustinum injurios, perstringit. Opusculorum nimirum horum scopum esse pronuntiat, Jansenii patronis ostendere, quam infelicem causam protegendam sibi sumpserint, simulque palam facere, quanta calumnia Calvinii sequaces affirmant, Romanam ecclesiam in Augustinum enses arripuisse, atque ab ipsa sententias eorum fuisse adoptatas, qui *suam divina gratia premium ac dignitatem eripientes, liberum sub tutele specie instant arbitrium*. Ita enim Autori nostro loqui placuit. De historia autem controversiarum Jansenisticarum aliquid præmissurus, duplicem earum esse turmam, qui in Jansenii negotio peccarint, observat. Quosdam enim ad eas contentiones non eam attulisse mentis humilitatem sinceritatemque, quæ in inquirenda veritate exigitur. Indeque factum, ut exquirentibus quidem veritatem, sed viam veritatis non eligentibus, se lumen veritatis absconderit. Alios contra assecutos verum, illius quidem causam egisse, sed tanta irarum acerbitate, artibusque adeo ab evangelica moderatione alienis, ut perdita aut neglecta charitate, ne ipsum quidem *remeruerint meritum veritatis inventa*. De prioribus dum porro verba facit, variis rationibus evincere annitur, rebus suis male consuluisse, qui Jansenii patrocinium susceperunt. Indignam enim esse Jansenii causam, cujus quis in se suscipiat patrocinium, cum per eam denuo in scenam producantur multæ sententiæ Michaelis Baii, aut eidem attributæ, & sedi Romanæ improbatæ. Jansenium porro se ipsum suspectum reddere, qui tantopere in vocum invehatur novitatem, nomenque *gratiæ sufficientis* tanquam novum repudiet, cum ipse

ipse contra *indeliberatam deletionem*, *necessitatem violentia & coactionis*, & alia ejusdem generis, Augustino ignota, statuat. Accedere, quod Jansenius humani arbitrii libertatem ita describat, ut ejus essentiam profus evertere videatur. Sed mittimus reliqua. Finit tandem profitendo, se cum non esse, qui excusatione profus indignos arbitretur Irenensis Episcopi patronos; verum ita Jansenii patrocinium suscipere, ut sit opus; tot movere turbas, & ignorantia, aut malitia, ac tyrannides damnare Pontifices maximos, Cardinales, Episcopos, Romanos Censores, & Reges catholicos, quid aliud, inquit, hoc est, nisi velle pro unius tutela totam evertere Christianorum Rempublicam? Progreditur hinc ad effugia, quae Jansenii asseclae quaesiverint, simulque, quid de quaestione facti in Jansenii causa sentiendum, & an errare in factis definiendis ecclesia possit? disquirat. Res omnis autem juxta Autorem eo redit: in factis non revelatis ecclesiam errori obnoxiam esse concedit, si res aut facta definiat extra auctoritatis suae limites posita, e. g. quaestionem physicam, aut geographicam, aut astronomicam. Quando vero de factis intra ecclesiasticae auctoritatis sphaeram constitutis sermo sit, tam distinguendum esse inter facta mera, & facta cum dogmate conjuncta. In factis meris falli ecclesiam posse. Piaculum itaque non esse dicit, palam dubitare de Athanasiani symboli auctoritate, de actis tot martyrum & confessorum, de germanis quorundam librorum scriptoribus, de nonnullis miraculis aliisque hujusmodi rebus, quae in breviariis, in bullis, in jure canonico, in historia ecclesiastica, aut alibi proponuntur. Quod autem ad facta cum dogmate conjuncta attinet, si haec ita comparata sint, ut necessarium sit, & res ecclesiae postulent, eorum definitionem proferre, sique ea, quae debet, diligentia in hujusmodi definitione impensa fuerit, ecclesiae judicium ab errore immune esse, proquiari non dubitat. Huc exempli causa refert, vulgatam utriusque testamenti versionem authenticam esse; concilium aliquod revera esse oecumenicum; hunc vel illum verum & legitimum esse Pontificem, dogmata fidei, quae Romana ecclesia

clesia profitetur, contineri in antiquis Scripturarum, Conciliorum, ac Patrum libris, aut a traditione descendere. Et huc etiam refert definitionem sensus recti aut pravi, in libris de religione tractantibus. Et hoc quidem illud ipsum est, in quo maxime a reliquis dissentiunt Janseniani. Cumque hi adversariis suis nunquam non exemplum Honorii Pontificis objiciant, in oecumenica synodo sexta, quod cum Monothelitis faceret, damnati, cum tamen alii evicerint, innocentem fuisse Honorium, & recte de duabus Christi voluntatibus sensisse, Noster quidem ita hinc se expedire consultum putat, ut dicatur, aut Honorium nequaquam condemnatum, quod ingeniose Baronius contenderit, quanquam (fatente Autore) doctis viris persuadere non potuerit, aut ejus negligentiam & conniventiam, non vero doctrinam confixam fuisse; aut illum e cathedra ad Sergium litteras non dedisse. Quibus effugiis an causæ suæ satis consulat, aliis arbitrandum relinquimus. Reliqua, ne diutius in Prolegomenis versemur, quam par est, paucis delibabimus. Nimirum cum hætenus rationibus Jansenii assecclas ad mentem meliorem perducere alloboraverit, nunc exempla Baji, Jansenii, Augustini, qui magnam semper erga Romanam sedem venerationem testati sint, ejusque judicio se submiserint, proponit, iisque dissentientes ad pacem & humilitatem christianam flectere annititur. Charitatis hinc defectum in Jansenii patronis, eorumque odia & bella in adversarios notat, & quæ tractandi controversias sit ratio, quoque loco habendus Augustinus, exponit. Offertur hic inter alia Autori occasio de Blasii Paschalis *Epistolis*, quas vocat, *provincialibus* verba faciendi, de quibus ita pronuntiat: *quoniam stantem Jansenium probare non poterant, præcipua voluptas, si probarent & alios cecidisse. Amamus tamen verum: non parum utilitatis ex hoc novo bello retulit ecclesia, cum simul quorundam opiniones aut erroneæ, aut audacissimæ & scandalosæ proscriptæ fuerint, & reliquorum licentia salutare aliquod frenum fuerit injectum.* Ad causam Chinesium, tantopere inter Jesuitas & Dominicanos agitatam, dum devolvitur, de ea ita pronuntiat:

Cap. III.

nuntiat : *nuper etiam vidimus, & doluimus, agitatam nimio
 astu rituum Sinensium controversiam. Tacendum plane non
 erat in tanto periculo, ac suspitione aborta, ne sacrilegio omni-
 um turpissimo ad creaturas transferretur creatori debitus cul-
 tus. Sed cura religionis causa agenda erat, neque odiis tam
 ferventibus & contumeliis & calumniis corrumpenda erant
 accusationis & defensionis jura. Et ita in reliquis Pontificio-
 rum controversiis nimium utriusque partis fervorem detesta-
 tur, ut tamen in Jansenii defensoribus majorem charitatis &
 modestiæ usum desideret, quam in reliquis. Jesuitarum
 etiam ac Dominicanorum acerrimus de auxiliis, quæ vocant,
 gratiæ, contentiones haud obscure improbat, dum, quod
 reliquum est, inquit, si non sumus, qui accusemus physicam
 prædeterminationem, aut scientiam mediam, ignota antiqui-
 tati vocabula. Sed ne illas quidem nunc laudare & probare
 nobis est animus, cum contenti simus sobriis ecclesiæ documen-
 tis, prout in sacris conciliis & in ecclesiæ Romana sanctionibus
 continentur. Sed Prolegomenorum nondum finis est. Pro-
 diit anno MDCC Coloniz liber, cui titulus: *Augustiniana
 ecclesiæ Romana doctrina a Cardinali Sfondrasi nodo per va-
 rios S. Augustini discipulos extricata.* In eo varia continen-
 tur opuscula, quorum, ut Autor refert, scopus est, senten-
 tias quasdam in male dissoluto prædestinationis nodo perpen-
 dere, & inter reliqua, Anonymi cujusdam *observationes in
 excerpta e libro nodi prædestinationis.* Sed in hisce observationi-
 bus Editor propositiones quasdam, eju parum orthodoxas, *Cap. V, VI,
 VII, VIII.* atro notaverat lapillo, quorum adeo defensionem Autor Pro-
 legomenorum in se suscipit. Hisce autem diutius nunc im-
 morari non licet.*

Prolegomena hæc excipit Cronderni commentatio de
 divina gratia, in cujus Præfatione id sibi saltem constitutum
 profitetur, ut ostendat, in doctrina de gratia divina a Janse-
 nio dissentire Augustinum, adeoque & maximopere falli,
 tum reliquos, tum & speciatim Melchiorem Leydeckerum,
 qui damnato Jansenio, Augustinum ipsum ab ecclesiæ Ro-
 mana damnatum contendant. Hoc ut evincat, primo senten- *Lib. I Cap. I.*

Cap. II.

III.

IV.

V. & VI.

tiam Jansenii de gratia status naturæ innocentis proponit. Nimirum, si Autori fidem adhibemus, Jansenii huc rediit sententia: in statu integritatis hominem ex liberi arbitrii viribus cuncta peragere potuisse, ut divina gratia ad opera bona edenda illi haud quaquam opus fuerit. Ex hacce Jansenii hypothesi sequentia deducit consecutanea: justam vitam, seu justitiam, item merita primi hominis & angelorum non fuisse specialia dona gratiæ Dei. Interim cum Jansenius se gratiam a statu integritatis excludere, videri nolit, quo sensu bonis operibus & meritis in statu integritatis gratiæ nomen tribuat, Noster exponit, primo scilicet, quod Deus hominibus in statu integritatis totam naturam, & liberum arbitrium omnino gratis concesserit, deinde, quia Deus in illo statu etiam bona opera suaferit, jussitque, & a peccatis poenarum metu homines deterruerit, & quæ reliqua sunt ejusdem generis. Quod ad statum naturæ corruptæ attinet, docere Jansenium, observat, ex naturæ humanæ corruptione vel infirmitate provenire, ut voluntas nihil modo velle aut agere, sive bonum, sive malum possit, nisi prius aliqua boni aut mali delectatione illecta fuerit. Præterea delectationem mali, cujus voluntas egeat, ut peccet, esse indeliberatam, seu non liberam. Denique ejusmodi indeliberatam delectationem tantam habere vim movendi voluntatem, ut ad eligendum malum eam determinet, atque in malo fixam semper detineat, nisi major delectatio boni, pariter indeliberata, illi prius a Deo infundatur, & per eam ad amplectendum bonum determinetur. Hanc Jansenii mentem esse, non tantum prolixius Autor probat, sed & quo pacto ex Augustini testimoniis eam deducat, ostendit, simulque varia hujus doctrinæ consecutanea subnectit. Quod si tandem homo in statu naturæ reparatæ consideretur, per gratiam Christi Jansenium nihil aliud, quam delectationem spirituales intelligere, Autor contendit. Cumque duplex sit delectatio, aut libera, quæ cum cognitione mentis, liberique arbitrii motu conjuncta est, aut indeliberata, quæ mentis cognitionem usumque rationis antevertit, Jansenium porro statuere,

ere, eam delectationem, in qua ipse rationem & essentiam gratiæ Christi constituit, esse motum & actum desiderii, vel amoris indeliberati, quo voluntas illicitur, trahitur, & determinatur ad deliberatos amores, quibus libere vult & operatur bonum, eo fortius, quo major illa fuerit. Nec hic subsistere Jansenianum, sed ulterius docere, delectationi illi voluntatem resistere non posse; gratiam autem, quæ necessaria sit, ad legem Dei observandam, hominibus etiam justis sæpe deesse, & a Deo subtrahi, etiam antequam peccent. Quo pacto vero & hanc sententiam ex Augustino probare satagat Jansenius, id quidem est, quod fusius Autor edisserit. Et hæc tenens quidem Jansenii sententiam propofuit.

Nunc vero etiam ad Augustinum se convertit, offensurus ejus doctrinam cum placitis Jansenii nequaquam convenire. Primo itaque evincit, Augustinum docuisse, primo *Lib. II Cap. J.* homini ante peccatum inspiratum a Deo fuisse divinum amorem, non minus quam nunc hominibus inspiretur. Idque ex iis ipsis ejusdem Patris testimoniis, quæ Jansenius adducit & expendit, probare annitur. Cumque Jansenius ipse probe *Cap. II.* animadverterit, dicta hæc Augustini suæ obstare sententiæ, ea de bona voluntate & dilectione non actuali, sed habituali intelligenda esse contendit, perperam quidem, si Crondermio nostro credendum, qui hocce Jansenii effugium occludere atque ostendere annitur, aut sibi met ipsi contradicere Jansenium, aut in errorem labi. Hinc vero ipsa Augustini *III.* testimonia ordine expendit, demonstraturus, iis sententiam Iprensis Episcopi de gratia primi hominis nullatenus firmari, sed potius everti. Docuerat Jansenius, ut supra jam diximus, *IV.* hominis voluntatem nihil sine delectatione velle posse, sive bonum sive malum sit, idque ex naturæ humanæ corruptione provenire. Hoc vero est, quod Crondermius negat, quemadmodum nec menti Augustini hoc sit conveniens. Idque vel inde palam esse, quod vel ipso non diffidente Jansenio delectatio, volitio, & amor sint synonyma. Non magis itaque delectationem ex naturæ corruptione derivari posse, quam amorem aut volitionem. Magis adhuc Autori *V.* displicet

- displicet sententia Jansenii , delectatione ista , quam supponit , indeliberata in statu naturæ corruptæ homines ineluctabiliter determinari ad electionem mali , ac semper in ea detineri , nisi major delectatio boni , itidem indeliberata , eis infundatur. Secus enim se rem habere contendit , concupiscentiamque , ut est indeliberata delectatio mali , nunquam domihari libero hominis arbitrio , antè consensum ejus. Et hanc quoque Augustini mentem esse , evincere conatur. Ut vero ad ea , quæ Jansenius pro sua sententiâ ex Augustino præfert , eo rectius respondeat , terminorum quorundam præmittit explicationem , & quid nomine *libertatis* , *necessitatis* , & *determinationis* , *servitutis* & *captivitatis* , &c. denotetur , exponit. Atque his ita præmissis Augustini testimonia , quæ Jansenius affert pro sua sententiâ de viribus indeliberatæ delectationis in ordine ad determinandam voluntatem ad electionem mali considerat , & ea illi non suffragari ostendit.
- Cap. VI.** **VII.** **VIII.** Nec prætermittit doctrinæ Jansenianæ confectanea , sed præmissis nonnullis de triplici genere amoris boni , & aliis huc spectantibus observationibus , Jansenii sententiâ de virtutibus & operibus infidelium ; ea scilicet peccata proprie sic dicta esse , Augustini testimoniis ab ipso adductis non probari , ostendere annititur. Simulque evincit , certam amoris boni speciem , adeoque & gratiam aliquam interiorem ab Augustino in hominibus , etiam antequam credant , admitti.
- X.** Denique quod ad statum restitutionis attinet , non equidem negat Autor , tum in sensibus aut inferiore hominis parte , tum etiam in voluntate ipsa , seu in parte superiori excitari posse ac re ipsa quandoque insurgere delectationes , complacentias , desideria , aut amores indeliberatos , eosque , cum ad bonum propendent , a Deo esse , ejusque gratias & dona vocari posse : notionem tamen gratiæ Christi , de qua agebatur cum Pelagianis ab Augustino , non in delectatione aliqua indeliberata , sed in libera seu deliberata dilectione Dei , qua divina lex adimpletur , aut in operatione , qua Deus eandem nobis dilectionem inspirat , constituit. Et hancce Augustini esse sententiâ , productis ex eo testimoniis comprobatur , simulque
- XI.** ca,

ea, quibus contrarium evincere Jansenius voluit, expendit. Et ita in reliquis quoque Jansenii assertis, supra commemoratis, scilicet humanam voluntatem post primum Adami peccatum ex se non posse resistere gratiæ Christi, itemque justos aliquando ex occulto Dei judicio, absque prævio illorum peccato deferri, procedit, ut a mente Augustini ea prorsus aliena esse demonstrat. Ex quibus omnibus tandem colligit, & amplius demonstrat, juxta doctrinam Augustini, gratiam naturæ reparatæ, quatenus est principium bonorum operum, ejusdem rationis esse cum gratia naturæ innocentis.

Cap. XII,
XIV.

Ultimo tandem loco comparet Francisci Diroyfii Dissertatio, pro justificanda condemnatione, qua Romana sedes quinque Propositiones sub nomine Jansenii atque in sensu ab ipso intento proscripsit, e Gallica in Latinam linguam translata. In præfatione Autor improbat modum, quo nonnulli in doctrina Janseniana defendenda usi sunt, dum ostendere voluerunt, eum a doctrina Thomistica non differre. Existimat, hac ratione omnibus hæresibus ab ecclesia damnatis præsidium inveniri posse, cum facile contingere queat, ut hæreticorum sententia cum sententia doctoris privati, & ab ecclesia non damnati, conveniat. Hac ratione etiam doctrinam Protestantium in concilio Tridentino damnatam non fuisse dici posse, cum non defuerint, qui ejus consensum cum doctrina Thomistica ostendere conati sint. Alia itaque methodo sibi incedendum ratus Diroyfius ostendere conatur, doctrinam, qualis in scriptis Jansenii deprehenditur, re ipsa contrariam esse doctrinæ Ecclesiæ, Scripturæ & Patrum, speciatim Augustini: idque ea ratione, ut non unam aut alteram propositionem ex operibus Jansenii excerptam exhibeat, sed ipsam Jansenii doctrinam explicet, referendo generalia principia & fundamentalia dogmata, quæ in universo ejus opere regnant, quæ ipse in pluribus capitibus pluribusque libris sancit, ac denique quæ ut indubitata ubique supponit; tum vero ostendat, sensum Jansenii super quinque propositiones explicatum, sequendo illius principia, esse contrarium evi-

H

denti

denti doctrinæ Scripturæ, Patrum, & Conciliorum, ac maxime Augustini, synodorumque Arausicanæ & Tridentinæ.

Primo itaque principia & dogmata Jansenii refert, quæ relationem habent ad quinque Propositiones damnatas, scilicet, voluntatem indeliberatis delectationibus determinari ad suas omnes actiones; corruptionem voluntatis consistere in dependentia ab ejusmodi delectationibus; libertatem, quæ est essentialis libero arbitrio, in alio non consistere, quam in immunitate & libertate a coactione post usum rationis, gratiam Christi hominibus justis, magis etiam perfectis ad opera bona edenda, denegari, & quæ reliqua sunt ejusdem generis. Deinde, quam justa & naturalis sit horum principiorum ad quinque Propositiones damnatas relatio, ostendit. Hinc principia doctrinæ Ecclesiæ & Patrum, quæ opposita sint dogmatibus Jansenii, assert, scilicet: primam determinationem liberi arbitrii in quolibet statu esse amorem liberum & electionem finis; omne id, quod præcedit illam electionem non necessitare voluntatem; vim amoris etiam magni non impedire voluntatem, quo minus alium illi contrarium formet, & quæ reliqua sunt ejusdem generis. Ex dictis concludit, & uberius quoque ostendit, doctrinam Jansenii quoad primam propositionem secundum ecclesiæ dogmata jure damnatam esse, simulque evincit, gratiam, de qua agebatur cum Pelagianis, seu inspirationem amoris Dei, quo, quod cognoscimus, bonum facimus, communem esse omnibus justis; immo Jansenium privando justos gratia & inspiratione amoris Dei, eosdem privare bonitate, justitia, adoptione, renovatione & justificatione, quam recipiunt per Jesum Christum juxta omnes ejusdem gratiæ notiones, quas Scriptura & Patres nobis tradunt. Pari ratione, doctrinam Jansenii circa reliquas propositiones damnabilem esse demonstrat, & argumenta, quibus Jansenius suam doctrinam, prout ad quinque Propositiones spectat, confirmat, sub examen revocat. Cumque notiones, *gratiæ quæ, gratiæ actionis & voluntatis, inspirationis, complacentiæ, & delectationis*, secundum Patres conveniant gratiæ angelorum & primi hominis,

minis , æque ac gratiæ Christi , de qua agebatur cum Pelagianis , Jansenium ex hujusmodi notionibus gratiæ Christi pessime concludere, non posse illi eodem modo resisti , quo angeli & primus homo resisterunt ei , quam Deus illis inspirabat , & consequenter nunc deesse justis , cum peccant, Autor contendit. Tandem & testimonia, quibus Jansenius suam sententiam firmavit , quoad singulas quinque propositiones , sub examen revocat , & ordine ad ea respondet , & sic finem dissertationi imponit.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ II A C. N.
Sæculi selecta Capita , delineata studio D.
THOMÆ ITFIGII.

Lipsiæ apud Joh. Frid. Braunium, 1711, 4-
 Alph. 2 pl. 20.

IN Actis A. 1711 M. Jul. p. 302 seqv. præter Dissertationem præliminarem caput I hujus Commentationis perferci sumus , ad reliqua capita summatim percursenda nunc accedemus. Caput II de Conciliis hujus Sæculi exponit , inter quæ primo loco commemorantur ea , quæ de solenni die festi Paschalis celebrandi habita fuerunt , strictim enumerata ab Eusebio H. E. V. 23-25. Cum enim Apostolorum ævo ista festi solennia eodem cum Judæis die celebrarentur , brevi post tempore alii Dominicum diem præferre maluerunt , ex quo sub M. Aurelii Antonini imperio Laodiceæ disputatio suborta, eademque Commodi imperante & Victore Ecclesiam moderante majori animi contentione agitata fuit , cujus sopiendæ causa circa A. 196 Concilia varia celebrata sunt , quæ in eo conspirarunt amice , ut Dominicum diem festo huic defini-
 rent. Inter hæc erat Synodus Palæstina , de qua libellus Synodicus Argentinæ A. 1621 editus multa , sed non sine erroribus , quorum specimina quædam afferuntur , commentatus est. Ab hoc decreto discessionem fecerunt Polycrates & alii Episcopi Asiatici in Concilio Ephesino diem mensis Pa-

- schalis quartum & decimum his solennibus destinantes, quos
 propterea Victor excommunicandos censuit, cujus insolentiam
 Ludov. Thomassinus in differt. I ad Concilia Generalia
 & Particularia infeliciter defendisse ostenditur, cum ad tra-
 ditionem Apostolicam ad confirmandam Victoris sententiam
 perperam & præter historiarum fidem provocet, aliaque falsa &
 absurda, ibidem in cumulum collecta, proferre non verear-
 tur. Alii, nominatim Valefius ad Eusebium p. 105 & Nat.
 Alexander sec. II diff. V art. V, causæ Victoris diffidentes, ex-
 communicationem hanc factam esse negant, & minas tan-
 tum agnoscere malunt, quibus rectius Petrus de Marca & Schel-
 stratenus adversantur. Alii itaque eam non quidem negant,
 sed legitimam pronunciant, iis præsidii innixi, quorum
 vanitas manifesta est. Cordatius controversiam hanc edisse-
 ruit Halloixius in notis ad vitam Irenæi Cap. II, qui Ecclesias
 Asiaticas ob innocentiam suam ab excommunicationis fulmine
 illæsas statuit, & Irenæi, Victorem reprehendentis, *καθη-
 σίας* collaudat. Præter hæc Concilia alia quoque, speciatim
 Lugdunensæ, Romanum, Hieropolitanum, Achillanum,
 Gallicanum, Siculum, Pergamensæ, & Orientale a duobus
 Anonymis Scriptoribus, libelli nempe Synodici Autore, &
 eo qui sub Prædestinati nomine prodit, hoc sæculo ad alias
 causas finiendas habita feruntur, sed incerta fide: contra
 Montanum tamen quædam hoc tempore coacta fuisse, ex Eu-
 seb. H.E. V. 16 manifestum est. Sequitur caput III, quod do-
 ctrinæ Sæculi hujus cum generatim Sectione I tum speciatim
 in Sectionibus seqq. exponendæ destinatur. In eodem argu-
 mento versati ante Nostrum sunt Magdeburgenses Cent. II c.
 IV p. 37, absurde a Genebrardo Parte II Chronograph. p. 317
 propter navos, in Patribus reprehensos, castigati, & Bebe-
 lius Antiquit. Seculi II art. III & VII. Navorum istorum
 causæ partim ad facilem lapsum in alterum extremum, partim
 ad ignorantiam Hebr. literarum referuntur. Arnoldus qui-
 dem in Hæresiologia sua p. 60 audacter sed falso pronunciat,
 hoc sæculo nullas fidei Confessiones existisse, nec hæreticos.
 damnatos legi. Sectio II Ignatii doctrinam accuratius exami-
 nat.

nat. Traditionibus cum adeo favisse statuunt Pontificii, ut ex Eusebii III, 36, H. E. evincere conentur, cum singulari libro Apostolorum traditiones complexum fuisse, quod quamvis ex Eusebii loco probari non possit, B. Chemnitio tamen p. 85 Part. I Examini Conc. Trid. non improbable visum est. Neque Bellarmino ad stipulari necesse est, traditiones illas in epistolis Ignatii collectas statuente, cum Eusebius Ignatium non ad *παράδοσις*, sed ad *παράδοσιν* Apostolicam h. e. doctrinam, ab Apostolis voce vel scriptis traditam, servandam cohortatum fuisse suos scribat. Non satisfaciunt, quæ vel Changierus vel B. Hulfemannus ad hunc Eusebii locum respondent, de quo interpretando alii quoque partim ex nostratibus, partim ex Reformatis laborarunt. Baronius ex epistola Ignatii ad Philadelphienfes traditionum auctoritatem stabiliri posse falso sibi persuadet, sicut nec Isaacus Vossius ex e contra Rich. Simonem solide evicit, Judæos ante Ignatii ætatem Codd. Hebraicos depravasse. Rectius vero ex ea demonstraveris, Ignatium S. Scripturam magni aestimasse; nec Dalæus causam idoneam habuit, cur ex illius cap. V epistolas Ignatii in *νοθίας* suspicionem adduceret. In epistola ad Smyrnæos c. III p. 4 verba quædam Christi ad Petrum afferuntur, quæ non quidem cum Hieronymo ex Hebr. Nazaræorum Evangelio, neque cum Casaubono ex traditione quadam, sed ex Lucæ XXIV, 39 desumpta dici debent. Neminem a Scripturæ lectione arcendum esse, patet ex illa ad Smyrnæos ep. c. 7. Judæos verum Deum colere Barlæus, cujus scripta de hoc argumento, non sine aliorum dissuasur edita, laudantur, ex variis Ignatii testimoniis adstruere irritò conatu allaboravit, cum pleraque, si duo postrema excipias, ex interpolatis ejus epistolis sint petita. Phrasis Ignatii, qua c. 1 ep. ad Smyrn. Christus dicitur filius Dei *κατὰ θεότητα καὶ δύναμιν θεῶν* Arianismum sapere visa est, sed præter rationem, cum primo quidem lectio hæc incerta sit, quod Theodoretus in Dial. 1. pro *θεότητα* legit *θεότητα*, deinde vero Ignatius non tam de æterna Filii generatione quam de ejus incarnatione locutus videatur. Idem in ep. ad Ephesios c. VII Christum

B-94

95

96

97

99

103

103

104

107

- appellat γεννητὸν καὶ ἀγέννητον, sive, ut alii præter Athanasium de Synodo Arimin. rectius legerunt, γεννητὸν καὶ ἀγέννητον h. e. ut Gelasius vertit, *factum & non factum*, cum ἀγέννητος non factum, quod divinæ Christi naturæ competit, ἀγέννητος autem ingenitum seu omnis principii expertem significet. In ep. ad Magnesianos interpolata c. 8 Christus dicitur *ἰσχυρίας θεϊκῆς ἕστια γεννητῆ* h. e. *operationis divinæ substantia genita*, quo loco, tanquam puritati doctrinæ egregie respondente, Affelmannus Parte I p. 113 ita usus est, ut ostenderet, Patrem gignere Filium non tantum ratione personæ, sed etiam ratione personæ & essentiæ simul; alijs vicissim, ac nominatim Brochmando in Lychno Sermonis Prophetici, Dallæo & Usserio erroris vestigium hic invenientibus, quibus tamen Zanchius & Forbesius contradicunt. Jam quidem non constat, quo sensu interpolator epistolæ illius *Φερόσιν* hanc accipi voluerit, ea tamen in Lutheranis Theologis damnanda non est, cum orthodoxi Patres, Hilarius æque ac Epiphanius, ea usi sint. Adde B. Calovii Conf. Martyr. c. 1 Sect. 13 Th. 6. Socinus male interpretatur Ignatii verba, quando ex ep. ejus ad Tarsenses c. V ostendere conatur, eum de vera Christi Deitate persuasum non fuisse. Vindicant hunc locum Tarnov. de Trinit. p. 409 & Becmannus exercit. p. 4 & 5. Scilicet constat, eam jure inter spurias numerari. Non majori jure errorem hunc Ignatio imputat Zwickerus ex ep. ad Ephesios, quippe interpolata, & verba longe alia, quam quæ Zwickerus attulit, exhibente. Quæ c. VIII ep. ad Magnes. leguntur verba, quibus Filius Dei vocatur *λόγος ἕκ ἀπὸ σιγῆς προσελθὼν* a variis varie explicata, a B. Autore ita accipiuntur, ut Christus ab Ignatio non instar humani verbi, quod post silentium prodit, sed verbum Patri coæternum esse intelligatur. Hanc fuisse Ignatii sententiam, apparet tum ex initio ep. ad Smyrναος, tum ex aliis, in quibus Christum diserte Deum vocat. Nec minus veram Christi humanitatem agnovisse censendus est, cum hæreticos, eam negantes, *θηρία ἀνθρώπων φασα* & *νεκροφόρους* appellavit. Vide loca apud Chemnit. de duabus Naturis

turis in Christo c. IX. In sequentibus B. Autor ostendit, quid Ignatius de causa, cur Servator ex virgine desponsata nasci voluerit, de stella Magis prælucente, de anno, quo Christus baptizatus, de hora, qua idem damnatus & crucifixus fuerit, statuerit. Hac occasione commonstratur, quomodo eruditi in conciliandis Marci & Johannis Evangelistarum assertionibus de hora crucifixionis Christi versati sint. Quæ de immissa Judæ a Satana pœnitentiæ, ut vel sic mors Christi impediretur, in epistola ad Philippenses leguntur, ideo rejiciuntur, quod epistola ipsa supposita sit. Ignatium Christum pro omnibus mortuum putasse, & fructum mortis ad omnes retulisse, ex ep. ad Smyrn. c. 1 & ad Magnesian. c. 9 patet. Neque idem de descensu Christi ad inferos, & ejusdem carne & sanguine post resurrectionem, ac præsentia in terris dubitavit. Sandius ipsi perperam eam sententiam tribuit, quod animæ a Deo simul creatæ, ante immisionem in corpora peccarint: qui enim adducitur locus, cum ex interpolata ad Trallianos epistola petitus est, tum pro hac sententia non facit. Idem Reformatis non patrocinator, cum in ep. ad Magnesianos interpolata c. V impios vocat monetam pravam, non a Deo sed a diabolo factam. Iisdem verbis Bellarminus ad stabiliendum Liberum Arbitrium abutitur. De Justificatione per fidem sine operibus optime sensit Ignatius, idque probatur ex ep. ejus ad Philadelph. c. VIII & ad Magnesianos c. X. Nihilominus tamen fidem cum charitate conjunctam esse vult in ep. ad Trallianos c. VIII. Dicitur Ignatii *Amor meus crucifixus est*, quod in Ep. ad Roman. c. VII legitur, recte de Christo accipitur, quod, aliis aliter sentientibus, Tenzelius in Selectis Exercit. probavit. Sacramentum Confirmationis ex ep. Ignatii ad Heronem, quæ supposita est, probare vano conatu instituit Mestrazus in not. ad Ignat. p. 84. Realem carnis & sanguinis Christi in S. Coenæ præsentiam adstruunt verba epist. ad Smyrnæos, olim quidem in edit. quibusdam non lecta, deinde vero ex Mediceo & aliis exemplaribus ab Usserio & Vossio edita. Cum his conjungi debet al-
ter locus non minus illustris ex ep. ad Philadelph. c. IV. Trans-

pag. 122

135

137

138

147

148

150

153

156

158

159

160

167

substan-

- p. III appellat γεννητὸν καὶ ἀγέννητον, sive, ut alii præter Athanasium de Synodo Arimin. rectius legerunt, γεννητὸν καὶ ἀγέννητον h. e. ut Gelasius vertit, *factum & non factum*, cum ἀγέννητος non factum, quod divinæ Christi naturæ competit, ἀγέννητος autem ingenitum seu omnis principii expertem significet. In ep. ad Magnesianos interpolata c. 8 Christus dicitur *ἰσχυρίας θεϊκῆς ἕστια γεννητῆ* h. e. *operationis divinæ substantia genita*, quo loco, tanquam puritati doctrinæ egregie respondente, Affelmannus Parte I p. 113 ita usus est, ut ostenderet, Patrem gignere Filium non tantum ratione personæ, sed etiam ratione personæ & essentiae simul; alijs vicissim, ac nominatim Brochmando in Lychno Sermonis Prophetici, Dallæo & Usserio erroris vestigium hic invenientibus, quibus tamen Zanchius & Forbescius contradicunt. Jam quidem non constat, quo sensu interpolator epistolæ illius *θεῖον* hanc accipi voluerit, ea tamen in Lutheranis Theologis damnanda non est, cum orthodoxi Patres, Hilarius æque ac Epiphanius, ea usi sint. Adde B. Calovii Conf. Martyr. c. 1 Sect. 13 Th. 6. Socinus male interpretatur Ignatii verba, quando ex ep. ejus ad Tarsenses c. V ostendere conatur, eum de vera Christi Deitate persuasum non fuisse. Vindicant hunc locum Tarnov. de Trinit. p. 409 & Becmannus exercit. p. 4 & 5. Scilicet constat, eam jure inter spurias numerari. Non majori jure errorem hunc Ignatio imputat Zwickerus ex ep. ad Ephesios, quippe interpolata, & verba longe alia, quam quæ Zwickerus attulit, exhibente. Quæ c. VIII ep. ad Magnes. leguntur verba, quibus Filius Dei vocatur *λόγος ἕκ ἀπὸ σιγῆς προσελθὼν* a variis varie explicata, a B. Autore ita accipiuntur, ut Christus ab Ignatio non instar humani verbi, quod post silentium prodit, sed verbum Patri coæternum esse intelligatur. Hanc fuisse Ignatii sententiam, apparet tum ex initio ep. ad Smyrναος, tum ex alijs, in quibus Christum diserte Deum vocat. Nec minus veram Christi humanitatem agnovisse censendus est, cum hæreticos, eam negantes, *θηρία ἀνθρώπωνομοφα* & *νεκροφόρους* appellavit. Vide loca apud Chemnit. de duabus Naturis
- 114
- 116
- 117
- 118
- 119

turis in Christo c. IX. In sequentibus B. Autor ostendit, quid Ignatius de causa, cur Servator ex virgine desponsata nasci voluerit, de stella Magis prælucente, de anno, quo Christus baptizatus, de hora, qua idem damnatus & crucifixus fuerit, statuerit. Hac occasione demonstratur, quomodo eruditi in conciliandis Marci & Johannis Evangelistarum assertionibus de hora crucifixionis Christi versati sint. Quæ de immissa Judæ a Satana poenitentia, ut vel sic mors Christi impediretur, in epistola ad Philippenses leguntur, ideo rejiciuntur, quod epistola ipsa supposita sit. Ignatium Christum pro omnibus mortuum putasse, & fructum mortis ad omnes retulisse, ex ep. ad Smyrn. c. 1 & ad Magnesian. c. 9 patet. Neque idem de descensu Christi ad inferos, & ejusdem carne & sanguine post resurrectionem, ac præsentia in terris dubitavit. Sandius ipsi perperam eam sententiam tribuit, quod animæ a Deo simul creatæ, ante immisionem in corpora peccarint: qui enim adducitur locus, cum ex interpolata ad Trallianos epistola petitus est, tum pro hac sententia non facit. Idem Reformatis non patrocinator, cum in ep. ad Magnesianos interpolata c. V impios vocat monetam pravam, non a Deo sed a diabolo factam. Iisdem verbis Belarminus ad stabiliendum Liberum Arbitrium abutitur. De Justificatione per fidem sine operibus optime sensit Ignatius, idque probatur ex ep. ejus ad Philadelph. c. VIII & ad Magnesianos c. X. Nihilominus tamen fidem cum charitate conjunctam esse vult in ep. ad Trallianos c. VIII. Dicitur Ignatii *Amor meus crucifixus est*, quod in Ep. ad Roman. c. VII legitur, recte de Christo accipitur, quod, aliis aliter sententibus, Tenzelius in Selectis Exercit. probavit. Sacramentum Confirmationis ex ep. Ignatii ad Heronem, quæ supposita est, probare vano conatu instituit Mestrus in not. ad Ignat. p. 84. Realem carnis & sanguinis Christi in S. Coena præsentiam adstruunt verba epist. ad Smyrnæos, olim quidem in edit. quibusdam non lecta, deinde vero ex Mediceo & aliis exemplaribus ab Ulserio & Vossio edita. Cum his conjungi debet altes locus non minus illustris ex ep. ad Philadelph. c. IV. Trans-

substan-

pag. 122

135

137

138

147

148

150

153

156

158

159

160

167

- pag. 169 *stantiationem* Widefordus ex ep. ejus ad Rom. c. 7. probare frustra conatur, cum locus ille de fruitione aeternae beatitudinis loquatur. Sic communionem sub una Jo. Eckius olim absurde ex ep. ad Ephes. c. 20 probare aggressus est, ubi nempe panis Eucharistici sine vino mentio fiat. Non melius negotium processit illis, qui vel ex interpolata ep. ad Trallianos, vel ex ep. ad Smyrnaeos sacrificium Missae demonstrare audent. Hac occasione sententia Lightfooti & Tilemanni de agaparum origine examinatur, varique, qui de Agapis scripserunt, commemorantur. Eucharistiae adorationem Jac. Boileau ridicule in ep. ad Smyrnaeos c. 7 praecipere censet, cum diligenda Eucharistia dicatur ex ejus sententia, quamvis, si locum ipsum inspicias, de dilectione proximi praecipiat.
- 172
 174
 177
 181
 182
 184
 187
 189
 191
- Catholicam Ecclesiam esse, ubi Christus sit, monet Ignatius ep. ad Smyrn. c. VIII, ex quo efficitur, nomen hoc non demum post Novatianorum schisma ortum fuisse, quae sententia est Vossii diff. 1 de Symbol. th. 39. Dodwellus ex Ignatii epistolis idonea testimonia non attulit, quibus constet, haereticos, in Apostolica Ecclesia exortos, non ante annum 116 manifestam discessionem ab Ecclesia fecisse, ceu B. Autor jam in ep. dedicatoria dissertationi de Haeresiarchis praefixa monuit, ad quae nec Hartmannus in tract. de rebus gestis sub Apostolis c. XXII, nec Arnoldus lib. 1 c. 3 Haesiolog. eidem sententiae faventes, responderunt. Episcopi Romani primatum nec in genuina nec in interpolata ad Philadelph. epistola, ceu Episcopus sibi persuasit, stabiliri, evincitur. Quid in epistola ad Magnesianos c. III sit *ἡ καθολικὴ ἐκκλησία*, ex variis Scriptoribus exponitur potius, quam definitur, cum, quicumque vocum sensus sit, id negandum B. Viro non videatur, jam Ignatii aeo Episcopos a Presbyteris distinctos, & ratione ordinis superiores fuisse. Ad nuptias sacerdotali benedictione opus esse affirmat Ignat. ep. ad Polyc. c. V. Chiliasmo ille & Seb. Franckio & Petersenio favere praeter rem visus est; nam qui assertur locus, in ep. ad Trallian. interpolata legitur. Sic & alienus fuit a doctrina de aeterno Evangelio, quod patet ex ep. ad Ephes. c. 6, ubi haereticos *οὐκ ἔτι προσδοκῶντες* ituros

uros efficit. Tam fecundo calamo Ignatii dogmata, interspersis passim eruditissimis excursionibus, B. Autor delineavit, quæ diligentius hic commemoravimus, ut, quid de ceteris Sectionibus judicandum sit, Lectori constaret. Cetera in summam archiorem conferemus.

Scilicet Sectione III *Polycarpi* & Ecclesiæ Smyrn. doctrinam explicat, ac speciatim laudat insignem ejus SS. Trinitatis confessionem, quæ apud Euseb. IV, 5 in oratione, ante martyrium pronunciata, legitur. Veritatem carnis Christi eum asseruisse, vel ex ep. ad Philipp. c. 7 apparet, ubi imitatus est locum 1 Jo. IV, 3, de quo B. Autor nonnulla monet. Ignatius Martyres c. *ἁγιοπατριῶν* sive beatos vocat, qua occasione notatur Spenerus, qui in Responsis Theolog. Part. I Art. 4 Sect. 24 affirmat, *beatum* hodie nihil nisi *defunctum* denotare. Ab Evangelio æterno Polycarpum abhorruisse, ex responsione ejus ad ignis pœnam, quam Proconsul minatus erat, facile intelligitur. Sect. IV Justinii Mart. doctrinam sibi exponendam sumit. Eum de SS. Trinitate recte sensisse præter ceteros probavit Nifanius in Justino veritatis Evangel. teste & confessore c. 3 p. 24. Idem gentiles *μετὰ λόγῳ* viventes Christianorum nomine dignos censet, & post eum multi Pontificii, minime vero Lutherus. Angelolatricæ & sanctorum invocationi nunquam patrocinator est: justificationem vero per solam fidem in ep. ad Diognetum p. 500 adstruxit, ut & baptismi efficaciam in Apolog. II p. 94. Interim nævis non caruit partim dogmaticis partim historicis: neque tamen pœnis damnatorum finem constitutum esse censuit, sicut nec cæteri Patres sæculi II, quod *Cl. Frickius in dissert.* posteriore de cura Veterum circa hæreses p. 135 sq. ostendisse dicitur.

Sect. V Irenæi doctrina continetur. Interpretes LXX cellulis totidem usos esse, juxta cum Patribus aliis, ibi laudatis, lib. III c. 25 tradit. Magdeburgenses Centuriatores nusquam, quod Bullus illis exprobrat, dixerunt, Irenæum nusquam Spiritus S. divinitatem agnovisse; sed negant, eum Spiritum S. diserte Deum appellasse. De statu animarum post mortem minus recte judicavit, & Chiliasmi quoque reus fuit.

pag. 194

196

204

205

206

208

210

211

212

215

217

ACTORUM BRUDITORVM

pag. 219

lem tamen Carnis & Sanguinis Christi presentiam in S. ~~Caena~~
agnovit; non autem sacrificio ~~Christi~~ patrocinatus est,
quod contra Grabium Cl. Buddus ~~est~~.

223

Sect. VI *Molinus* doctrinam persequitur, & observat, in ep-
istolis ad Onesimum, apud Euseb. H. E. IV 26, quae canonem tum
receptum exhibet, Apocryphorum librorum mentionem non

224

fieri, & per Sapientiae librum Salomonis proverbiam indicari. In
Deo corporei aliquid agnovisse negari non potest. Doctrina

225

Tatiani constat ex Sect. VII. Duplicem Spiritum is statuit in
homine, quod ex c. 18 Orat. ad Gr. patet, sicut & c. 21 animam in-
se mortalem, ac daemones ex subtiliore materia constare, affir-
mat.

227

Sect. VIII ostendit, *Athenagoram* Prophetas *Θεοπισύστα*

229

angelos quondam amoribus virginum captos & Gigantum ge-
nitores statuisse, ac secundas ~~mulieres~~ rejecisse. *Theophilus*
Antioch. Sect. IX de SS. Trinit. recte judicasse dicitur. *Glo-*

232

mens Alex. cui Sect. X destinata est, incaute quidem inter-
dum de Filio Dei loquitur, sed a sibi tamen, v. c. in Admo-

232

nit. ad gentes, verbum Dei esse re vera Deum manifestissimum
profiteatur. *Αναΐσιαν* Stoicorum approbavit. Baptismi

233

efficaciam agnovit lib. I paedagog. c. 6, & Scripturae *Θεοπισύ-*
στα. Allegavit interdum quaedam tanquam in Scriptura S.

234

existentia, quae in ea non inveneris, qualia sunt, quae le-
guntur lib. I Stromat. *εστote boni Trapezita*, de quibus No-

236

ster nonnulla commentatur. *Tertulliani* placita recensentur
Sect. XI. De Trinitate recte sensisse eum, ostenderunt Tho-

238

masinus T. III Dogmat. Theol. p. 352-356 & Bullus def. fidei Nic.
Sect. II c. 7 & III c. 10. Due tantum Sacramenta statuit lib. IV

238

adv. Marc. c. 34. De verbis ejus, quibus panem Eucharisticum
figuram corporis Christi dixit, variorum sententiae afferuntur,

239

ac postea varii ejus errores recensentur. Sectione XII He-
gesippi, Dionysii Corinthii, Anacleti & aliorum Pontifi-

242

cum Romanorum doctrinam paucis perstringit, ac denique
Sect. XIII in brevi recensione doctrinae Papiae, Quadrati,
Judae & Aristidae acquiescit. De Papia speciatim observatur,

cum pleraque sua ex traditione, cujus erat studiosissimus,
haussisse,

fuisse, atque multa pro simplicitate sua sibi persuaderi passum fuisse. Caput IV ritus sacro II receptos ex idoneis monumentis commemorat, ac baptismales quidem ex Iustini M. Apolog. II c. 79 peti posse observatur, quæ etiam evincat, unctionem tum temporis nondum receptam fuisse. Baptismus Arenarius perperam ad hoc Sæculum refertur. Infantes etiam fuisse baptizatos, contra Arnoldum id negantem ostenditur. Cum baptismo administratio cœnz fuit conjuncta, cujus consecrandi jus an Laicis quoque competat, inter Rigaltium affirmantem & Albaspinzum negantem disputatum fuit, occasione loci Tertulliani, de quo etiam Grotius, Salmasius & Petavius inter se disceptarunt. Communionis sub utraque clarissima vestigia extant: conferatur Dalzuz lib. V de cultib. religiof. Latin. c. 7. Eucharistia manibus communicantium excepta, & domum ferenda data fuit, quod ab immanissimis persecutionibus ortum merito putatur. Ad celebrandum diem Dominicum cursorum ope vocari solebant Christiani iidemque sacris cum summa attentione intererant. Ad preces fundendas varios ritus habitusque corporis adhibere solebant, qui strictim recensentur, eodemque loco de Luciani *ὡδή πωλυωνύμων* in Christianis notata, & formula *κύριε ἐλέησον* a Gentilibus etiam recepta, coetibusque antelucanis a Plinio commemoratis differitur. Jejunia quidem, non tamen Quadragesimale, sed quartæ & sextæ ferie recepta erant. Claudunt agmen, quæ de Stationibus, Pœnitentiæ disciplina, Confessione Auriculari, tum temporis nondum recepta, oblationibus pro defunctis & crucis signo tunc frequentato moneri poterant. Neque templa, neque aras, quicquid Pontificii statuunt, Christianos habuisse constat. Cap. V B. Autor de Gradibus Ministerii & Hierarchia Ecclesiastica differit, ac speciatim observat, minores ordines nondum hoc sæculo fuisse, sed totum Ministerium Episcopis, Presbyteris & Diaconis constituisse, allatis variis Autoribus, qui de Episcoporum præ Presbyteris prærogativa disputarunt. Hoc sæculo nec Papæ nomen Episcopis Romanis proprium fuit, quorum Primatus etiam tunc nondum

p. 247

248
251

255

256

257

261

264

269

272

273

276

ACTORUM ERUDITORUM

fuit admiffus, quamvis id ex eo demonftrare conetur Baynaudus, quoniam Tertullianus de pudicitia c. 1 Epifcopum Epifcoporum commemorat, quo nomine tamen & Jacobus Hierofolymitanus Ecclefie Epifcopus & alii affecti fuerunt. Cap. VI Persecutiones Sæculi hujus in scenam producit, quæ fcilicet sub Tiberio, Hadriano, Antonino Pio & M. A. Antonino acciderunt, quibus tandem vexationes a Judæis coortæ subjunguntur. In prima illa Tiberiana Clementem Romanum martyrio defunctum fuiffe, verifimilius negatur, quam affirmatur, quam in rem plura B. Autor dixit in diff. de Patribus Apof. S. 68. Halloixius complures Martyres, fed sine Autore fide digno commemorat in imagine Sæculi II. Sub Hadriano nullum martyrium fuiffe, Dodwellus in diff. de paucitate Martyrum S. 28 sq. affirmavit, contrarium folide evincente Mabillonio in Museo Ital. p. 138 & Ruinartio in præfat. ad Acta Martyrum finceza. Neque tamen negari poteft, veris fabulas miferi, ad quas pertinent, quæ de decem millibus in Armenia crucifixis fertur. Ex Polycarpi, qui sub Antonino Pio in martyres relatus fuit, perfoffi latere columba exiiffe fertur, quod tamen nuper Th. Smith in not. ad Acta Martyrii ejus ad augendum miraculum confictum putat. Eum sub Empedoclis nomine a Themistio Orat. V. p. 70 perfringi, præter rationem credidit Steph. le Moyne. M. A. Antoninus a furore fuo multum remisit, cum Chriftiani sub ejus vexillis militantes & imbrem defideratum & victoriam precibus fuis impetrarent, de quibus ingens fed selecta veterum & recentiorum Scriptorum copia affertur. Caput VII idque in Hærefibus recensendis occupatur, eo quidem inflitutum, quæ de hoc argumento in differtat. de Hærefiarchis Sæc. I & II jam ante aliquot annos dicta a B. Autore erant, variis acceffionibus locupletentur.

p. 281

283

285

288

293

THE HISTORY OF THE REBELLION AND Civil Wars in England &c.

Volumen II.

Oxonii e Theatro Sheldoniano, 1703, fol.

HISTOI-

SUPPLEMENTA. Tom. V. Sect. II.
HISTOIRE DE LA REBELLION ET DES
Guerres Civiles d'Angleterre &c.

Tomus III & IV.

Hagæ Com. apud Lud. & Henr. van Dole, 1709, 12 maj.

I. c.

HISTORIA REBELLIONIS ET BELLORUM
Anglia Civilium ab A. 1641 usque ad restitutionem Car-
oli II Regis ; Autore EDUARDO CLAREN-
DONII COMITE.

Anglica editio constat Alph. 6 pl. 8, Versio autem Gallica
Alph. 2 pl. 16.

Quum memorabilem Civilium motuum Anglicanorum,
superiori Seculo adulto excitatorum , Historia , a Cla-
rendonii Comite summa fide ac diligentia singulari conscrip-
ta , partem in Actis nostris A. 1705 Mens. Apr. p. 145 seqq.
perconsuerimus , cœptum negotium jam perfequendum , te-
lamque , quam exorsi sumus , ulterius pertexendam putamus.
In prasenti itaque Librorum VI, VII, VIII & IX duobus To-
mis III & IV in ed. Gallica, quam sequemur, comprehensorum,
argumenta potiora ac res observatu digniores breviter summa-
timque cum B. L. communicabimus. Enimvero illustrissi-
mus horum Annalium conditor Libro VI intestini belli, quod
Regem inter & utrumque regni Senatam , quem *Parliamen-
tum* vocant , exoriebatur , initia , ad annum 1642 hujusque
mensis Septembrem potissimum relata , commemorat ,
causæque justitiam a Regiis partibus stetisse , pronunciat &
luculenter confirmat. Principio igitur Regis ad *Parliamen-
tum* literas , repetitis vicibus missas , atque ad civiles motus
sedandos , firmandamque rursus & conservandam inter Re-
gem & Regni proceres concordiam unice spectantes , exhi-
bet , iisdemque *Parliamenti* responsiones , paullo duriores,

Tom. III p. 1.

16. fqq.

pag. 33

39

42 sqq.

92 sqq.

129

134

148

statim subjungit. Quod negotium cum parum hac via succederet, Rex, Ordinibus ad seditionem paratis, cum exigua militum manu anno 1645 exegente Salopiam (*Shrewsbury*) se recepit, eodemque tempore Portus Ostium (*Portsmouth*) munitissima Haeronia urbs, perfidia praesens rebellium potestati se permisit. Londini vero Procerum plurimi, e sacro aeque ac politico ordine, Regiis partibus impensius faventes, *Parliamenti* jussu in custodiam abducti fuerunt. Interea sacerdotes quoque, *Parlamento* addictiores, pro concione in Regem acerrime investi sunt, nonnulla divini Codicis oracula perverissimum in modum interpretati. Documento sint verba Jeremiae, divini Vatis: *Maledictus, inquit, qui prohibet gladium suum a sanguine. Cap. XLVIII, 10.* Hinc enim quidam ex illis, omnes, qui Regis milites, in praeliis captos, vivere paterentur, perstringendi, atque ad eadem hortandi ansam arripiebat. Plura exempla, quorum Autor noster mentionem injecit, cumulare superfedemus. Progredimur potius ad primam pugnam, in montanis, Anglorum sermone *Edge-Hill* vocatis, atque in ditione seu *Comitatu* Warwicensi sitis, commissam, in qua Regiae copiae, nisi equitatus, Duce Roberto, Palatino Principe & Regis ex sorore nepote, longius atque inconsultius paullo fugienti hosti insitisset, plenam victoriam reportassent. Hoc enim animadverso, Comes Essexius, qui rebelli exercitui praerant, suorum animos confirmavit, Regisque peditatum, suo longe inferiorem, adortus, magna clade affecit, ipso Rege, cum filiis Carolo & Jacobo, ex hostium manibus aegre dilapso. Vitae autem discrimine perfunctus, Oxonium petiit, ibique exercitum novis militum accessionibus refecit, Academia Oxoniensi in maxima, qua premebatur, omniura rerum inopia, non mediocri pecuniae summa ipsum juvante. Non multo post res per literas iterum agi coepit, sed omnes de redintegrandae pacis suscepti conatus ac labores irriti fuerunt. Namque apud rebelles erat *fides obstinata, misericordia in promptu*: adversus Regem autem *hostile odium*, ut Taciti, Judaeorum mores, *Annal. L. V. c. 5*, describentis, verba

verba, paullulum immutata, nostra faciamus. Qui eo
 audacia tandem pervenerunt, ut Majestatem penes se solos
 reperiri, Regemque, ab ipsis sejunctum, ea prorsus desti-
 tutum esse, publica prædicatione testificarentur. Rex in-
 terim non Scotos solum, sed vicinos etiam Batavos, Gallos,
 Hispanosque sibi conciliare, atque in partes suas pertrahere
 frustra studebat, propterea, quod *Parliamento*, viribus su-
 periori, haud obscure favebant, neque adversus se concita-
 re illud consultum putabant. Speciatim vero Hispanus omnia
 Carolo denegabat subsidia, ac tumultuantes Hibernos, Ro-
 manis ritibus addictos, armis & pecunia sustentabat, gra-
 viter ferens, Lusitaniæ Regis legatos in Anglia a Carolo co-
 miter exceptos fuisse. Ad Gallos autem quod attinet, Ri-
 cheliius motus in Scotia adversus Carolum aut excitavit, aut
 fovit: quippe qui cum Puritanis frequens & perpetuum li-
 terarum habuit commercium. Hinc Gallorum quoque le-
 gatus non Regem sequebatur, sed Londini commorabatur,
 ac perniciosæ & ad perdendum Regem spectantia consilia
Parliamento suggererat. Anno insequente 1643 mense Apri-
 li ad pacis conditiones denuo ventum est. Quas cum justo
 duriores Regi præscriberet *Parliamentum*, accipi ab isto non
 potuerunt. Inter has autem præcipuæ fuerunt, ut Rex mi-
 litem suum dimitteret, ac sibi infensissimo Senatui se per-
 mitteret, Hierarchicum & *Episcopalem* Ecclesiæ Anglicanæ
 statum cum *Presbyteriano* commutari pateretur, ac deni-
 que jusjurandum, Romanensibus, de condemnandis & ab-
 jurandis summis Pontificiæ doctrinæ capitibus, de Primatu
 Papæ, *Transsubstantiationis* dogmate, Adoratione & Con-
 secratione Hostiæ, Crucis, Imaginumque, in Anglia deinceps
 deferendum, ratum haberet juxta confirmaretque. Nihil
 ominis tamen, paucis interjectis septimanis, aliquot die-
 rum induciæ factæ sunt, quæ nihilo feliciorum successum
 habuerunt; sed rebellibus Londinum magis magisque com-
 muniendi, & lineas circa urbem ducendi occasionem præ-
 buerunt. Interea Scoti pacis cum *Parliamento* sancientiæ
 conciliatores esse volunt, quorum opera in hoc negotio uten-
 dum

pág. 165

70 sqq.
Conf. 156

173

279

221 sqq.

307, 319.

375

345

ACTORUM ERUDITORUM

pag. 153 **7** dum esse, consultum Rex nequiquam putavit. Postea processit
 quidam, a *Parlamento* delegati, de componendis dissidiis
 Oxonium venerunt, & quum aequiores non proponerent
 conditiones, re infecta discesserunt. **364** Quae, aliisque, lon-
 gius Autor noster persecutus est, Librumque VI extremum
 singularibus & accuratis personarum characteribus, quos in
 principibus Britanniae Viris, tam Regis Consiliariis, quam
Parliamenti Senatoribus, ac Membris, in Regem suum gra-
 vantibus, observavit, Sallustium ac Vellejum felicissimo au-
 tu imitatus, insigniter locupletavit. Libro autem VII com-
 memorare pergit, utriusque partis exercitus, rapti Oxo-
 niae pacis negotio, hostiliter in varias Angliae ditiones seu
420 *sq.* *Comitatus* incursionem fecisse, nec pauca oppida expugnasse.
 Medias has inter turbas Rex, pacis amantissimus, de impe-
 tranda illa nuncium ad Senatum misit Londinum: quem
 benigne audivit superior Curia; inferior autem, contra
455 omne jus fasque, in carcerem duci iussit. Neque in hoc
 acquievit ejus furor, sed eo temeritatis progressa est, ut
 ipsam Reginam, maritum armis ceteroque apparatu belli-
 co, in Batavia comparato, juvantem, perduellionis aperte
565 ac palam accusaret. Rex interim gemina victoria, ab ho-
 stili exercituum ducibus Fairfaxio & Wallero reportata,
 uti non potuit, propterea quod ductores agminum magna
 animorum contentione inter se dissentirent, ac pestilentis-
 sima erga se invicem odia foverent. Etenim Gloucestriae
 obsidionem solvere coactus est, atque in praelio Nubiriensi
649 fortissimos praefectos, & inter hos sigillatim Falclandium,
 Vice-Comitem, quem invidendo elogio Autor noster orna-
 vit, amisit. Ex contraria autem parte Essexius ovans Lon-
 dinum intravit, cui *Parliamenti* nomine gratiae, propter res
4 feliciter gestas, solenni ritu persolutae fuerunt. Rex vero
 Oxonium rediit, ejusque praefectorum alter in alterum Glo-
 cestriensis obsidionis, ingenti cum damno soluta, culpam
48 conjecit. Quae animorum distractiones, regios inter ad-
 ministratos vehementer regnantes, Carolo tandem exitio fue-
75 *sq.* runt. Neque Harcurtius, novus Gallorum Legatus, in
 quo

quo plurimum fiduciam collocabat Carolus, quicquam ei proderat, sed re infecta ad suos reversus, rebellionis ignem magis aluisse, quam extinxisse, videbatur. Quum igitur Carolus non tantum a subditis contemptui habitum, sed & ab amicis, ac Gallo praesertim, neglectum se videret, nec *Parliamentum* ulla ratione in ordinem redigere posset, omnes ejus Senatores Londino Oxonium ad se, irrito tamen conatu, venire jussit. Porro autem, factis in Hibernia induciis cohortes quasdam, ad augendum exercitum suum, navigiis imponi, atque hinc in Angliam transportari curavit. Quo facto pacem rursus rebellibus obtulit; nihil tamen aliud hac opera effecit, quam ut majores illi spiritus sumerent, audaciusque Regi insultarent. Quibus deinceps se junxerunt *Scoti*, & principio anni 1644, summa hiemis vehementia, *Angliae terras*, Regi adhuc subjectas, invaserunt, regisque copiis multum negotii facessiverunt. Illius vero animum, his rebus valde perturbatum, non parum recreavit insignis victoria, qua Robertus Palatinus apud *Newark* potitus est; quippe qui hostes obsidionem hujus oppidi solvere, ingenti clade iis illata, coegit. Libro VIII Autor noster tradit, Regem magis magisque ad angustias redactum esse, ejusque copias a *Parliamenti* exercitibus plerumque fusas fugatasque fuisse. Licet autem inter ipsos *Parliamenti* Senatores non mediocria orta essent dissidia, Cromwellio & Mancunii (*Manchester*) Comite, qui in *Essexii* locum suffectus exercitui praerat, perfidia reos sese invicem postulantes, Regi tamen, omnium fere rerum atque argenti praecipue inopia laboranti, turbae istae nihil profuerunt. Sub id tempus *Fanaticorum* nomen in Anglia primum inventum est, atque *Independentes*, quintam expectantes Monarchiam, quibuscum etiam Cromwellius faciebat, eo insigniti fuerunt. Cujus farinae homines omnem lapidem moverunt, ut Guilielmus Laudus, Cantuariensis Praesul, antiqua vir fide ac virtute, prout Autori nostro audit, quem IV annis captivum detinuerant, supplicio afficeretur, propterea quod Pontificiam in Angliam introducere voluisset religionem, ipsumque inter &

pag. 167 sqq.

177 sqq.

197

211

266

388

365 sqq.

368

387

391

2627

K

Papam

383, 392. Papam mutuam literarum commercium intercessisset. Dum
 hæc Londini agebantur, Rex Richmundæ Ducem & South-
 hantunensium Comitem de instaurando pacis negotio ad *Par-*
liamentum misit. Inter quos, superatis ingentibus difficultati-
 bus, tandem convenit, ut utriusque partis delegati in Ponte
 Uxino (*Uxbridge*) de componendis dissidiis consultarent. Ve-
 rum XX dierum, qui huic negotio definiebantur, spatio acri-
 ter quidem inter eos de summis quibusdam capitibus, no-
 minatim de tollenda Hierarchia, cura rei militaris *Parlia-*
mento committenda, ac bello Hibernico, ruptis induciis, con-
 tinuando, fusc ab Autore nostro commemoratis, decertatum
 fuit. Omnis tamen spes pacis obtinendæ, quum *Parliamenti*
 nomine iniquissimæ proponerentur conditiones, evanuit,
 bellumque majorem paratum, Fairfaxo duce, redintegratum
 fuit. Rex igitur Marchionem Montis Rosarum cum auri-
 451 sqq. ritate militem conscribendi, exercitumque contra Argylum,
 summæ rerum apud Scotos præfectum, comparandi, in Sco-
 1483
 593, 641 tiam misit; Carolumque filium, & regni heredem, ut vitæ
 suæ consuleret, Bristolium abire jussit. Quod eo potissi-
 mum consilio factum est, ut, desperatis rebus, fugam ca-
 pessere, atque in Galliam, in quam mater antea se receperat,
 trajicere posset. Putabat enim Rex, se, filio superstite, tutum fore,
 & contra nefarias hostium machinationes, vitæ suæ insidias forte
 484, 499. estructuras, probe munitum: quæ spes ipsum magnopere
 492 sqq. fefellit. Restat denique Partis *Historia* hujus *Liber IX*,
 quo Autor noster, accurati Historici partes digne expleturus,
 de Regis ipsius inconstantia, suorum imprudentia, ac
 543, 599. diversarum partium studiosorum perfidia, nihil quicquam se
 dissimulaturum esse, ultro cõstetur. Quo monito, Essexium
 reliquosque duces ac præfectos A. 1645 muneribus se abdicasse;
 solum vero Cromwellium, Fairfaxio suasore, apud exercitum
 mansisse, ac plerosque deinceps copiarum præfectos, quos
 Fairfaxio commendaverat, sensim paulatimque obnoxios sibi
 reddidisse, narrat. Eodem fere tempore Regii exercitus duces
 parum considerate prælium apud Navesbejam (*Naseby*) cum Fairfaxio & Cromwellio inie-
 runt,

rant, in quo parum absuit, quin Rex in hostium manus perveniret. Inter illos autem Noster nominatim perstringit pag. 553 599.
 Goringium & Grenviliam, audaciores nec rei militaris satis peritos, qui officio suo pessime perfuncti, ab ipso Wallia Principe coerceri haud potuerunt. Quin Robertus Palatinus, fortis magis, quam prudens, Bristolium, munitissimam Regni urbem, Parlamento, nulla adactus necessitate, deditit, atque ideo in summam ipsius Regis offensionem incurrit. In Scotia vero David Lesly cum Marchione Montis Rosarum, qui Edenburgum, Regni caput, in potestatem Regis jam redegerat, praelio conflixit, eundemque in montana se recipere coegit. Hisce rebus factum est, ut Regis vires indies ferme imminuerentur, & pax, rebellibus subditis denuo oblata, constanter ab his repudicaretur. Ad extremum itaque Rex *Independentes*, quos vocant, sibi conciliare, frustra tamen, studuit; neque Gallorum Legatus *Montreuil*, a Gallia Regina & Mazarino in Angliam profectus, tristissimam infortunati Regis sortem cum meliori ac latiori commutavit.

606

613, 614

705, 599

710

719

Atque hæc ferè sunt, quæ in memoratis III & IV Tomis leguntur, ac præ cæteris observatu digna esse videntur. Ultimam vero hujus Historiæ Partem, V & VI Tomos complexam, proxime alio in loco recensendam nobis referamus.

ABREGE' DE L'HISTOIRE DES SCAVANS &c.

i. e.

COMPENDIUM HISTORIÆ ERUDITORUM

Virorum veterum & recentiorum, usæ cum Catalogo Scriptorum, qui ad hoc Compendium adhibiti sunt.

Tomus I.

Parisii, 1708, 8.

Const. 16 pl.

K 2

Pro-

Propositum est Auctori hujus compendii, non vitas eruditorum Virorum exponere, aut omnia eorum scripta recensere, sed ex utrisque singularia quaedam & vulgo minus cognita excerpere, unde cum de ingenio ac moribus, tum de fortuna & conditione eorum judicare liceat. Primus hic Tomus in duas partes distribuitur, quarum altera antiquiores, Græcos puta & Romanos, altera recentiores, qui ex literis famam adepti sunt, complectitur. In priori speciatim occurrunt *Cicero, Virgilius, Tacitus, Q. Curtius, Euripides, Philetas, Prodicus, Pericles, Plotinus, Pythagoras, Democritus, Stilpon, Pyrrhon, Diagoras, Xenophanes, Dionysius Heracleotes, Crates & Hypparchia, Lencippus, Hypponax, C. Lucilius, Decimus Laberius, Priscus Lucorius & Chrysippus*: in posteriori *Cyprianus Leovitius, Jo. Antonius Maginus, David Herlicius, Jo. Bapt. Morinus, Gaspar Scioppinus, Janus Gruterus, Ericus Puteanus, Theoph. Raynaudus, Jac. Gretserus, Jac. Gaffarellus, Jac. Golius, David Pareus, Philippus Pareus, Petrus Ramus, Th. Dempsterus, Ant. Codrus Urceus, Domitius Calderinus, Ant. Flamminius, Huld. Fugger, Guil. Cambdenus, Hier. Cardanus, Gomesius Pereira, Daniel Sennertus, Jordanus Brunus, Paulus Colomesius, Jo. Amos Comenius, Fridericus Commandinus, Desid. Erasmus, Ammonius Levinus, Papyrius Massonus, Nic. Claudius Fabri Peyrescius, Franciscus de la Mothe le Vayer, & Frans. Guiet. Quo magis ratio instituti ejus perspiciatur, unum vel alterum exempli causa repetere juvat. Cap. I in Cicerone notatur fractus & profus effoeminatus dolore animus, quo mortem Tulliae suae adeo immoderate tulit, ut nullo solatio erigisset, & ipse, se in eo sapientem non fuisse, fateretur. Mane se in sylvam densam & asperam abstruxisset, non usque ad vespèram, ut fletui liberius indulgeret: quin ita sui oblitus est, ut defunctam inter ipsas Deas referre & non mausoleo sed fano cohonestare destinaret. Cap. II in Virgilio commendatur inprimis modestia, qua ipse de carminibus suis omnium humillime sensit, & hominum digito se monstrantium conspectui saepe in proximam quamque domum*

domum aufugiendo se subduxit. Cap. III Tacito laudi ducitur, quod præter ceteros nonnulli Pontifices Romani scripta illius deperierint. Nam Paulus III ea relegendo exemplar suum prorsus detrivit: Leo X magna præmia illis proposuit, qui codices veteres latebris proferrent, unde perdita ejus restitui possent. Hinc in monasterio Corbeiensi quidam inventus est, ex quo priores V Annalium libri primum editi sunt. Inter Græcos Cap. V Euripides tanto labore ac temporis impendio tragedias suas scripsisse perhibetur, ut aliquando tribus diebus non nisi tres versus absolveret, iisque plerumque in sylvis ac terræ cavernis abditus operam daret. Quo factum est, ut a canibus venatoriis tandem disceptus misere periret. Cum malus quidam Poeta, eo præsentente, jactaret, se tribus diebus vel trecentos versus scribere, ea quodque, respondit, inter mea & tua carmina differentia intercedit, ut mea ad secula transmittantur, tua vix tres dies durent. Cap. VIII Periclis eloquentia laudatur, cui tanta vis animos, quocumque volebat, flectendi inerat, ut cum Pisistrato compararetur, propterea quod hic armis, ille verbis tyrannidem exerceret. Inter recentiores primo loco commemorantur Mathematici & Astrologi, inter quos præcipue Cap. I Leovitijs memorabilis est, qui præter cetera, eventu plerumque destituta, ipsum diem extremum A. 1584 venturum prædixit, tantorum hominum terrore, ut pallim & jejunia & supplicationes instituerentur. Cap. V Scioppii cum viris eruditissimis contentiones, in quibus summam animi impotentiam prodidit, sat fuse recensentur. Dum Cap. IX nostri Gretseri mentionem facit, damnat ipse judicium Perronii in nationem Germanicam injurium, quo cum, pro captu Germanorum, satis eruditum fuisse, pronuntiavit. Cap. XXIV Daniel Sennertus Chymiam primus in Academiam Vitembergensem intulisse dicitur, idemque ab ingenii subtilitate commendatur, qua opinionem suam singularem de immaterialitate animæ brutorum defenderit. Cap. XXIX in memorabilibus Desiderii Erasmi ponitur, quod Colloquiorum ejus & Encomii Moriae quatuor & viginti mil-

lia exempla Parisiis impressa & intra paucos annos divendita fuerint. Cardinalitiam dignitatem ei aliquando oblatam fuisse, ex ipsius pariter ac Pauli III epistolis probatur. De libro contra Lutherum scripto Noster ita iudicat, Erasmmum exiguam rerum Theologicarum scientiam in eo prodidisse.

RECNEIL DES METHODES DE MR. HELVETIUS.

i. c.

*COLLECTIO METHODORUM VARIIS MOR-
bis medendi, HELVETIO, Archiatro Ducis Aurelianensis
& Inspectori generali Nosocomiorum in Flandria,
usitatarum.*

Hagæ Comitum, apud Adrianum Moetjens, 1710, 12.

Plag. 16.

METHODE POUR TRAITER LA VERO-
le par les frictions & par les sueurs, par

Mr. Helvetius.

i. c.

*METHODUS MEDENDI LUI VENEREÆ
per frictions & sudores; Autore HELVE-
TIO &c.*

Hagæ Comitum, apud Adrianum Moetjens, 1710, 12.

Plag. 5.

MOrbi, quos curandi ratio in priori opusculo docetur, sunt pleuritis, variolæ, morbilli, febres tam continuæ & malignæ, quam intermittentes, diarrhoea, fluxus sanguineus, dysenteria, hydrops, & scorbutus. Quæcunque enim Autori per longam experientiam in his morbis fuerunt cognita & probata, candide hic communicantur. Hinc modus eos repellendi medicamentorum ope describitur, ipsa quoque remediorum præparatio, eorumque dexter usus.

usus delineatur. Hæcque methodus ea potissimum ex causa
 in Præfatione commendatur, quod ægri, quibus Medicorum
 absentia vel res angusta domi illos consulere prohibet, ad sui
 curationem manu quasi ducantur. Et cum alter Tractatus
 eadem ratione sit conscriptus, breviter methodum delinea-
 bimus, qua Helvetius hæc Venerea affectos curare solet.
 Indicationes, quas sibi format, sunt; ut salia acidâ fixa de-
 struantur & evacuentur. Hinc post clysmata laxans venæ
 sectionem imperat, altero die aliud clysmata, tertio purgans
 per os pro primis viis eluendis ordinat, quarto & sequenti-
 bus 8 vel 10 diebus balneo uti mane & vesperi jubet ægrum,
 ut sanguis debitam consistentiam & lympham justam fluiditatem
 acquirat; hinc ne sudet æger, suadet. Ut autem sal ac-
 rimiæ venerei corrigatur, & particula sulphurea ex mas-
 sa sanguinea expellantur, ante balneum jusculum ex bor-
 ragine, buglossa, lactuca &c. vel serum lactis cum syrupo
 violato hauriendum esse, judicat. Post balnea, venæ sectio-
 nem & purgationem repetitam emeticum propinat, quod
 ἀνω καὶ κάτω humores fermentescibiles frictionis tempore ad san-
 guinem ruant. Altero die post hanc evacuationem bolum
 exhibet, ex Panacea Mercuriali una cum haustu ptisana Sas-
 saparilla, qui post semihoram repeti debet. Duabus ho-
 ris post jusculum hauriendum concedit. Hac ratione præ-
 parato ægro sub calido regimine Unguentum Mercuriale ap-
 plicat, quo primo die pedes ad genua usque & brachia us-
 que ad cubitum fricat. Si post reiteratam altero vel tertio
 die frictionem nulla instantis salivationis signa compareant,
 tertia vice præter modo nominata extrema, inguina, lum-
 bos, spinam dorsii, axillas & humeros inungit. Finitis
 hisce frictionis diebus & saliva probe effluente, sudorem
 excitat ægro semel vel bis de die, idque per 10 vel 12 dies,
 ut particula scilicet virulentæ magis attenuentur & dispo-
 nantur, quæ possint per colatoria commode evacuari.

HOMINI

ACTORUM BRUDITORUM
DOMINICI GUILIELMINI, PHILOSOPHI
& Medici Bononiensis, in Patavino Lyceo Medicinae
Theoricae Profess. primarii, Exercitatio de idearum vitis,
correctione & usu, ad statuendam & inquiren-
dam morborum naturam.

Patavij, apud Josephum Coronam, 1707, 4.

Constat plag. 15.

Veram morbi definitionem praxi respondentem dare intendit Celeberrimus Autor, quae una ad morborum specialium notiones eruendas maneat. Eum in finem de ideis primum in genere differit, & generalia deinde ad ideam morbi statuendam applicat. Observat itaque spectatores universos de differentia specifica primum sollicitos fuisse & radices diversitatis recte in iis affectionibus constituisse, quibus corpus in esse suo ultimo determinatur. Hinc ortam nominum verborumque seu sermonis necessitatem. Dolet vero, quod sermo varia contraxerit vitia, nempe 1 quod non omnibus vocibus clarae ac distinctae respondeant ideae; 2 quod ob verborum defectum metaphoris saepe ac circuitibus utendum; 3 quod non eadem semper significatus certitudo tum respectu objecti, tum respectu ideae; 4 quod ideas saepe ingrediantur passiones; 5 quod ideas intellectualium ut plurimum ingrediantur sensuum affectiones & mentis operationes. In scientiis ideae, nomina & objecta legitime invicem consentire debent, secus equivocationes & opinionum monstra proveniunt. Ostendit itaque, quomodo veteres, *Plato* imprimis, *Aristoteles* & *Galenus*, ideas rectificaverint, proprietatibus in accidentales & essentiales, in genericas & específicas distinctis, eosque reprehendit, quod sic naturam non sibi, sed hominum imaginationi conformem effinxerint, & praesertim *Aristoteles* principia compositionis per modum idearum abstractarum explicaverit, quae nullam existentiam realem habent. Commendat idearum cum objectis conformationem per meditationem & analysis proprietatum

tum evidentiſſimum, per experimenta, per obſervationes, per analogias & comparationes &c. Monet, ejuſdem objecti varias poſſe eſſe ideas, ſi ad diverſos fines comparentur, eodem modo perfectas & ſuo muneri æque ſatisfacientes, ut nimirum rem intellectui repræſentent & fundamentum diſtinctionis ab alia quacunq; ſuggerant. Peccatum vero eſſe a recentioribus, quod Logicas definitiones ideis vulgaribus innixas pro Phyſicis aſſuſerint.

Generalibus iſtis abſolutis, ad naturam morbi explicandam deſcendit: ubi notat, Medicos naturam morbi revelaffe, non cum ad leges Logicorum vulgi de eo ideam reſtificarunt, aut ſtatum corporis ægrotantis ad modum Phyſicorum in conſpectum produxerunt; ſed cum talem ideam compoſuerunt, quæ ad finem artis, inventionem ſcilicet opportunam remediorum, manu ducit. Definir vero ſanitatē per complexum potentiarum ſecundum naturam; morbum contra per eum ſtatum, in quo non omnes ac ſingulæ potentiaæ humani corporis ſe habent ſecundum naturam. Brevius: Sanitas eſt potentia cujuſcunq; ſubjecti ad actiones ſibi deſtinatas; morbus vero impotentia ad eaſdem. Intelligit autem per potentiam & impotentiam non modo virtutem activam & ejuſ negationem, ſed & diſpoſitionem ad patiendum; utramque internam, non externam; proximam, non remotam. Ut igitur morbus in ſpecie appareat, inquirendum eſſe, quanam ſint illæ actiones & quanam iis potentiaæ reſpondeant. Obſervat, notionem ſanitatē in concreto non brevi oratione, ſed longa enarratione complecti, quæ totam œconomiam animaleſ in homine concernunt. Addendas eſſe cauſas & conditiones, quibus ad actiones potentia conſervatur. Omnem nempe morbum Logice per actiones læſas; Phyſice per defectum conditionum ad actiones ſecundum naturam requiſitarum exprimendum. Reſtitiffe & reſtiturum ſemper in morborum particularium ideis inconstantiam & difformitatem non parum plerumque ab idea generali Phyſica, non raro etiam a Logica abludentem, multo quidem cum artis detrimento. Distinguendum

L

elle,

esse, quoniam se habeant ut causas, quoniam ut cause, vel superiores, vel inferiores. Ad curationem vero non requiritur subtilem disquisitionem ejus inter causas, in quo ratio morbi consistit. Physicam enim morbi definitionem non postulari a Medico, nisi ad sapientiam: definitionem Medicam cause morbificæ determinationem petere, per quam morbi ad suam quique speciem referuntur. Naturam morbi revelare idem esse ac omnes ejus causas continentis indicare, ut adeo in sensu Medico morbus sit complexus seu tota series causarum continentium, incipiendo a prima & descendendo usque ad postremam, symptomatibus seclusis.

JOSEPHUS PONZELI, ANTONII FALSI,
*Conferentium, Symposium Medicum, sive Quæstio Criticæ
 de usu Mathematicarum in Arte Medica.*

Venetis, typis Aloysii Pavini, 1707, 8

Constat plag. 6.

Cum hoc ævo de Mathematicarum in Arte Medica usu non eodem sentiant omnes, Auctor doctissimus solenniter in argumenta inquirat, quæ vel pro eo stabiliendo, vel pro eodem oppugnando afferri solent, ut tanto luculentius appareat, penes quos stet veritas. Fingit itaque varios Medicos in convivio amice ea de re colloquentes animique sui sensa libere exponentes. Quæstio, quæ ventilatur, hæc est: an disciplinæ Mathematicæ ad artem Medicam extensæ aliquam ipsi perfectionem addere possint, ita ut Medico practico artis suæ summam affectant, necessariæ sint? Qui pro affirmativa pugnant, non minus methodi, quam ipsarum doctrinarum Mathematicarum in Medicina usum ostendunt atque commendant. Methodus prodesset judicatur tum ad observationes caute instituendas, tum ad conclusiones per ratiociniam accurate inde deducendas. Mathematicus, qui observandi & demonstrandi habitu pollet, rectius & observabit, & ratiocinabitur illis, qui per omnem vitam veritatem nullam coram intuiti sunt, sed in conjecturalibus.

talibus semper variati. Medicinæ methodus Mathematica
 convenit. In Mathesi enim ex quibusdam suppositis alia con-
 cluduntur : singula quippe theoremata ex hypothesi & thesi
 constant. Suppositiones Mathematicorum sunt facti deter-
 minationes , quæ si occurrant, locus est demonstrationi. Isti-
 usmodi determinationes facti in Medicina sunt præsens cor-
 poris affecti status , medicamenti natura aut compositio, vi-
 scerum & in universum corporis totius structura &c. quas
 adeo Physica , Chymia , Anatomia & observationes suppedit-
 ant : atque ex his inferendæ sunt theses , quibus regimen
 actionum in praxi clinica continetur. Singulæ propositio-
 nes Mathematicæ dicuntur totidem principia , si occasio tu-
 lerit , demonstrationum Medicarum. Quomodo hæ ju-
 vent Physiologum , docetur exemplo *Borelli* , cui jungi po-
 terant celeberrimus *Bernoullus* , in schediasmate de motu
 musculorum his Actis inserto & *Pitcairnius* in suis dissertatio-
 nibus : quomodo Practicum , ostenditur exemplo *Bellini* ,
 egregiorum tractatum de pulsibus , stimulis , sanguinis mis-
 sione Autoris , & *Pitcairni* , qui Matheseos beneficio veram
 marmarigmata curandi methodum detexit. Prodest Mathe-
 sis in Physiologia : omnia enim a mole , figura & motu in
 natura corporea pendent ; magnitudinem autem ac figuras
 Geometria , motum Mechanica evolvit. Immo sunt non-
 nulla in Medicina , quæ æque ac alia in Mathesi mixta ap-
 plicatis Mathematicis evidentia fiunt. Talia e. gr. sunt , quæ
 de visione ab Opticis demonstrantur , Medicinæ etiam præ-
 dicæ utilissima. Prodest Mathesis in Pathologia : morbus
 enim semper consistit aut in prava habitudine fluidorum , aut
 solidorum , aut utrorumque inter se , quorum pervestigatio
 exquisitior non ab alio , quam a Mechanico expectanda. Prodest
 in praxi medica : ad electionem enim medicamentorum
 non parum facit , ut modus agendi intelligatur , qui tamen
 sine Mathesi non distincte patet , cum actio in motu efficien-
 ter , in figura instrumentaliter consistat. Hæc ex mente il-
 lorum dicta sunt , qui Matheseos in Medicina usum propu-
 gnant. Qui vero eundem impugnant , largiuntur equidem

omnia in machina corporea mechanica ratione peragi, ipsaque medicamentorum operationem a principis mechanicis pendere; non tamen concedunt, ad praxin feliciter absolvendam illa cognitione opus esse. Quemadmodum enim saltator non ideo esse debet Geometra aut Mechanicus, quod ars saltatoria Geometrica sit & Mechanica; ita nec opus esse judicatur, ut Medicus talem personam induat, quod ejus ars per Geometriam & Mechanicam explicari possit. Sufficit Medico remedium pro qualibet morbo, eorumque administrationum methodi & ordinis cognitio, quae absque ullo scientiarum Mathematicarum subsidio haberi potest. Urgetur ulterius, nullum novum praeceptum a Mathesi Medicinae superadditum; nec ullum a Mathesi provenisse remedium, quo feliciter ac antea curentur aegri. Quin immo multae aegrorum militiae a Medicis sanari, etiam si Matheseos prorsus sint ignari. Bonus Anatomicus & Mathematicus pessimus dicitur esse practicus, & per experientiam confirmatur, in Medicina sufficere estimationem conjecturalem, a legibus prudentiae, haud quaquam a mensura & proportionibus Mathematicis pendentem. Ad hoc alii varia respondent, quae ex superioribus a Lectore attento haud difficulter colliguntur. Ut tamen ea in medium afferamus, quae ab his longius recedant; notandum est, exemplis *Fracastorii, Fermellii, Cardani, Plempii* evinci, viros Matheseos peritos etiam in praxi Medica excelluisse, ut adeo absurdum sit, quod Mathesis suoapte ingenio Medicinae adverteatur. Additur, ipsum *Hippocratem, Galenum & Paracelsum* fuisse Mathematicos, hincque concluditur, a nebulonibus inventum esse illud dicterium: *Bonus Mathematicus & Anatomicus est malus practicus*: qui enim cum delirantibus delirant, eos ludibrio verti. Optime autem observatur, in comparatione duorum Medicorum, quorum unus est Matheseos apprime gnarus, alter vero ignarus, probe dispiciendum esse, utrum praxi Medicae eandem operam uterque impenderit, nec ne. Quemadmodum nimirum facile conceditur, virum Mathematicum & Anatomicum curando dexteritate destitit, & nullam

namque unquam praxi operam dederit ; ita quoque optime defenditur , si duo eandem praxi operam nayarint, alter vero eorum praeterea lumine Mathematico , Physico & Anatomico illustretur , quod hujus etiam praxis multo insignior sit futura praxi alterius. Quale autem sit illud lumen, quod Mathesis, Physica & Anatomia, quam maxime subtilis, praxi Medicae affundit, & ex docta Autoris dissertatione addisci, & aliunde evidenter ostendi potest.

KORTE HISTORIE &c.

h. c.

HISTORIA BREVIS CHRISTIANORUM
*Protestantium, qui Mennonite vel lingua Belgica
 DOOPSGEZINDEN vocantur ; Autore HER-
 MANNO SCHIN, Doctore modo nominatorum
 Christianorum Amstelodamensi.*

Amstelodami, apud Jacobum Borstium, 1711, 8.

Plag. 6.

Quoniam multi sunt, qui Mennonitis impia illa dogmata Anabaptistarum, Münzerianorum & Monasteriensium tribuunt, eruditus Autor contra has injurias sectam suam hoc libro defendit. Sub initium probare nititur, quod praecipua placita Mennonitarum, quibus ab aliis Christianis distinguuntur, nempe baptismum impertiendum esse adultis, arma detrectanda, & jusjurandum omne vitandum esse, jam in Ecclesia Christiana veteri recepta fuerint.

Postea discrimen ostendit, quod est inter Mennonitas & Anabaptistas, horumque nomen illis tribui non posse dicit, cum Mennonitae baptismum iterare nunquam soleant, sed eos, qui ad sectam ipsorum se conferant, facta confessione fidei, absque ulteriori baptismo recipiant. De magistratu politico ita eos sentire : esse hunc ordinationem divinam, nec ei, licet malus sit, esse resistendum, sed humili animo obsequendum, tributa fideliter danda, & pro salute

pag. 12

16

L 3

ejus

omnia in machina corpora mechanica ratione peragi, ipsaque medicamentorum operationem a principiis mechanicis pendere; non tamen concedunt, ad praxin feliciter absolvendam illa cognitione opus esse. Quemadmodum enim saltator non ideo esse debet Geometra aut Mechanicus, quod ars saltatoria Geometrica sit & Mechanica; ita nec opus esse iudicatur, ut Medicus talem personam induat, quod ejus ars per Geometriam & Mechanicam explicari possit. Sufficit Medico remedium pro quolibet morbo, contraque ad ministrandorum methodi & ordinis cognitio, quae absque ullo scientiarum Mathematicarum subsidio haberi potest. Urgetur ulterius, nullum novum praeceptum a Mathesi Medicinae superadditum; nec ullum a Mathesi provenisse remedium, quo feliciter ac antea curentur aegri. Quin immo multae aegrorum militiae a Medicis sanari, etiamsi Matheseos prorsus sint ignari. Bonus Anatomicus & Mathematicus pessimus dicitur esse practicus, & per experientiam confirmatur, in Medicina sufficere estimationem conjecturalem, a legibus prudentiae, haud quaquam a mensura & proportionibus Mathematicis pendentem. Ad hoc alii varia reponunt, quae ex superioribus a Lectore attento haud difficulter colliguntur. Ut tamen ea in medium afferamus, quae ab his longius recedant; notandum est, exemplis *Fracastorii, Fermellii, Cardani, Plempii* evinci, viros Matheseos peritos etiam in praxi Medica excelluisse, ut adeo absurdum sit, quod Mathesis suoapte ingenio Medicinae adversetur. Additur, ipsum *Hippocratem, Galenum & Paracelsum* fuisse Mathematicos, hincque concluditur, a nebulonibus inventum esse illud dieterium: *Bonus Mathematicus & Anatomicus est malus practicus*: qui enim cum delirantibus delirant, eos ludibrio verti. Optime autem observatur, in comparatione duorum Medicorum, quorum unus est Matheseos apprime gnarus, alter vero ignarus, probe dispiciendum esse, utrum praxi Medicae eandem operam uterque impenderit, nec ne. Quemadmodum nimirum facile conceditur, virum Mathematicum & Anatomicum curando dexteritate destititum, si nullam

nellam unquam praxi operam dederit ; ita quoque optime defenditur , si duo eandem praxi operam nayarint , alter vero eorum præterea lumine Mathematico , Physico & Anatomico illustretur , quod hujus etiam praxis multo insignior sit futura praxi alterius. Quale autem sit illud lumen , quod Mathesis , Physica & Anatomia , quam maxime subtilis , praxi Medicæ affundit , & ex docta Autoris dissertatione addisci , & aliunde evidenter ostendi potest.

KORTE HISTORIE &c.

fr. e.

HISTORIA BREVIS CHRISTIANORUM Protestantium , qui Mennonitæ vel lingua Belgica DOOPSGEZINDEN vocantur ; Autore HERMANNO SCHIN, Doctore modo nominatorum Christianorum Amstelodamensi.

Amstelodami , apud Jacobum Borstium , 1711 , 8.

Plag. 6.

QVoniam multi sunt , qui Mennonitis impia illa dogmata Anabaptistarum , Münzerianorum & Monasteriensium tribuunt , eruditus Autor contra has injurias sectam suam hoc libro defendit. Sub initium probare nititur , quod præcipua placita Mennonitarum , quibus ab aliis Christianis distinguuntur , nempe baptismum impertiendum esse adultis , arma detrectanda , & jusjurandum omne vitandum esse , jam in Ecclesia Christiana veteri recepta fuerint.

Postea discrimen ostendit , quod est inter Mennonitas & Anabaptistas , horumque nomen illis tribui non posse dicit , cum Mennonitæ baptismum iterare nunquam soleant , sed eos , qui ad sectam ipsorum se conferant , facta confessione fidei , absque ulteriori baptismo recipiant. De magistratu politico ita eos sentire : esse hunc ordinationem divinam , nec ei , licet malus sit , esse resistendum , sed humili animo obsequendum , tributa fideliter danda , & pro salute

pag. 12

16

L 3

ejus

pag. 18

25

eius Deum assidue & fervide implorandam. Certissimumque omnino esse, nullam reperiri inter religiones Christianas, quæ obedientiam adeo passivam magistratui politico præstendam injungat. Tantum etiam abesse, ut religio ipsorum turbis in Rep. excitandis faveat, ut potius nulla alia eas acrius detestetur. In omnibus enim Ecclesiis Mennonitarum doceri, vindictam omnem esse vitandam, gladio hostibus non esse resistendum, multo minus legitimam magistratam impetendum, sed potius fugam capessendam, & jacturam bonorum patienter ferendam, inimicis vero omnia officia amoris exhibenda. Et si quis inter ipsos contra has regulas peccet, hunc serio primum solere admoneri, sique resistere nolit, publice ipsos declarare, hominem hunc non pertinere ad œconomiam peculiarem, quam habeant inter religiones Christianas. Hæc omnia confirmantur testimonio Ordinum Generalium Provinciarum Fœderatarum, quod Mennonitis tribuerunt in litteris ad Bernenses die 15 Martii 1710 scriptis, quarum argumentum hoc est: Rogatos se esse a Mennonitis ditioni suæ subjectis, ut intercessionem suam interponerent pro sociis fidei ipsorum acrem persecutionem in regione Bernensi patientibus, adeo, ut multi eorum in carceres conjecti, & minis de poena triseptimum & ipsius mortis insigenda territi fuerint. Nec potuisse se id denegare tam bonis ac fidelibus incolis, quales eos esse, jam a longo tempore experientia docuerit: qui simplicem & tranquillam vitam ducentes & domesticis rebus intenti negotiis reliquis se non immisceant. Optandum quidem esse, ut hi homines religionem Reformatorem amplecterentur. Sed ad hunc finem consequendum nullo modo usurpanda esse remedia violenta, cum Deus solus Dominus sit conscientiarum. Ipsos Bernenses cum Belgis Fœderatis aliisque statibus Reformatis sæpenumero conquestos esse de persecutionibus, quas Ecclesia reformata pertulerit iis in locis, ubi intolerabilis hierarchia dominatum usurpet; non itaque conveniens esse, ut ipsi eandem viam ingrediantur in persequendis hominibus ex parte ab Ecclesia Reformata dissentientibus, sed nihilomi-

255

verbum divinum tanquam regulam doctrinae ac vitae suae sequentibus. Dicitur esse, si quis ob sententiam de cultu Divino, a qua salutem suam dependere existimat, exilio, carcere, trisemibus & morte ipsa puniatur. Unicuique hac in re sententiam suam liberam esse relinquendam, modo nihil admittat, quod salutem Reipublicae sit adversum. Atque quod ad hoc quidem attineat, minus metuendum esse a Mennonitis, quam ab ulla alia religione. Percepisse se, quod de tribus potissimum accusentur, quod doceant, magistratum politicum non esse a Deo, neque cum religione Christiana consistere posse, quod jurare nolint, & quod patriam defendere abnuant. Horum primum aperte pugnare cum confessione eorum publica, ex qua appareat, longe aliam ipsorum sententiam de magistratu politico: alteram nihil damni afferre Reipublicae, cum inter ipsos eadem vis sit nudae assertionis, quae jurisjurandi inter ceteros: tertium nimis extendi, cum arma tantum gestare sibi non permissum ducant, tributis autem & aliis oneribus ferendis neququam se subtrahant. Has ob causas petunt a Bernensibus, velint captivos Mennonitas dimittere, a poenis infligendis abstinere, eos tanquam bonos incolas protegere & locum relinquere regulae, quae jubet, ne aliis id faciamus, quod nobis fieri volumus. Quod ad Fanaticismum attinet, qui Mennonitis objici solet, Autor asserit, hujus inter veros Mennonitas nullos esse asseclas, sed ex libris eorum patere, quod potius nimis abjecte, quam nimis honorifice de operationibus Spiritus sentiant. Nihil itaque esse, quod Anabaptista Munzeriani & Monasterienses cum Mennonitis commune habuerint, nisi baptismum adultiorum: quem tamen initio multi inter primos reformatores paedobaptismo praefendum censuerint, nimirum e Reformatis Zuinglius & Oecolampadius, e Lutheranis Wolfgangus Capito, aliique. Si quis itaque Mennonitis, quia circa baptismum adultiorum cum Anabaptistis idem sentiunt, reliqua etiam horum dogmata tribuat, cum aequè injuste agere, ac si quis illum, qui paedobaptismum sectantur, eandem in omnibus esse mentem asserat.

pag. 34

38

rat.

pag. 57

58

rat. Neque unquam factum esse a Luthero, Melancthone, Zuinglio eorumque affectis, ut eos, qui baptismum adultiorum sectantur, inter discipulos Münzeri referrent; nisi deum post hujus supplicium. Subjungit Autor, proclive sibi esse ostendere, neque Münzerum neque primos & præcipuos Autores turbarum Monasteriensium ex secta suorum ortos esse, sed absque ullo dubio fuisse filios degeneres sectarum aliarum: nisi amor Christianus & sana ratio vellet, ne quis, quod sibi fieri nolit, id alteri faciat. Ex his concludit, feges Imperii Romano-Germanici contra Anabaptistas lætas, non pertinere ad Mennonitas, hosque referendos esse inter primos Protestantes, qui Ecclesie Romane cum Luthero & Calvino se subtraxerint. Id confirmat autoritate duarum epistolarum Wilhelmi Regis Angliæ ad Johannem Wilhelmum modernum Electorem Palatinum scriptarum, nec non unius scriptæ ab Electore ad Regem, in quibus singulis Mennonitæ Protestantes vocantur.

HISTORIA NATURALE DEL MONTE VESUVIO.

h. c.

HISTORIA NATURALIS MONTIS VESUVII, Divisa in duas Partes a CASPARE PARAGALLO, Advocato Neapolitano

Neapoli, apud Jac. Raillard, 1705, 4.

Alph. pl. 8.

Jam dudum est, quod studiorum industria in hunc usque agnoscendam Montium historia, ita elaborata, ut tunc generatim de illis, tunc seorsim de uno alteroque ageretur, quod diligenter a B. Ittigio in singulari tractatu, qui de Montium Incendiis inscriptus est, ostenditur. His accedit nunc Cl. Paragallus, non præter rem arbitratus, superesse nonnulla, quæ superiorum scriptorum curis addi in hoc argumento possunt. Atque illud quidem ita tractandum sibi sumisit, ut tota commentatio duabus partibus comprehenderetur, quarum

rum prior historica nunc geographica, ad situm, formam, qualitatem, proprietatem &c. Vesuvii referretur, posterior autem, eaque magis philosophica singulorum phaenomenorum rationes exquireret. Omnia hæc momenta idoneis, ubi requiri possunt, testimoniis confirmantur. Initium ducitur a diversis Montis nominibus, qui nunc Vesuvius, nunc Mævulus, nunc Vesbius, nunc Lesbius, si in Silio Italico & Galeno librarii mendam non est cogitandum, nunc Besbius, nunc Vesevus appellatur. Hodie quidem frequentissime dicitur *Monte di Somma* h. e. Mons summus, sive quod ceteris montibus circumjectis editior sit, ut putat Blondus, sive quod a Plutone, quem Martianus *summum Deorum Manium* dixit, Rhodigino interprete, appelletur, sive, quæ Scotti est sententia, quod vitibus & arboribus maxime abundet. Origo montis impedita admodum est, nec satis hucdum quamvis a variis explicata, adeoque mirum videri non debet, quod nec Montium ignivomorum origo satis explorata sit. De hac tamen statuit Auctor, quod planities campi, ignibus subterraneis ob sulphuris bituminisque latentis in visceribus copiam abundantis & motibus repetitis concussi materiam succedente tempore prodire & in altitudinem quandam sensim crescere viderit. Huic conjecturæ fidem facit Auctor allatis in medium exemplis montium ejusmodi præter expectationem exsurgentium, qualem commemorat Nicephorus apud Majolum de temporibus Theodosii & Fulgosi de Saxonia. Sic & Puteolani anno 1538, 29 Sept. viderunt altissimum montem ex projectis per terræ motum copiosis arenis, cineribus & lapidibus coaluisse, qui urbi ipsorum adhuc inaminet, & Eaurus, itemque mons Barbarus appellatur. Hæc cum facile ad Vesuvium accommodari possint, causa simul patet, cur veteres divinitatis aliquid huic monti subesse voluerint. Sic, ut cetera, quæ Auctor hic affert, non commemoremus, Caput inventa est inscriptio ista: JOVI VESUVIO Sac. D. D. Situs, forma & capacitas Vesuvii explicatur cap. III. Varias illi mutationes per temporis intervalla accidisse, perspicitur ex comparatione testimoniorum, quæ in variis Scriptoribus, nominatim Stra-

c. I p. 1.

c. II p. II.

15

20

28

c. IV p. 35

- c. V p. 43. bone lib. VI, Xiphilino. & recentioribus quibusdam leguntur. Veteres & novæ Vesuvii cavernæ considerantur cap. VI, quas
- c. VI p. 49-68 eum olim plures habuisse, luculento Flori loco constat. Fertilitas montis ejusdem partim generatim Scriptorum, ac potissimum Flori testimonio, partim specialius, commemoratis variis vini generibus, quæ in eo nascantur, deprædicatur. Eadem occasione ostenditur, Falernum non pro Monte solum, quod ex Martiali & Servio colligere poterat, sed, autoribus Plinio Secundo & Polybio, pro campo habendum esse. Neque alia fecunditatis argumenta v. c. oleæ &c. negliguntur. Cap. VII investigantur hujus fertilitatis causæ. Strabo eam repetit a cineribus hinc inde per campum dispersis, nec discedit Calliodorus, qui fertiles arenas ejus appellat. Quod eo minus mirum est, quod etiam jam pridem a Catone, Columella, Palladio, Dionysio Sicensi, Theophrasto &c. cineribus singularis fertilitas adjudicata est. Noster quidem in eandem sententiam ita concedit, ut singul. causas ita sentiendi in medium afferat. Monet enim, cineres illos præter falem nitri & particulas sulphureas ac bituminosas abundare fale armoniaco, quod ipsum non potest non cum fertilitate esse conjunctum, cum omne plantarum incrementum a priorum salium mistura pendeat. Cap. VIII urbes Vesuvio vicinas recenset, ac primo quidem loco *Veserim* sub radicibus montis olim positam, quam præter rationem de flumine quidam, Cluverius autem & alii rectius de urbe interpretati sunt. Omittimus ceteras urbes, quarum situm & rationem, easque, quas subierunt, mutationes Cl. Autor edisserit. Sequuntur proxime aquæ & flumina, quæ Vesuvium præterlabuntur. Inter hæc est Sarnus, a Saro monte dictus, & Dragonis etiam nomine interdum appellatus. Explicata situm us montis conditione tractatio ad commemoranda varia Vesuvii incendia provehitur. Primum eorum Sexto Aurelio Victori contigisse dicitur imperante Tito, quod nemo crediderit, qui meminerit, Diodorum Siculum incendium sub Augusto Imperatore factum commemorare, & Strabonem non vana conjectura assequi, eundem montem jam ante Tiberii

rii tempora aruisse. His confectis, observata temporum serie, singulae, quae in Scriptorum monumentis leguntur, montis eruptiones enumerantur, allatis & Inscriptionibus variis, & Autorum testimoniis: speciatim vero & diligentius delineatur incendium extremum, quod accidit anno 1694, 6 April. cui totum caput XI destinatur. In capite sequente XII magnitudo, figura & durities glareae, quae ex monte projectur, cum cura delineatur. Hic Autor monet, quasdam illius partes unius, alias duorum, alias trium quatuorve pedum magnitudinem exaequare. Hujusmodi glaream jam antiquissimis temporibus eructatam fuisse, veterum, speciatim Vitruvii, aliorumque testimoniis constat, quae cap. XIII legi licet. Quidam cavernas & meatus montium ignivorum, atque adeo Vesuvii, tanta profunditatis sibi esse persvaserunt, ut illorum beneficio inter Aetnam & insulas Aelias ceterosque montes commercium quoddam intercedere existimarent, quemadmodum Gassendus imprimis hinc rationem reddendam esse censuit illius incendii, quod eodem tempore in monte Aethiopiae Samo & Vesuvio observabatur. Hoc vero confutat Noster c. XIV ex eo, quod statim in cavernis subterraneis ali & foveri non possint, praecipue cum in illis aer admodum compressus statui debeat. Omitto ceteras rationes non minus idoneas, quae manifestum faciunt, fieri non posse, ut cavitates Vesuvii cum ipsa aqua marina conjungantur, praecipue cum incendium illud simultaneum diversorum montium neget Jo. Alph. Borellus, affirmans, *obstatum esse, quibuscunque ventis spirantibus, dum ignes in Vesuvio arderent, in Vesuvio extinctos fuisse, & e contra, extinctis ignibus Aetnae ferbuisse ignes Aeliarum Insularum.* Hoc praestructo facile intelligitur, falli eos, qui aquas marinas ab ardentibus montibus attrahi & per fauces emitti dixerunt, quod Mascus nominatim anno 1631, cum arderet Vesuvius, accidisse opinatur. Horum itaque sententiam Autor confutat c. XV, ostendens, prorsus in natura non dari vim ejusmodi attractivam. Libro II cap. I Autor Poetarum & aliorum Scriptorum diversas de causis incendii Vesuvii sententias

pag. 138

157

159 sq.

171 sq.

177

178 sq.

169

pag. 204-227 tentias recenset, quas c. II sequuntur opiniones & conjecturæ variorum Philosophorum. Inter hos nonnulli, ut Pythagorici, Platonici & novissime Jo. Keplerus, terram putant esse animatam; alii ab aquis marinis, ventos in cavernas propellentibus, vel alimentum igni subministrantibus, rem repetunt, alii ad alia se recipiunt, quorum opiniones ita recenset Autor, ut plerasque minus probabiles esse, Lector intelligere possit. Ante autem quam ipse, quid sentiat, exponat, cap. III tradit generationem bituminis, sulphuris, salis nitri & aliorum mineralium, quorum copia Vesuvius abundat; cap. IV de calore subterraneo commentatur, quæ cum brevi recensione comprehendi non possint, ex libro ipso rectius perspiciuntur. His ad liquidum perductis, Cl. Autor c. IV ad explicandam generationem & naturam flammarum ac fumi Vesuvii aggreditur. Materiam flammarum in sulphure, bitumine, & sale nitri collocat, quæ mineralia cum sale acido & materia oleosa abundant, ad ignem concipiendum maxime idonea sunt, accedente fermentatione, quæ partim ab internis, partim ab externis quibusdam causis pendet, inter quas principem locum tenent particule aqueæ, quæ in lapides calcinatos penetrant, & motum fermentationis promovent. Fumum Autor deducit simili modo a sale nitri, bitumine & antimonio, quorum particule subtiles ope fermentationis a crassioribus separantur, ut hæc in fumum abire possint. Strepitus & sonus vehemens, qui cum incendio conjunctus esse solet, per causas exponitur c. VI, nec minori diligentia c. VII in causas terræ motus inquiritur. Lapidem ex Vesuvio projectum cap. VIII in consideratione occupantur, qui maximæ molis inveniri solent. Cap. IX de generatione & conditione arenarum & pumicum, qui præsto esse consueverunt, disputatur, cap. X glareæ, quam *ghiaja* Itali appellant, generatio exquiritur, quæ quomodo se ex Vesuvii faucibus evolvat, ex cap. XI apparet. Glareæ hujus cum imprimis fuisse usum, ut viis sternendis inserviret, demonstratur cap. XIV, cum aliunde, tum luculento Livii testimonio, quod ita habet: *Censores vias sternendas silice in ur-*

be, glarea extra urbem substruendas marcinandasque primi omnium locaverant. Eadem opera Autor multa de ratione vias sternendi, illisque, quibus hujus rei cura demandata erat, ex Romanorum antiquitate commentatur. Quomodo illa mineralia, quibus Vesuvius abundat, subinde crescant, & auferantur, ex principiis doctrinae naturalis explicatur cap. XIII. Sequenti autem non exemplis solum comprobatur, montes illos ignivomos per aliquot annorum intervalla non aruisse, sed causae etiam afferuntur, cur fieri possit, ut flammæ non emittantur. Quoties imminet incendium, certa quaedam indicia & signa præmitti creduntur, inter quæ numerant terræ commotionem & strepitum sonitumque vehementiorem: neutrum tamen horum semper antecedere solere, experientia confirmat. Veteres ex incendiis his auguria quaedam cepisse, ex eodem capite intelligitur, cui tandem succedit ultimum, in quo Autor parum tribuit illis, qui pestilentiam ex iisdem consequi opinantur.

pag. 370
388

cap. XV, 398

409

JOANNIS CHRISTIANI BLUMII, A. M.
Jubilæum Theologorum emeritorum.

Lipsiæ, impensis Hæred. Lanckii. 1710, 8.

Plag. 14.

IN promovenda historia literaria multam hæctenus operam incertatim viri docti collocarunt, & ad augendam eam magisque illustrandam inter alia adjumenta etiam specialiorum rerum singularium ac memoratu dignarum ex Eruditorum vitis depromendarum enarrationem conducere animadvertunt. Itaque & Cl. Autor in præsentî commentatione illud potissimum egit, ut seriem Theologorum, antiquiorum & recentiorum, vel in Ecclesia vel in Academia publico officio per quinquaginta ætatis annos functorum, quocumque insigniantur honoris titulo, in medium adduceret. Tota tractatio absolvitur quatuor Capitibus, quorum primum, expenso antea Jubilæi nomine, varias ejusdem species tum universales tum particulares enumerat, ac Jubilæa in memoriam

M 3

sive

five religionis, five foundationis Academiarum, five inventionis Typographiæ, five matrimonii, five regiminis Principum, five honorum Academicorum, five demum publicorum munerum, instituta ab aliquo tempore fuisse, exemplis confirmat. Postremum momentum ex instituto Autor pertractat, & capite secundo de Theologis saltem, quos ob plurima in Ecclesiam merita ac diuturnam officiorum administrationem Emeritis appellat, acturum se esse indicat, nec tamen reliquorum Eruditorum, Actorum, Medicorum, & Philosophorum nomina numero octoginta in aliorum gratiam exhibere omittit. Capite tertio senes, jussu modum ultra ducentos proponit, atque nunc ex scriptis Mosaicis Noachum, Aaronem, nunc ex Prophetis Danielem, Hosesam, Micham, nunc ex novo Fœdere Joannem Evangelistam, nunc ex Patribus primitivæ Ecclesiæ Bedam, Irenæum, Macarium, Patricium, Polycarpum, Simonem Styliten commemorat. Majori numero recentiores in scenam prodeunt, ubi ex celebrioribus iisdemque Evangelicæ religioni addictis Jo. Avenarium, Luc. Bacmeisterum, Jo. Brentium, Jo. Bugenhagium, Frid. Mr. Calixtum, Jo. Deuschmannum, Esdr. Edzardum, Jac. Martini, Georg. Moebium, Melch. Nicolai, Gottfr. Olearium, Jo. Pffinggerum, Sebast. Schmidium, ex Pontificiis Paulum Sarpium, ex Reformatis Henr. Bullingerum, Jo. Jac. Grynæum, Petr. Molinæum, Andr. Rivetum, Gish. Voetium, Jac. Ulfferium, Petr. Werenfelsium, ex hodie viventibus Jo. Gottfr. Olearium, Sup. Arnstad. quem quidem post editum hoc opusculum decessisse novimus, & Doctorum Theologiæ Seniores, Christoph. Dan. Schreiterum, Sup. Wurcenf. repetimus, ut plures alios silentio prætereamus. Capite demum ultimo, historia ad finem perducta, judicium fert Theologicum, ac indicem rerum præcipuarum subiungit.

APPLICATION DE L' ALGÈBRE A LA
Geometrie &c.

hoc est,

APPLICATIO ALGEBRÆ AD GEOMETRI-
am, seu Methodus demonstrandi per Algebrae theorema-

ta

in Geometria & resolvendi ac construendi omnia problema ; Autore GUISNEE, Academia Regia Scientiarum Socio, Professore Mathematicum Regio & quondam Architecto militari ordinario

Regis.

Parisiis, apud Joh. Boudot & Jac. Quillau, 1705, 4.

Constat 1 Alph. 19 plag. & 6 Tabb. an.

UT Auctor nihil supponat, nisi elementa *Euclidea*; in introductione operi praemissa non modo calculum analyticum in quantitativibus tam rationalibus, quam irrationalibus exponit; sed & praecipua de proportione quantitativum theorematum analyticè demonstrat aequationumque naturam declarat. *Sect. 1* de Algebra ad Geometriam applicanda tum in theorematibus demonstrandis, tum in problematibus indeterminatis ac determinatis resolvendis generatim discurrit. Recte autem monet, non omnia theorematum per analysin demonstrari posse: non tamen recte huc refert Pythagoricum, quod utique per analysin erui potest. Sit enim



$AB = a$, $AC = b$, $CB = c$, $AD = x$, erit $DB = a - x$. Ex elementis constat, esse $a : b = b : x$ adeoque $ax = b^2$, item $a : c = a - x : c$, consequenter $a^2 - ax = c^2$. Habemus itaque $a^2 - ax + ax = b^2 + c^2$, hoc est, $a^2 = b^2 + c^2$ sive $AB^2 = AC^2 + BC^2$. Q. e. d. In construendis problematibus curvas inferiores superioribus praefendas esse, cum *Cartesio* censet, quem & in distinguendis Curvis Geometricis atque Mechanicis sequitur. Aliter tamen sentire Geometras summos *Isaacum Newtonum* atque *Leibnitium* in Actis A. 1708 p. 525 monuimus. Sectiones subsequentes sunt instar Commentarii primae. Agit nimirum *Sect. 2* de constructione aequationum primi & secundi gradus. Praecepta exemplis specialibus illustrat, & constructionibus demonstrationes syntheticas more veterum subjungit. Monet,

Monet,

niet; quod ex lumine majus intellectui affundant quam analytica, ut non certiores existant & difficiliter inveniuntur. *Sect. 3* methodum demonstrandi theoremata ad varia exempla ex Geometria elementari petita; *Sect. 4* ad sectiones conicas in genere; *Sect. 5, 6 & 7* ad parabolam, ellipsim atque hyperbolam applicat. *Sect. 8* problemata indeterminata primi & secundi gradus solvit, hoc est, loca ad rectam, circumulum, parabolam, ellipsim & hyperbolam construit. *Sect. 9* methodum *Stufianam* construendi problemata solida determinata per duas aequationes locales variis exemplis specialibus illustrat; *Sect. 10* verò eadem problemata per aequationes determinatas construit. *Sect. 11* constructionem locorum superiorum & curvarum superiorum descriptionem exhibet: & de construendis aequationibus problematum determinantum quartum gradum transcendentibus agit. Tandem *Sect. 12* curvas mechanicas seu transcendentibus celebriores *Spirales, quadratricem* tam veterem, quam recentiore *Tschirnhausii, Cycloidem, Epicycloidem, Logarithmicam, & Logarithmicam Spiralem* describit.

SOLUTIONES VARIORUM ANALYTICARUM problematis Austriaci de Triangulo maximo Orbi litterario in strenam A. 1711 praesentatae

Pragae, 1711, in fol.

Constat pl. 72.

Proposuerat nonnemo in Diario *Viennensi* per datam rectam *AB* tanquam basim, erigere duas arcus inaequalia *AC* & *BC* in ratione datam ad triangulum *ABC* fiat omnium possibilium maximum, quae passim *Viri* analyticos periti dederunt, quae in praesente opusculo. Deducta sunt per methodum communis maximorum, excepta synthesi eleganti, quam jam olim publicavit *Gallilaeus*.

702 (97) 802
**ACTORUM
ERUDITORUM,**
Quæ Lipsiæ publicantur,
SUPPLEMENTA.
Tom. V Sect. III.

**LETTRES, MEMOIRES ET NEGOCIA-
tions de Monsieur le COMTE d'
ESTRADES &c.**

hoc est:

*EPISTOLAE ET NEGOTIA COMITIS D'
ESTRADES, Regis Christianissimi ad Batavos Legati,
ab anno 1663 usque ad annum 1668.*

Tom. V.

Bruxellis, apud Henricum le Leune, 1709, 12 maj.

Alph. 4 plag. 11.

IN Praefatione Editor negat, se dicturum, unde has litte-
ras acceperit: ceterum se fidelissime eas ex originali de-
scripsisse, sibi quicquam mutare duxisse religioni, profite-
tur. Praemittit tractatum de amicitia, confederatione &
commerciis factum inter Regem Galliae & Ordines generales
Hollandiae Anno 1662. Ad eum enim exequendum pertinent
praecipua negotia Comitum d' Estrades. Tractatu illo foedus
defensivum inter Regem Galliae & Batavos continetur. Edi-
tor vero haec monumenta politica in quinque Tomos disperti-
tus est. Primus Comitum d' Estrades Legati Gallici atque Au-
striae Gallicae epistolas mutuas ab anno 1663 ad annum 1665, al-

N

ter

ter usque ad annum 1666, tertius ad annum 1667, quartus ad ultimum diem Julii anni 1668, denique quintus a quinto Augusti die usque ad 17 diem Octobris anni 1668. complectitur.

Tom. I.

pag. 2.

135, 137

97, 148.

132

124 &c.

133 &c.

Sed ut ad ipsas Epistolas accedamus, statim ab initio Tomi I acerrimum Joannis de Wit Pensionarii Hollandiæ studium Gallorum commodis inserviendi sese prodit. Legatus enim Regi scribit, Pensionarium sumam opere sibi testatum esse suam favorem in Regem Galliarum, seque orasse, ut indicaret ipsi, quid Regi placeret maxime, id quod ipse sit curaturus strenue. Equidem Gallos cupide elaborasse, ut Wittii amicitiam sibi pararent, Wittiumque nullius benevolentiam Principis tam flagranti studio expetivisse, atque Galliarum Regis, ex plurimis paginis, ut 7, 21, 59, 77, 78, 80, 82, 101, 115, 118, 122, 123, 136, 141, 167, 180 aliisque, manifestum est. Prudentia quoque & virtutes hominis magnis ornantur laudibus a Ludovico Rege ac Comite d' Estrades. Gallos vero præter Wittium alios quamplurimos in Ffollandia amicos habuisse, itidem ex pagina 57, 97, 48, 49 &c. constat. Nec cuiquam mandatum Regis legenti hoc mirum videbitur. Etenim is Comiti d' Estrades sedulo præcepit, ut omnium hominum, qui in Hollandia & Belgio Hispanico aliqua arte doctrinave excelleret, studia, mores, genus atque opes exploraret. Se enim his personis data occasione usurum. Ceterum prolixè describitur diuturnus labor Legati Gallici contententis, ut Dunquercam, quæ post foedus in Regis potestatem pervenerat, Batavi eodem modo defendendam contra quosvis Galliarum hostes reciperent, atque ceteras ditionis Gallicæ urbes, quibus foedere Parisiensi A. 1662 factæ fuerat cautum. Ex his Epistolis quoque discimus consilia Regis in subigendis Belgis. Accedebant quidam ad Pensionarium de Wit dicentes, Flandros decrevisse, se in libertatem vindicare, seque missos ad eum, uti eognoscerent, utrum Hollandorum hæc in re sperare haberent auxilium. Wittius Legato Gallico hoc aperuit, censuitque, eæ re gentis utriusque fore, si Galli Batavique Flandrorum consilia adjuverant. Quod si Flandri sententiam liberæ Reipublicæ constituerent, mutarent,

mutarent, debere Gallos Batavosque terras eorum junctis viribus occupare inque portiones aequales dividere. Huic vero dividendi Flandriam consilio cum Amstelodamenses se opponerent, quod commercii suis crederent officere, Wittius illud reticuit, ac priorem tantum sententiam, Flandros nimirum ad constituendam Rempublicam liberam esse cogendos, proposuit. Wittius quoque monuit Legatum Gallicum, ad hoc propositum exequendum opus esse, ut jura, quae Rex Galliae in Belgas post mortem Hispaniae Regis habiturus esset, rationibus quibusdam fulcirentur, ne Batavos ad societatem belli contra jus fasque suscepti impulsisse videretur. Rex vero causae suae diffidens, jura sua tam mature explicare volebat, maxime quod verebatur, ut dotem Reginae solverent, atque sic ratio gravis periret, qua jus suum contra Hispanos posset confirmare. Legatum autem suum jussit, ut tres modo rationes proponeret, neque tamen eas operose explicaret: primum utcuque Regina Galliae ab Hispanis coacta juri suo renunciaverit, tamen eam rem nullam vim habere, cum sit primogenita regis Hispaniae filia. Actionem quippe civilem juri naturali non debere officere. Eam quoque non potuisse id promittere, quod sibi liberisque suis noxae futurum esset. Ad haec Delphinum ex Regina natum esse, antequam Hispani dotem promissam persolverent; qui simul ac in lucem fuisset editus, jus acquisitum habuisset. Deinde Reginam non renunciasse, nisi ea conditione ac lege, ut pecunia, quam dotis loco debebant Hispani, certis temporis intervallis solveretur. Id quod ab Hispanis fuisset neglectum. Denique approbationem (vulgo ratificationem vocant) promissorum, quibus Regina se jure suo privasse videri possit, neque a se neque a Regina factam; ac Hispanos nec dum eam exposcere fuisse ausos: quos non fugeret, solutionem dotis ante istam approbationem oportere fieri. Porro observamus, Regem, re curatius curantem, nihil prius habuisse, quam ut impediret, ne a Batavis certum tempus huic negotio conficiendo destinaretur. Nam e re sua esse censebat, si sibi liberum foret, quando-

cunque vellet, Belgas in potestatem suam redigere, sine
 restrictione ad certum tempus certasve conditiones. Cum
 pag. 242, 251 etiam Rex significaret, exemplis quibusdam & institutis ma-
 285 jorum probari, post mortem Hispaniæ Regis ad uxorem suam,
 fratre etiamnum vivente, hereditatem quarundam Flandriæ
 provinciarum pertinere, cupiditatemque suam maturius
 Flandriam invadendi, quam Batavis commodum esset, haud
 284, 253, 265 obscure indicaret, Wittius testatus est, neque se neque alios,
 292 &c. historiarum monumentis de industria pervestigatis, ejus-
 modi exempla legesve invenire potuisse. Tandem vero Wit-
 tius, ut Gallis morem gereret, valde laboravit, ut formu-
 læ, quæ Regis Galliarum in Belgium Hispanicum jura ad certum
 tempus, mortem videlicet Philippi IV Carolique II, restrin-
 gere viderentur, e Scheda, qua machinationes in Belgium
 Hispanicum continebantur, tollerentur, aliæque verba Regi
 gratiora reponerentur. Verum Amstelodamensis urbs resistit,
 319 &c. quam deinceps ceteræ urbes sequebantur. Tum Rex gravissi-
 mum hoc negotium differendum esse censuit, donec melior
 123 136 Batavos in sententiam suam perducendi occasio enasceretur.
 Interim Comes d' Estrades Regis hortatu conabatur hanc para-
 doxam sententiam Wittii animo imprimere, Regem Galliarum
 Regno paterno contentum, parum sollicitum esse de Flan-
 263 dria aliisque terris ditioni suæ adjungendis. Cum etiam Ba-
 tavi timerent, ne Hispano e vivis sublato, in societatem
 belli a Gallis ad vindicandas Galliarum Regi provincias Belgicas
 traherentur, idem Rex Wittio persuadere annixus est, men-
 tem suam a bello abhorrere, seque paratum ad controversiam
 cum Hispanis post mortem Regis amice æquisque condi-
 233 &c. tionibus transigendam. Ceterum fidem Gallorum, laboran-
 tium, ut Batavos socios belli contra Belgium Hispanicum ha-
 berent, non optimam fuisse, (etiamsi Rex eam magnifice
 260 prædicet) ex Comitibus d' Estrades Epistola ad Lionnium Scri-
 bam Regis data, intelligimus. Ibi dicit, fœdus, quod Gal-
 liarum Rex cum Batavis inire vellet ad vindicandos in libertatem
 Belgas, Galliarum commodis haudquaquam ita adversari, ut non
 nullis visum esset. Libertati quippe Belgarum tum mores
 nationis,

nationis, tum privilegia nobilium ac sacerdotum, tum amicos Hispanorum inter eos degentes, ita repugnare, ut plurimis annis opus sit ad formandam hanc liberam Rempublicam. Id quod nemini dubium videri posset, qui reputaret, Batavos auxiliis potentissimorum Principum adjutos, præterea amore libertatis, crudelitate inquisitionis, studioque novæ doctrinæ accensos, non nisi post sexaginta annos vere libertatis participes factos. Ea igitur, quæ de libera Belgarum Republica in medium allata essent, admodum incerta esse ac vix unquam speranda. Ac licet hæc nova Respublica præter spem incrementa caperet, tantum tamen temporis ad eam firmandam requiri, ut interea Galliarum Rex occasionem habiturus sit immutandi pactum, omnemque laboris fructum ad se transferendi, Batavis, qui cum in tanta re adjuvassent, frustratis ac deceptis. Alia præterea in hoc primo Tomo notatu non indigna occurrunt. Eo tempore, quo pax inter Galliarum Hispaniarumque Reges *Fonte rapido* facta est, Ludovicus de Haro sollicitavit Gallum, ut ad Batavos subigendos cum Hispanorum armis sua consociaret. Observamus quoque, in Hollandia licentiam componendi ac typis describendi scripta, quæ Galliarum commodis ac famæ officerent (in quibus primum locum tenebat libellus, qui inscribitur: *Testamentum beati Cardinalis Mazarini*) sublata præcibus Regis ac repressam. Ceterum auctoritatem Parliamentorum Galliarum eo tempore imminutam ex eo discimus, quod Rex, cum Batavi vellent, ut tractatus anno 1662 Patiius factus ab omnibus confirmaretur Parliamentis & in eorum Acta referretur, negavit, se id facturum: sibi enim non moris esse, quæ cum aliis iniret foedera, ad Parliamentum sua deferre. In Batavis contra Wittius omnem lapidem movebat, ut Hollandiarum auctoritas atque amplitudo inter ceteras Fœderatas Provincias emineret. Anno 1664 bellum exortum est inter Anglos Batavosque, cujus causam Anglis tribuit Comes d'Elfrades. Aviditate enim Guineam eripiendi Batavis impulsos ad arma fuisse indicat. Tum Batavi a Galliarum Rege ex pacto postulabant, ut sibi succurreret. Gallus, qui

pag. 261

99, III

296

115

396

nihil prius habebat nihilque antiquius, quam ut eo Batavos redigeret, ut institutum suum in subigendis Belgis adjuvarent, aut saltem non impedirent, dubitabat, Batavos gratos futuros, etiam si eis contra Anglos adesset. Præterea Angliæ Regem offendere volebat. Itaque incertus, utrum Anglorum an Batavorum partes amplecti utilius foret, comite d' Estrades suadente, ut Anglos præferret, Rex optem, quam Batavis ex foedere debebat, differre cepit, obtendens, explorandum sibi prius, quam tanti belli socius fieret, utrum Batavi an Angli ejus autores essent. Deinde octo menses consumpsit, Legatos mittendo in Angliam, qui pacem componerent. Ea tamen pacis negotia irrita fuere, Wittio ejusque amicis iniquas conditiones, quas Angli ferebant, adspersantibus bellumque præferentibus. Wittius quoque ea animi constantia fuit, ut, quum factiones Hispanorum, Anglorum, Arausiæque Principis culpam profligatæ classis, frustra sperati Gallorum auxilii in eum conjicerent, eique apud populum invidiam facerent, ut Haggæ ab inimicis non satis tutus esset, maluerit se in classem conferre, ac se ipsum belli periculis exponere, quam pacem conditionibus non æquis admittere: provocans ad exemplum Cardinalis Mazarini, ac credens, discessum suum, hostibus devictis, salutem laturum rebus suis desperatis. Egere tandem ac non nisi multis precibus Legatus Gallicus obtinuit, ut classem relinqueret. Galli interim, licet suspicarentur, Batavos nullam gratiam relatores, sibi in bello contra Belgas adversarios fore, tamen statuebant, eis succurrendum esse, ut famæ suæ consulere atque impedirent, ne Angli Batavis succumbentibus maris imperium ad se transferrent. Itaque Ludovicus quatuor peditum ac duo equitum millia in Hollandiam misit, subsidio adversus Monasteriensis Episcopi copias, quæ terras Batavorum hostiliter vastabant. Suavit præterea Batavis, ut Daniæ Regem data pecunia commoverent ad bellum contra Anglos suscipiendum. Danos enim facile in sollicitatem belli pertrahi posse putabat, secus ac Succos, quibus moris esset, omnia commodo suo facere. Ac licet Ludovicus

pag. 434 sq.

440 sqq.

Tom. II p. 7

154, 135

218 sqq.

493, 354

367

400 sqq.

Ludovicus identidem Batavorum animos falsa spe auxilii contra Anglos frustraretur, tamen Comiti d' Estrades clam negotium dedit, ut quamprimum audiret, Anglos cum Batavis facturos, ea lege, ut conjunctis deinde contra Galliam dimicaret viribus, (hoc enim Ludovicus haud sine ratione magnopere metuebat) Batavis sine ulla mora aperiret; Gallia Regem decrevisse Anglos bello persequi. pag. 426 408 sq.

Ex tomo III cognoscimus continuationem belli contra Anglos gesti, novosque belli Socios, quos Batavi habuere. Non enim Ludovicus tantum Hollandorum desiderio satisfacit, seque iis adjunxit; (belli denunciatio p. 64 seq. extat,) verum Daniæ quoque Rex Fridericus III non dubitavit cum Batavis foedus contra Anglos facere. Suecorum minæ, qui se Danis, nisi hoc foedus desererent, bellum illaturos esse dicebant, nihil profecere. Capita istius foederis heic inserta sunt. Si vero dicendum, quod res est, non multum Hollandis Franciæ Daniæque foedera profuere. Bis classis eorum cum hoste confligit, sola tamen, ac nullis Sociorum navibus firmata. Priori pugna Batavi victores fuerunt. Aschutus praefectus classis regiae culpam cladis in praefectum Monc coniecit, atque testatus est, illum viribus divisit (Principem enim Robertum cum magna classis parte ablegavit, praecipitque, ut se Gallorum classi objiceret,) effecisse, ut Batavi victoriam reportarent. Altero praelio classis Batavorum profligata est. Post cladem aliud ingens malum accidit. Tanta contentio exorta est inter praefectos classis Ruyterum ac Trompium, ut classis turbaretur & in duas partes abiret, Ruyterum altera parte, altera Trompium defendente. Nec aliud tanto malo remedium inventum est, quam ut Trompius munere suo privaretur, Van Gent in ejus locum surrogato. Gallia quidem Rex virtutum Trompii non ignarus, ipse ejus opera uti volebat: verum civitates Hollandiæ in ea re adversas habuit. Pacem cum Monasteriensi Episcopo Hollandi Gallia maxime Regis hortatu maturabant, eaque pacti sunt, ut Episcopus loca ablata redderet, jurique superioritatis (ut vocant) in praefecturam Borckeloam renunciaret, Tom. III. 163 sq. 90, 177 268 sq. 280. 336 345, 349 360. 374 404 176 190 sq.

ciaret, salvo tamen Imperii jure. De Wittio ex hoc Tomo
 pag. 45 nonnulla insuper monebimus. Eum nempe bellum cum An-
 glis paci pratulisse, eo quod crederet, illud ad conservan-
 87 sq. dam dignitatem suam facere. Priusquam pax cum Mona-
 steriensis Episcopo facta est, idem Wittius quinque provinci-
 is postulantibus, ut Princeps Arausiacus exercitui præfice-
 retur, Turennius e Gallia evocandum, ut copiis Batavorum
 cum summo imperio præset, Principem vero Arausiacum
 omnibus equitum turmis præficiendum putavit, ut auspiciis
 Turennii rem militarem disceret; Principem tamen non an-
 te tam splendido muneri admovendum, quam consuetudi-
 nem & amicitiam cum Anglis deseruisset. Hoc consilium
 109 sqq. Regis Galliarum animum mirum in modum perturbavit, quippe
 qui nihil magis commodis suis adversari existimabat, quam
 si Wittii autoritate labefactata, Arausiacus Princeps ad ho-
 121 nore majorum suorum adspirare posset. Wittius igitur,
 qui non sua sponte sed metu coactus (desperavit enim, fa-
 ctioni Arausiacæ diutius resisti posse) Wilhelmi fortunæ fa-
 verat, Legati Gallici incitamento fiduciam amissam ac prio-
 127 res spiritus resumit. Ac Turennius quidem honores obla-
 156 tos recusavit, Wittius vero perfecit, ut amici sui exercitui
 regendo præficerentur, spreto Principe Arausiaco ac rejecto.
 169, 186, 222 Familiars quoque ac famuli Wilhelmi pulsati, alique dati sunt,
 136, Tom. V qui Wittii partes agebant. Imo in Wittii gratiam Proceres
 Hollandiæ anno 1667 abolendam esse dignitatem, quam Wil-
 helmi pater majoresque habuere, judicarunt, idque jureju-
 306 rando firmavere. Characteres Wittii Comes d' Estrades ele-
 ganter describit. Primum effert ejus exquisitam prudentiam,
 constantiam in adversis, ingenium promptum in persuaden-
 dis dissentientibus, moderationemque animi, quam tantam
 esse dicit, nemo ut eum unquam viderit iratum. De-
 inde pertinaciam ejus in tuendis sententiis, quarum ipse fu-
 isset autor, taxat: rei quoque militaris imperitia autorita-
 tem illius non parum imminutam dicit. Interim eum solum
 externarum rerum cognitione imbutum fuisse confirmat, nihil
 ut sine eo gesserint Batavi atque decreverint.

Ex

Extomo IV constat, Wittium foederi, quod Hispani ad tuendum contra Gallos Belgium identidem cum Batavis facere cupiebant, semper se opposuisse atque illud impedivisse. Occurrunt in eodem Tomo pacis negotia inter Anglos & Batavos eorumque Socios inita. Diu de loco huic rei idoneo disceptatum fuit, tandemque ex sententia Britanniae Regis Breda delecta est. Ibi interposita Suecorum opera pridie Kal. Augusti pax sancita est. De artibus, quibus usi sunt Plenipotentarii, conditionibus pacis similibusve nihil moneamus, ne nimis prolixi videamur. Ad bellum properamus, quod Galliae Rex eo tempore contra Belgicas Hispanorum provincias suscepit. Ubi primum observamus, Regem Comiti d' Estrades praecipisse, ut conciliationi Suecorum cum Batavis, quanta posset, impedimenta objiceret. Suecorum vero metu eos contineri volebat, ut ne molitiones suas turbarent. Simul ac fama emanavit de Regis in Belgas expeditione, Batavorum animi valde perturbati sunt, Wittiusque Regem hortatus est, ut consilia prius agitata de constituenda in Belgio Republica acciperet. Rex vero institutum suum dissimulans, respondit, se Wittii consilium quidem non aspernaturum, nec dum vero tempus adesse deliberandi de tanto negotio, quod Rex Hispaniae salvus atque validus esset, ac forsitan diu posset vivere. Ac paullo post etiam promisit, se nihil in Belgas moliturum, quod Batavis non antea indicasset, atque confessus est, sibi amicam compositionem magis cordi esse quam bellum. Hic denuo Wittii in Gallos amor eminebat, fidem & integritatem Galliae Regis adversus accusationem Legati Hispani defendentis, solertiamque Isola, Caesaris ad Anglos Legati, qui Regem Angliae Batavosque ad tuendos contra Gallos Belgas impellebat, impediens. Interea Rex Galliae promissorum, uti videbatur, parum memor, Batavis libellum misit, quo iustitiam belli in Belgas probare annis fuerat, eodemque tempore terras Belgarum hostili cum exercitu ingressus est. Ita qui dies hostilia Regis consilia Hollandis aperuit, idem ille in Belgio micantia vidit Gallo- rum arma. Ea autem re animos Batavorum ipsiusque Wittii	Tom. IV pag. 36 3 seq. 124 187, 385 33 sqq. 77 144 196 sqq. 118 sqq. 193 204 sqq.
--	--

pag. 268 &c.

343

344

tis multum offendit. Igitur quare nulli eoque ut Regem
 potentis visum timore, assiduum sedulamque operam
 dabant, ut tantam pacem componerent; Regemque orare
 ceperunt, ut indicaret, quibus locis pacem cum
 Hispanis vellet fieri. Gallus, qui sibi malebat quam pa-
 cem, aliquandiu precibus Batavorum laudes præbere noluit.
 Verum ut intellexit, tergiversari sibi non amplius locum esse,
 monuit Hollandos, se armis paraturos, si Hispani Burgun-
 dia Comitatum, Ducatum, et Burgictum, Cameracum, agrum
 Cameracensem, Atrebatum, Fagum Audomari, Montem
 Hannoniæ, Carolo-regium, Tornacum ac Duacum sibi trade-
 rent, salvo tamen jure, quod Regina habitura esset; si Hi-
 spani Rex decederet, relicto nullis liberis ex legitimo ma-
 trimonio procreatis. Hæc conditiones non placebant, maxi-
 me quod Ducatus Luceburgicus Hollandiæ nigræ vicinis ef-
 fet. Quocirca Wittius oravit, ut Rex Burgundiæ Comitatum,
 Cameracum, agro Cameracensi, Fago Audomari, Atrebatum,
 Duacum, Monte Hannoniæ & Fenis contentus esset, Tornacum
 aliasque, quas cepisset urbes, redderet, Carolo-regii verò in-
 amenta funditus everteret. Petiit præterea a Rege, ut per
 tres menses nihil hostile in Batavis moliretur. Hoc si Regi
 probaretur, sese Batavos præ se stricturum, ut Hispanos
 ad pacem conditionibus memoratis accipiendis compelle-
 rent; atque eos armis ac vi cogèrent, si ipsi conditiones
 eam accipere detractarent.

Tom. 5
pag. 434

75-47

103-47

103-47

Hæc conditiones Rex se accepturum promissum tamen
 ut, si fieri posset, pro Burgundiæ Comitatu Luceburgico, Ducatum
 ab Hispanis impetraret, utque Batavi Lusitanis quoque Re-
 gis causam contra Hispanos defendendam susciperent. Cete-
 rum præceres Hollandiæ in hoc negotio nova conditione inesse
 re, quæ Regi ob varias, quæ affert rationes, maxime displice-
 bant. Batavis autem de integro confirmavit; se hanc
 conditionem Hispanis ferre, ut optent, utrum malint sibi
 ea, quæ jam antea postulasset, loca concedere, an vero ur-
 bes dare, quas armis suis occupasset: dummodo Batavi reci-
 perent, sese, nisi mense Martio anni subsequentis finito alter-
 utram

utram ex his conditionibus accepissent Hispani, arma sua cum Gallorum armis conjuncturus, eosque ad pacem coacturos. Legato vero suo praecepit, ut, Batavis Hispanos vi ad accipiendam pacem compellere recusantibus, saltim efficeret, quo sese auxiliis Hispanorum ex Germania confluentibus opponerent. Interea Batavi valde metuentes, ne Gallia Rex, Hispanis pacis condiciones acceptare detrectantibus, uno impetu totum Belgium Hispanicum in potestatem suam redigeret, cum orare coeperunt, ut relicto modico exercitu ad defendendas, quas jam cepisset, urbes, reliquas Belgarum terras missas faceret, armaque contra alias Hispanorum provincias verteret. Galli contra consultius esse censebant, in Belgio Hispanos bello persequi, quam in Ducatu Mediolanensi aliisve terris. Comitatum Burgundiae Rex quarto Februarii die adortus, quindecim dierum spatio subegit, monitis ante hanc expeditionem Batavis, conditionem Hispanorum, provincia domita, dummodo condiciones supra dictas acciperent, non deteriorem fore. Mense Januario Angli Batavique Haga Comitum pactum fecere, quo constitutum est, cogendos esse Hispanos, quo Galliae Regis postulatis satisfacerent. Ludovico tamen haec res non magnopere placuit, quod eadem pactione convenerant, conjunctis viribus eum persequi, si conditionibus, quas ipse approbasset, pacem nollet fieri. Ceterum Electorum Principumque Imperii Legati Coloniae congregati a Rege petierunt, ut inducias cum Hispanis, quas promiserat ad finem Martii duraturas, prorogaret ad finem Maji, ne interea pacis negotia armorum strepitu rursus inturbarentur. At Rex, qui a nulla re magis abhorrebat, quam ab his induciis, respondit, Hispanos condiciones, quas promississet, averfari, promissa eorum, quibus recepissent postulatis suis satisfacere, plena esse verbis ambiguis atque fallaciis, ut satis appareret, illos induciis hisce tempus quærere convocandi in Belgium undique suas ac Germanorum copias. Pollicitus tamen est, se Hispanis, si die decimo quinto mensis Maji pacem conditionibus propositis accepissent, omnia redditurum, quae ab ultimo

pag. 112

128 sq. 163

177

248

203 sq.

209 sq.

231

292 sq.

298

tia nullam offendi. Sedur quoniam illi eque ut Regiam
 potentia viciniam timentis; assiduum fedulamque operam
 dabant, ut tantam litam componerent; Regebus orase
 eoperunt, ut indicaret, quibus locis illis pacem cum
 Hispanis vellet fieri. Gallus, qui in illis malebat quam pa-
 cem, aliquandiu precibus Batavorum aureas præbere noluit.
 Verum ut intellexit, se vivere sibi in amplius locum esse,
 monuit Hollandos, se armis præstaturum, si Hispani Burgun-
 dia Comitatum, Ducatum Flandriarum, Cameracum, agrum
 Cameracensem, Atrebatum, Fagum Audomari, Montem
 Hannoniæ, Carolorégium, Tornacum ac Duacum sibi trade-
 rent, salvo tamen jure, quod Regina habitura esset; si Hi-
 spani Rex decederet, relicto nullis liberis ex legitimo ma-
 trimonio procreatis. Hæ conditiones non placebant, maxi-
 me quod Ducatus Luceburgicus Hollandiæ nimis vicinus ef-
 fet. Quocirca Wittius obiit, ut Rex Burgundiæ Comitatu,
 Cameraco, agro Cameracensi, Fano Audomari, Atrebatu,
 Duaco, Monte Hannoniæ & Flandris contentus esset, Tornacum
 aliasque, quas cepisset urbes, redderet, Carolorégii vero in-
 amenta funditus everteret. Petiit præterea a Rege, ut per
 tres menses nihil hostiliter in illis moliretur. Hoc si Regi
 probaretur, sese Batavos præ se præstaturum, ut Hispanos
 ad pacem conditionibus memoratis accipiendis compelle-
 rent, atque eos armis ac vi cogrent, si illi non conformes
 eam accipere detractarent.

Has conditiones Rex se accepturum probavit, sed tamen
 ut si fieri posset, pro Burgundiæ Comitatu Luceburgico Ducatum
 ab Hispanis impetraret, utque Batavi Lustanæ quoque Re-
 gis causam contra Hispanos defendendam suscipiant. Cete-
 rum præceres Hollandiæ in hoc negotio nova consilia inesse so-
 re, quæ Regi ob varias, quæ affert rationes, maxime displice-
 bant. Batavis autem de integro confirmavit; se hanc
 conditionem Hispanis ferre, ut optent, utrum malint sibi
 ea, quæ jam antea postulasset, loca concedere, an vero ur-
 bes dare, quas armis suis occupasset: dummodo Batavi reci-
 gerent, sese, nisi mense Martio anni subsequenti finito alter-

utram

utram ex his conditionibus accepissent Hispani, arma sua cum Gallorum armis conjuncturus, eosque ad pacem coacturus. Legato vero suo precepit, ut, Batavis Hispanos vi ad accipiendam pacem compellere recusantibus, saltem efficeret, quo sese auxiliis Hispanorum ex Germania confluentibus opponerent. Interea Batavi valde metuentes, ne Gallia Rex, Hispanis pacis condiciones acceptare detrectantibus, uno impetu totum Belgium Hispanicum in potestatem suam redigeret, cum orare coeperunt, ut relicto modico exercitu ad defendendas, quas jam cepisset, urbes, reliquas Belgarum terras missas faceret, armaque contra alias Hispanorum provincias verteret. Galli contra consultius esse censebant, in Belgio Hispanos bello persequi, quam in Ducatu Mediolanensi aliisve terris. Comitatum Burgundiae Rex quarto Februarii die adortus, quindecim dierum spatio subegit, monitis ante hanc expeditionem Batavis, conditionem Hispanorum, provincia domita, dummodo condiciones supra dictas acciperent, non deteriorem fore. Mense Januario Angli Batavique Haga Comitum pactum fecere, quo constitutum est, cogendos esse Hispanos, quo Galliae Regis postulatis satisfacerent. Ludovico tamen haec res non magnopere placuit, quod eadem pactione convenerant, conjunctis viribus eum persequi, si conditionibus, quas ipse approbasset, pacem nollet fieri. Ceterum Electorum Principumque Imperii Legati Coloniae congregati a Rege petierunt, ut inducias cum Hispanis, quas promiserat ad finem Martii duraturas, prorogaret ad finem Maji, ne interea pacis negotia armorum strepitu rursus inturbarentur. At Rex, qui a nulla re magis abhorrebat, quam ab his induciis, respondit, Hispanos condiciones, quas promississet, averfari, promissa eorum, quibus recepissent postulatis suis satisfacere, plena esse verbis ambiguis atque fallaciis, ut satis appareret, illos induciis hisce tempus querere convocandi in Belgium undique suas ac Germanorum copias. Pollicitus tamen est, se Hispanis, si die decimo quinto mensis Maji pacem conditionibus propositis accepissent, omnia redditurum, quae ab ul-

timo die Martii ad decimum quintum Maji armis suis occupasset. Hoc vero Batavorum animos ita exacerbavit, ut Wittius diceret, se invito rem ad arma deventuram, nisi Rex inducias faceret. Qua re commotus Ludovicus, pacem tandem cum Britanniae Rege Hollandisque fecit, qua se obstrinxit ad prorogandas inducias usque ad finem mensis Maji, ea tamen lege, ut si Hispani intra hoc tempus pacem non accepissent, Britanni Batavique copias suas terra marique Gallis adjungerent, eosque cogerent, ut sibi præter urbes priori ætate a se occupatas Burgundiae Comitatum, Cameracum atque Cameracensem agrum concederent, aut si altera conditio supra dicta magis placeret; Luceburgum aut Insulas vel Tornacum adjicerent. Ita enim Galli moram & impedimenta pacis optime removeri posse credebant, si Hispani cognovissent, tergiversationem tantum sibi allaturam esse detrimentum. Nec frustra hoc sperarunt. Secundo enim Maji mensis die stabilita Aquisgrani pax est. Galli omnia loca, quæ in Belgio occupaverant, retinere, Hispanis reddito Burgundiae Comitatu. Post pacem Sueci quoque ad fœdus inter Anglos Batavosque Hægæ sancitum accessere; Gallicisque hoc ægre ferentibus, Wittius persuadere laboravit, fœdus hoc non nisi ad tuendam pacem Aquisgrani compositam facere, eisque nihil detrimenti allaturum. Denique desiderium Wittii præterire non possumus, Gallos ad novum contra Anglos fœdus invitantis. Anglorum enim Procures averfabatur, Hispanos aspernabatur, fidem Suecorum, quos propriis commodis nimium intentos esse ajebat, suspectam habebat. Gallia vero Regis prudentiam unice mirabatur, adeo, ut in concione Ordinum Hollandiae diceret, in omnibus Christiani orbis terris non angustiore Senatam reperiri ac in Gallia, ubi Rector ac Præses Rex esset: id quod secus fieret in aliis Regnis. Atque hæc hæctenus visum est citra ullius præjudicium excerpere atque adnotare ex his libris prudentia plenissimis. Illud addimus fama nos accepisse, quod, cum in illis quædam occurrerent, quæ aliqui in summa præjudicium scripta crederent, ea ex exemplis jam impressis fuerint diligenter sublata.

H. E. R.

pag. 310 seq.

342 sq.

373

351 sqq.

269, 376 sqq.

366

HERMANNI VON DER HARDT LIMEN-
in Philologia & Exegetica lucem.

Helmstädti, apud Hammium, 1711, 8.

Plag. 10.

TRactatus hic Cl. Autoris duabus potissimum partibus ab-
solvitur, quarum prior ex Ezech. XL, 48 *Liminis* nomen
accepit, posterior Sixtini Amama *Supplicem Paranesin ad*
Synodos, Episcopos & Superintendentes Ecclesiarum Protestan-
tium de excitandis SS. Linguarum studiis, jam sæpius editam
iterum in lucem profert. Utraque eo est comparata, ut
Linguarum studium, cum ad omne doctrinæ genus feliciter
tractandum tum ad Exegetica sacram rectius & expeditius in-
stituendam necessarium, tironibus commendetur. Hoc
consilio in Limine ipso varia rerum argumenta afferuntur, ex
quibus infinita, quæ ex Linguis redundant, commoda in-
telligantur. Inter hæc Germanorum frigus & socordia, quam pag. 17
neglecta nimis vernaculæ linguæ cultura probant, castigatur,
moneturque, nihil obesse, quo minus artes & disciplinæ, quæ
nunc solum Latine tradi in Academiis solent, Germanice ex-
ponantur. Cui assertioni fidem facturum Autor, qui ceteroquin
linguæ Latine studium non profus ex scholis amoliendum,
sed tantum cum vernacula conjungendum putat, provocat
ad Lausannensis Academiæ exemplum, cujus Proceres, quod 18
ex nupera Cl. Barbeyraci Orat. *de dignitate & utilitate juris*
ac historiarum & utriusque disciplina conjunctione apparet,
non Latina solum sed etiam vernacula eaque Gallica dictio-
ne Jus explicari voluerunt. Recipit se idem ad exemplum
Græcorum, itemque Romanorum, nec minus commendat 22
nuperum Academiæ Julię institutum, quo, Principum cura
annigente, effectum est, ut juxta Latine linguæ usum & flō- 28
rem, etiam vernacule in illustri & publico loco omnia tra-
derentur sacra, hic Latine, ibi vernacule. Quo fine Templum
Academicum Collegiæ ante hos septem annos constructum
est, in quo per omnes doctrinæ diviniore partes ea vernaculo

pag-36

43

[68

culo sermone repeti possent, quæ in aliis scholis Latine perorant. Hinc Cl. Autor ad excolendas Græcas Hebraicasque literas excitat, & quam parum versionibus tribuendum sit, strictim ostendit, graviterque de fontium in scholis neglectione conqueritur, cujus eam potissimum putat esse causam, quod plerique Græciæ scriptores ob involutum mythologiae artificium non intelligantur, ad quod majori industria eruendum diffidenter cohortatur. Sic & Hebræam linguam curam & solertiam in scholis exposcere, rectissime monet, ut tirones ad Academias admissi non tam elementa haurire, quam ipsam Codicis Hebr. lectionem aggredi possint. Et ne quis ad versiones tanquam ad certissimum præsidium hic se recipere auserit, illustri exemplo Ezech. XL, 48 evincit, versiones ea obscuritatibus non superandis involvere, quæ fontes ipsi in amplissima luce collocant. Inter cetera studii Hebraici impedimenta numerat nimis præclaram de commentariis opinionem, & eorum fata deplorat, qui, novam scriptis sacris lucem affundere allaborantes, contemtionem & convitia præmii loco reportent.

LA SICILIA IN PROSPETTIVA.

h. e.

SICILIA DELINEATA A QUODAM PATRE SOC. JESU. Partes II.

Panormi, typis Franc. Cichè, 1708, 4.

Alph. 4 pl. 17.

NOva hic sistitur Siciliæ descriptio, duabus Partibus comprehensa, quibus tertiam Autor additurus erat, si per immatura fata, quæ eum anno 1708, 30 Dec. oppresserunt, licuisset. Tractationis capita ita distincta sunt, ut Parte I præter Ætnam, montes ceteri & cavernæ, promontoria item, portus, sinusque, flumina, ut & torrentes cum propriis singulorum nominibus, quæ in Græcis Latinisve Scriptoribus, antiquioris vel recentioris memoriæ, leguntur, & phænomenis

nis notitia dignioribus exponantur. Pars II complectitur delineationem urbium, terrarum, munimentorum & locorum non amplius obviatorum, eadem ratione instructam, quam excipit series urbium &c. & locorum adhuc existentiam, topographia item littorum, ac denique historia peninsularum, scopulorum & insularum agmen claudit. Pars III, quam fata cum Autore ipso interceperunt, destinata erat edisserendis prerogativis Siciliae naturalibus, artificialibus, politicis, profanis & sacris, inter quas non postremum locum occupatura erat notitia Scriptorum Siculorum. Singula hæc nomenta ita excutiuntur, ut idoneis muniantur Scriptorum testimoniis, quæ singulis capitibus ordine subternuntur. Sectio I Partis I in compendium mittit ea, quæ de Ætna unquam perscripta sunt, facto initio cap. I ab explicandis variis ejus nominibus, quæ sunt Ætna, Gibel & Mongibello. Primi nominis originem alii cum Theocriti Scholiasta ab Ætna Briarei, aut, secundum alios, Cœli & Terra, Oceanive filia repetendum putant, vel alia fabulosa afferunt, quibus merito præferuntur, qui cum Brietio, Cluverio, Blæo, Natali Comite, aliis, ex literis Græcis, ac nominatim voce *αἰθρη* i. e. ardere derivant. *Gibelli* nomen Sarracenis sive Mauris debetur, qui montem vernacula lingua Gibel appellant, atque adeo Ætnam κατ' ἐξοχήν montem dicendum esse putarunt. *Mongibelli* nominis rationes alii ali- pag. 5
as, ordine recensitas, dederunt, ex quibus ea recte probatur, quæ vult, nomen hoc ex Arab. voce Gibel & æquipollente Latina *mons*, illustrationis causa addita, coaluisse. Hinc progreditur Autor cap. II ad exponendum situm, figuram, altitudinemque Ætnæ. Cap. III tres montis regiones delineat, quarum prior eaque inferior dicitur pedemontana, (*piemontese*) altera eaque media silvosa, (*selvosa* aut *li Boschi*) tertia elegans, (*la netta* vel *la Scoperta*.) Cap. IV affert testimonia veterum, Ætnam Cyclopium sedem ac domicilium pronunciantium, v. c. Melæ, II, 5, Eustath. Od. l. 9. Speluncæ Montis enumerantur cap. V; quæ ut multæ sunt, ita suis singulari nominibus designantur. Singularis ejus fertilitas laudibus

laudibus effertur c. VI, quam Cluverius post Julios in Aut. Si-
 cul. l. 8 tantam esse ait, quantam in tota insula non viderit.
 Comparat Philotheum in Topographia Ætnæ & Selvaggiæ
 in Coll. de tribus Beregrinis. Singulare fertilitatis argumen-
 tum est, quod trami, et arboribus truncan, & ad sustinen-
 dos vites palocam instar adhibita, res crescere soleant, quod
 tradit Carrera in Memor. Catanens. De animalibus & mine-
 ris, quibus mons abundat, cap. VII legi potest. Inter ce-
 tera commemoratur piscis Ætnæus, qui singulare castitatis
 exemplum præbet, celebratum ab Æliano l. 15 de Animal.
 Oppiano item & Phile de Animalium proprietatibus; ita enim
 legendum est pro eo, quod per typographi errorem exprimitur
 de animi proprietat. Tantum Ætnæ tribuerunt vete-
 res, ut toti Sicilia Regioni inde nomen darent, quod appa-
 ret ex cap. IIX. Sic Martial. III, 54 epigr. Siciliam vocat *Ætnæa*
Regna. Flammæ & nives montis representantur c. IX, qua-
 rum conjunctionem mirantur Claudianus lib. 1 de raptu Pro-
 serp. Solinus c. 10 & Silius Ital. l. 14 & c. Fauces & crateres, per
 quos se effundit Ætna, aperiuntur c. X & ipsa incendii ve-
 hementia delineatur. Materia & causa incendii exponuntur
 c. XI, quas alii a ventis subterraneis cum Apulejo de Mundo
 & Strabone lib. 6, alii a sulphure cum Pet. Jo. Fabro lib. V
 Anat. repetendas putant. Cap. XII quedam experimenta af-
 feruntur, quibus natura materiae incendii Ætnæi explorata
 est, v. c. quæ tradidit Borellus de incendiis Ætnæ cap. XVIII.
 Hæc sequuntur cap. XIII effectus incendii admirandi, cap.
 XIV arenæ, cineres & saxa ignita, strepitus item & mugitus
 edi soliti. Cap. XV commercium inter incendium Ætnæ in-
 sularumque Æoliarum & ipsius Vesuvii intercedere, autore
 Solino c. XI & recentioribus quibusdam, Kircherò nomina-
 tum in Mundo Subterr. & Borello, affirmatur. Neque tamen
 largitur Auto communionem, quæ inter Ætnam & ignem
 infernalem a Philosophis ac inprimis Poetis Gentilibus, præ-
 tereaque a quibusdam Ecclesiæ veteris Doctoribus intercede-
 re fingitur, quorum loca diligenter afferuntur cap. XVI.
 Tantum valuit superstitio, ut vasa omnia & auguria exstans-
 mis

pag. 24

32

nis *Ætnæ* caperent homines, ac majori flammæ eruptione facta bella ac clades portendi existimarent, quod ex veteribus testantur *Silius l. 14.*, *Appianus lib. 5 Bell. Civ. Claud. lib. 2 de rapto Proserp.* & alii: vide c. XVII. Series variorum incendiorum *Ætnæ*, quæ inde a mundi originibus ad nostram usque ætatem accidisse leguntur, exponitur cap. XVIII p. 67—87. Primum a Beroso narratur accidisse post eluvionem universalem, cum posterius Noachi, novas Colonias quæsitura, Siciliam primum ingrederentur: compara *Kircherum T. I. Mundi Subterr. lib. 4 c. 8 Sect. 1.* Ultimum accidit A. 1702 die 8 Mart. Quantacunque horum incendiorum vis sit, eam tamen reprimere & coercere posse dicitur velum, quod *Agathæ Martyris* olim fuisse tradidit antiquitas: vide c. XIX. *Flumina & Fontes*, qui ex *Ætna* scaturiunt, prætæque, quæ in eodem conspici nihilominus solent, exponuntur cap. XX ex *Philothei Topograph. Ætnæ & Borello c. 1 de Incend. Ætnæ.* Hac mira rerum conspiciendarum varietate illustres Viri adduci se passi sunt, ut ad montem hunc invisendum iter susciperent. Tales memorantur *Plato* ab *Apulejo* de habitu doct. *Platon.* *Empedocles*, *Virgilius*, *Plinius*, alii, de quibus vide c. XXI. Digni etiam sunt, qui c. XXII legantur, *Poetarum lusus*, quibus materiam suppeditavit *Ætna*. Gentiles a superstitione sibi non caverunt, qui altaribus, templis, victimis & sacrificiis *Ætnam* demulcendam & conciliandam sibi putarunt, quod apparet ex c. XXIII. Rectius egerunt Christiani, qui varias ædes sacras in honorem divini Numinis sub radicibus hujus montis erigendas curarunt, quas enumeratas legere licet cap. XXIV p. 111—142. Hoc labore, qui in describenda *Ætna* versatur, defunctus Autor, ceteros *Siciliæ* montes ac antra sive cavernas diligentius expendit, ita quidem, ut singulorum nomina secundum litterarum seriem recenseat, & si qua de illis notatu digna legantur, in compendium mittat. Neque silentium prætermittit nomina, quibus a Latinis vel Græcis designari solent, nec minus in illorum rationem inquirat. Sequens

Sectio Promontoriis enarrandis destinatur, ubi eandem tra-

P

ctandi

p. 217—272

standi rationem observatam invenias, quæ in priori Sectione Autori se probavit. Nec aliam, viam ingreditur Sectione proxime sequente, quæ fluminum & torrentum rationem habet. Pars II persequitur urbes, castella, terras & loca Siciliæ, quæ vel injuria temporis perierunt prorsus, vel hodie ignorantur. Inter hæc primo loco occurrit *Abacenum*, quam urbem Diodorus Siculus & Stephanus Byzantius commemorant. Rationem & originem nominis Bochartus in lingua Punica quærit, in qua *Abac* denotat *extollere*. Ptolemæus inter urbes mediterraneas eam numerat, neque improbabilis est conjectura Cluverii, qui in ruinis ejus postea regionem *di Tripi* exædificatam esse opinatur. Simili modo, observato literarum ordine, percenset cetera hujus generis loca. Proxime commentatur accurate de urbibus, castellis, regionibus & locis, quorum nostra ætate copia in Sicilia datur. Hæc denique excipit Topographia Siciliæ, quæ situm omnium portuum, sinuum, promontiorum &c. delineatum sistit. Totum denique opus clauditur recensione peninsularum, scopulorumque & insularum, quæ Siciliam cingant.

344-342

345-437

441-502

M. GODOFREDI LUDOVICI, ILL. GYMNASII Saxo-Henneb. Schleusingæ Rectoris, Historia Rectorum & Gymnasiorum Scholarumque celebriorum.

Pars III.

Lipsiæ, sumptu Hæred. Lanckii. 1711, 8.
Alph. 1 plag. 6.

Quam fidem, cum Partem primam & secundam Historiæ hujus scholarum in Supplement. horum Actorum Tom. IV Sect. XII p. 522 sqq. sifteremus, dedimus, eam nunc publice exsolvimus, & Partem etiam tertiam historiæ hujus paucis hic delineatam damus. Exhibetur igitur hic primo loco vita Viri Clariss. Christiani Weisii, Rectoris Zittaviensis nostræ ætate longe celeberrimi: in quo inprimis ingenii educationisque felicitas, Theologiæ ac Jurisprudentiæ æqualis,

le, summum autem Oratoriz, Politices, Historiz, Geographiz studium, maximus animus in pusillo corpusculo, hujusque, si oculorum imbecillitatem excipias, inter continuos labores scholazque tedia ad mortem usque constans firmitas notatur, methodus autem Viri felicissima, dexterimaque juvenum studia juvandi ratio dignis laudibus extollitur. Omnium præterea scriptorum ejus Catalogus pertextitur, sacrique argumenti VIII, scripta Latina XI, dissertationes Academicæ VI, Gymnasticæ XV, Orationes Latinæ IX, Scripta Germanica XVII, Orationes Germanicæ IV, Dramata varia XXX, jucundiora scripta VI, Epistolæ prolixiores typis exscriptæ II, Programmata, Hymni Odæque sacræ utraque lingua magno numero, præfationes aliorum libris præmissæ IV, libri, sententiæ, versus, Weisio obstreticante recusæ IV, libri *ὑποβολιμαῖοι* V recensentur, singula variis Cl. Grosseri ac Ludovici observationibus ornantur, pluresque, qui Weisii vitam commentati sunt, citantur: & quia Zittaviensis Gymnasii, cui Weisius ultimo præfuerat, Historia parte secunda jam relata erat, vitæ Weisii subjicitur Historia *Illustris Collegii Christian-Ernestini*, quod *Byruthi* floret. In hac referitur p. 44, Gymnasium hoc anno 1664 d. 27 Julii, ipso vigesimo primo natali Marchionis Brandenburgici Christiani Ernesti, instinctu potissimum Domini Casparis a Lilien, solenni ceremonia conditum, eloquentissimaque Oratione Latina e prompta memoria a Dno. Carolo S. R. I. Libero Barone a Stein, Consiliario Baruthino intimo & Cancellario &c. dicta inauguratum esse. Adduntur literæ publicæ Serenissimi Marchionis, in quibus fixum & fundatum est Collegium, scopusque & lectiones, harumque tradendarum methodus declarantur, series denique Directorum Professorumque Gymnasii exhibetur, & quia singuli collegii ac Serenissimi Conditoris sui natales solenni oratione, e constitutione Fundatoris, celebrandi erant, omnium istarum orationum Auctores ac argumenta, patriam historiam, potentissimæque Domus Brandenburgicæ merita in rem civilem, militarem ac litterariam illustrantia, luculento syllabo percensentur, nec

sine voluptate e grata rerum varietate orta leguntur. *Coronidis* loco sigillum, *Gymnasii* imaginem Principis *Musagetæ* ac *Statoris* cataphractam, dextra gladium tenentis sinistramque galeæ imponentis, referens, ut & alia nonnulla *Gymnasii Bîruthini* historiam illustrantia adjiciuntur.

Secundum locum *Christianus Daumius* occupat, vix ulli inter *Gymnasiorum* Rectores secundus A. C. 1612 (quod ipsum nomen *Christianus DaVM* indicat) hanc in lucem patre *Davide*, una cum patruo *Joanne*, ab Imper. *Leopoldo* in nobilitate numero recepto, editus, belli pestisque calamitate varie in studiorum cursu turbatus, fidorem tamen Præceptorum, *Bohemi*, *Schuzii*, *Winteri* ac inprimis *Zechendorffii* opera adjutus, suaque potissimum industria, (quippe in plurimis *αυσθηδαυλος*) suffultus, superatis, quæ vitam academicam premebant, malis, juvenibus ad humanitatem formandis, ac optimis literis omne tempus tribuit. A. 1642 d. 12 Martii in patrio *Athenæo* Collega tertius, annoque 1661 d. 21 Julii, deprecatus licet istam dignitatem, *Rektor* constitutus, eamque spartam, Professione Academica, quæ A. 1675 ei offerrebat, modeste recusata, ad finem usque vitæ, virorum celeberrimorum formator commendatissimus summa cum laude tuitus est, prorsus ut elogium *Felleri*, genuini ejusdem discipuli, iconi suæ subjectum summo jure mereatur:

Talis erat facie *Musarum*, *Daumius*, *Hermes*,

Vivaque *Cygnæ* bibliotheca suæ.

Nec modo *Cygnæ*, *Clarii* sed totius *Orbis*,

Et *Criticus* nostri temporis absque pari.

Cygnus item, seu mentem animi, seu carmina spectes,

Raraque sic mundi in gurgite factus avis.

De singularibus, quæ de eo affert Autor, quædam nos jam e *Crenii* Observationibus in his Actis A. 1709 M. Febr. ad singularem virtutem fataque *Daumii* pertinentia attulimus. Adjiciuntur alia nonnulla ex Epistolis *αυσθηδαυλος* a summe reverendo *Gleichio* in lucem productis: e quibus difficultates, cum quibus eidem funestissimæ pestis temporibus luctandum fuerit, illustrissima nomina, cum quibus in *Germania*, *Belgio*,

glo, Gallia, Italia, Suecia, literarum commercium habuerit, Ursinus ac Sandius adversarii, quibus Cl. Feustelius pro Daumio responderit, doctissimorum Virorum elogia, quibus ipsum cumulatissime, nec tamen ultra meritum, ornarint, humanitas singularis, qua peregrinos omnes ad litterariæ rei thesauros suos admiserit, linguarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Turcicæ, Gallicæ, Italicæ, Hispanicæ, Bohemicæ, Arabicæque, quam intra octidui spatium Zechendorffio doctore didicerat, peritia, qua excelluerit, locupletissimæ Bibliothecæ præstantia, quæ præter incompactos & membranas ultra 10000 compactos, & complurium, velut Lutheri, Melanchthonis, Erasmi, Manutiorum, Stephanorum, Scaligerorum, Lipsii, Casaubonorum, Frischlini, Vossiorum, Barthii, Rutgersii, Reinesii, Scriverii *ἀπολογεῖσθαι* continuerit, cognosci possunt. Subnectitur his uberrimus scriptorum a Daumio & editorum librorum index, qui XXVI typis impressos, plures quam viginti ineditos raræ industriæ solidæque eruditionis argumenta complexos doctissimisque viris desideratos recenset: quem omnem thesaurum Cygneam Bibliothecam publicam, ut & membranas aliosque libros virorum celeberrimorum notis *ἀπολογεῖσθαι* conspicuos, omneque literarium commercium Daumianum, accepisse constat. Unde ut cum erudito orbe, quæ possunt, communicentur, publico nomine obtestamur. Excipit hæc Zwickaviensis Athenæi, cui Daumius diu præfuerat, Rectorumque ejus ceterorum historia. Ubi quidem Cygnea Gymnasii sedes uti aves Apollini sacras in insignibus habet, ita luculentum Musis istarumque Cultoribus hospitium multaque eruditionis subsidia ac præmia præbet, cujus ad Evangelii doctrinam adductæ historiam e Seckendorffii Historia Lutheranismi Cl. Autor repetit, & e perveteri hoc Gymnasio ac parente reliquarum istius tractus scholarum tanquam ex equo Trojano, inprimisque Daumii disciplina, viros innumeros omnibus studiis cultissimos, e Chronico Cygneo M. Tobia Schmidii ac Felleri Cygnei Cygnis quasi modo genitis Feusteliique anathemate notos, produisse, scholamque ipsam ob disciplinæ severitatem, qua truci

ACCOMMODATIONUM ERUDITIONUM

male dedolati detergebantur, molam polientem Die *Gehle* *Mühle* appellatam esse, ostendit, primaque ejus rudimenta inde a schola circa A. 1350 condita, A. 1387 incendio deleta nec multo post instaurata, anno 1479 autem liberalitate Generosissimi Viri Martini Roemeri innovata deducit, eamque cum Gymnasio s. Græca schola unitam & in ruderibus aulae Grunhaynenfis collocatam A. 1542, posteaque Græcas & Latinas literas, applaudentibus Agricola, Erasmo doctissimisque per Germaniam Viris aliis, ibi summo studio traditas esse, Virosque doctissimos, etiam Magistros, Doctores ac Sacerdotes, lectionibus publicis interfuisse, anno 1682 tristissimis fati hanc scholam afflictam pestilentiaque, conquerente acerbissime Daumio, vastatam, ditiorum civium ultimis tabulis liberalia pauperibus stipendia constituta, Bosianum etiam alumneum, in quo generosi juvenes, inprimis ex illustri stirpe Bosiana, cum Ephoro sustentandi, constitutum, munificaque Senatus benignitate scholastico ærario bene prospectum esse, docet. Hinc Rectores ac moderatores a primis scholæ Zwickaviensis initiis ad nostra usque tempora succedunt: in quibus celeberrima nomina *Petri Dresdensis*, de quo anno 1678 *Jacobus Thomasius* noster peculiari dissertatione egit, *M. Valentinus Strödel*, quæ moderatore ad nongentos discipulos interdum numerus crevit, *M. Stephani Ruffi*, qui anno 1528 e Rectore Reip. Zwickaviensis Syndicus, atque bibliothecæ Zwickaviensis Parens factus, *Nalteri*, qui proceritate corporis præstans Collegasque doctos, corporis autem figura infra mediocritatem præditos, nactus, pusillos corporibus doctrina gigantes in contubernio habere dictus est, *M. Petri Plaseani*, Brabantini, ad quem ingeniorum famiatorem, qui asperi incultique erant, non minus quam olim insanæ mentis homines Anticyras abire jubebantur, ut morum ac ingeniorum scabrities ad istum cotem levigarentur ac poliretur, *M. Georgii Thymi*, Melanchthonis discipuli, hymnis Latinis syntaxique Latina ab Erasmo commendatissima aliisque scriptis editis clarissimi, *Esromi Rüdingeri*, Melanchthonis & Camerarii amici intimi, hujus etiam generi, florentissimi

mi

mi ingenii fustibus pluribus celeberrimi, *M. Christophori Baldusii*, cui ipsorummet Melancthonis & Camerarii iudico par in Schola Portensi, cui praeferat, successor inveniri haud poterat, *M. Iusti Ludovici Brismanni*, Friderici Wilhelmi Ducis Saxoniae informatoris & Ephori, simulque in Academia Jenensi Graecae linguae Professoris meritissimi, *M. Joannis Zechendorffii*, Praeceptoris Daumii celebratissimi, *M. Danielis Mülleri*, prius Holmenfis, postea Portensis scholae Rectoris, stylo methodoque docendi ac discipulorum amorem conciliandi felicissimi, mariti infelicissimi, *M. Davidis Winteri*, Philologi eximii, Fello ac Schurzfleischio carissimi, tandemque, ut alios sua laude vigentes taceamus, viventis adhuc *M. Georgii Andreae Vinboldi*, Rectoris summa industria ac pietate, scriptis aliquot in usum juventutis scholasticae pluribusque selectissimae doctrinae programmatibus editis, & opere majore de sortitionibus veterum ac recentiorum, enarrationeque Bibliothecae Cygnae celebratissimae scribendis, vel potius ad colophonem jam deductis, bene meritissimi occurrunt. Bibliotheca Zwickaviensis, in camera arcuata aerae Grunhaynensis constituta, Senatusque munificentia ex Cygnensium veterum Monachorum, Plateani item, Rothii sive Ruffi, Daumiique literaria suppellestile multa lautaque adornata, cimelia quaedam porro referuntur, & praeter Manuscripta complura & membranas, *Bibliae Germanicae A. 1490* Augustae Vindelicorum per Johannem Schöpsbergerum impressa, *Lactantius* in monasterio Sublacensi excusus & officia Ciceronis a Joanne Faust A. 1466 membranis impressa, quae a multis primum artis typographicae opus vocantur, alii libri a primis artis hujus inventoribus erudito orbi communicati ibidem esse perhibentur. Tertio loco *Johannis Crausii* vita comparet, Thumae oppidulo unius lapidis intervallo Annaberga distante anno 1648 scholarum commodo nati, post absoluta Jenae studia plurimaque ibidem habita Collegia, programmata publica nomine Academiae scripta, oblatam substitutionem Professionis Historiarum & post discessum ipseus Jena Professionem Philosophiae practicae A. 1672 & Historiarum

rum A. 1674, Rectorem Annebergæ A. 1670, biennio post Arnstadii A. 1672 & tandem Cizæ anno 1673 agentis ad annum 1676, quo studiorum laborumque intemperie tabe confectus obiit, qui quas Dissertationes Programmata aliave scripta vivus ediderit, singulari studio Autor recenset. Crausius quia *Gymnasii Cizensis* Rector fuerat, hujus etiam succincta historia subjicitur. Nimirum illud, Cellario in Programmatibus Cizensibus perhibente, jam multis annis officina honestatis, elegantiarum sedes, litterarum domicilium, Musarum ac Gratiarum augustissimum sacrarium fuit. Ante reformationem Scholæ illi Episcopali ad annum usque 1540 Rector præfuit Valentinus Sparbart. Post mortem Episcopi Philippi *Julius Pflug* Episcopus electus ad annum usque 1564 sub doctrinæ Evangelicæ crepusculo hanc scholam ex arce in cœnobium Franciscanorum translatam ritus Lutheranorum observare toleravit. Post Monachorum autem excessum Gymnasium hoc loco continuatum, cœnobiumque anno 1662 a Serenissimo Principe Mauritio Guilielmo splendide redintegratum, schola anno 1663 binis classibus aucta, & anno 1685 Auditorium speciatim primarium renovatum, anno 1709, cum id Auditores non præter, indulgentissimi Principis jussu novo, recens placensque amplissimum in usum primæ classis alumnorum magna impensâ edificatum & ceterarum classium auditoria restaurata sunt. Rectores a reformatione ad nostram ætatem M. Joanne Rivio ad M. Gothofredum Gleitsmannum, Rectorem hodie bene meritissimum, XVII omnino enumerantur, eorumque docti labores fusius recensentur, & vel unius Gleitsmanni LXXXIV Dissertationes ac Programmata utilissimis materiis referta commemorantur, quorum catalogum nos quidem hic brevitatis studium texere prohibet. Hæc enim ad gustum tertiæ hujus Partis Historiæ Scholasticæ satis esse putamus, cum reliqua accurate respondeant, quæ *quarto loco* de vita *Joachimi Kubni*, Rectoris primum Oettingensis in Suevia, post Argentorati in Gymnasio superiori Præceptoris Græcæ linguæ, & tandem in Academia ibidem Professoris Græcæ & Hebrææ linguæ publici celeberrimi

amberrimi, deque Oettingensis Gymnafii, cui Rector præfuerat, ac doctorum publice ibidem docentium Historia, *quinto loco de M. Johannis Friderici Kaberi, Gymnafii illustris Gerani Rectoris, Philologi celebratiffimi, fatis ac scriptis pluribus utiliffimis, ut & de ipsius Gerani Gymnafii fundatione, legibus, lectionibus, flore, jubilatione, Rectoribus, Professoribus ac Præceptoribus reliquis, tandemque sexto loco de Gothofredi Voigtii, S. Th. Licentiati & Gymnafii primo Gustroviensis post Scholæ Johanneæ Hamburgensis Rectoris clariffimi, vitæ ratione scriptisque quamplurimis editis ac ineditis, e Dn. J. Fabricii thysiafteriologia Voigtii anno 1708 edita recensitis, atque de ipsius Gustroviensis Gymnafii ortu, incrementis, Rectoribus atque Collegis accurate commemorantur. Quæ ut summo studio Cl. Autor collegit; ita in tam egregio proprioque ipsi instituto pari industria perrecturum, nominisque adeo mensuram LUDO VICI hac quoque in parte impleturum speramus, verumque adeo Cl. Zimmermanni de ipso omen, quod p. 426 adducitur, futurum confidimus.*

DE CONCORDIA IMPERII ET SACERDOTII,
five

DE JURE POTESTATUM SUPREMARUM
circa sacra; Autore JOH. WOLFGANGO
JÆGERO.

Tubingæ, apud Joh. Georgium Cottam, 1711, 8.
Alph. 1 plag. 1.

NOTISSIMUS est liber Petri de Marca, eundem titulum generens, in quo cum Pontifici Romano suprema potestas circa sacra tribuatur, Summe Reverendus Autor doctrinam Ecclesiarum Evangelicarum, potestatem hanc magistratui politico vindicantium, illustrare & argumentis dissentientium respondere decrevit. Consulto utitur in titulo verbis *circa sacra*, nam potestatem *in sacra* solis Clericis reservat, cum nullus Princeps peccata valide remittere aut S. Cœnam administrare

rum A. 1674, Rectorem Annebergæ A. 1670, biennio post Arnstadii A. 1672 & tandem Cizæ anno 1673 agentis ad annum 1676, quo studiorum laborumque intemperie tæbe confectus obiit, qui quas Dissertationes Programmata aliave scripta vivus ediderit, singulari studio Autor recenset. Crausius quia *Gymnasi Cizensis* Rector fuerat, hujus etiam succincta historia subjicitur. Nimirum illud, Cellarij in Programmatibus Cizensibus perhibente, jam multis annis officina honestatis, elegantiarum fedes, litterarum domicilium, Musarum ac Gratiarum augustissimum sacrarium fuit. Ante reformationem Scholæ illi Episcopali ad annum usque 1540 Rector præfuit Valentinus Sparbart. Post mortem Episcopi Philippi *Julius Pflug* Episcopus electus ad annum usque 1564 sub doctrinæ Evangelicæ crepusculo hanc scholam ex arce in cœnobium Franciscanorum translata ritus Lutheranorum observare toleravit. Post Monachorum autem excessum Gymnasium hoc loco continuatum, cœnobiumque anno 1662 a Serenissimo Principe Mauritio Guilielmo splendide redintegratum, schola anno 1663 binis classibus aucta, & anno 1685 Auditorium speciatim primarium renovatum, anno 1705, cum id Auditores non haberet, indulgentissimi Principis jussu novo, recens pluresque amplissimum in usum primæ classis alumnorum magna impensâ ædificatum & ceterarum classium auditoria restaurata sunt. Rectores a reformatione ad nostram ætatem a M. Joanne Rivio ad M. Gothofredum Gleitsmannum, Rectorem hodie bene meritissimum, XVII omnino enumerantur, eorumque docti labores suis recensentur, & vel unius Gleitsmanni LXXXIV Dissertationes ac Programmata utilissimis materiis referta commemorantur, quorum catalogum nos quidem hic brevitatis studium texere prohibet. Hæc enim ad gustum tertiæ hujus Partis Historiæ Scholasticæ satis esse putamus, cum reliqua accurate respondeant, quæ *quarto loco* de vita *Joachimi Kubni*, Rectoris primum Oettingensis in Suevia, post Argentorati in Gymnasio superiori Præceptoris Græcæ linguæ, & tandem in Academia ibidem Professoris Græcæ & Hebrææ linguæ publici celebra-

celeberrimi; deque Oettingensis Gymnafii, cui Rector præfuerat, ac doctorum publice ibidem docentium Historia, *quinto loco* de *M. Johannis Friderici Kaberi*, Gymnafii illustris Gerani Rectoris, Philologi celebratissimi, fatis ac scriptis pluribus utilissimis, ut & de ipsius Gerani Gymnafii fundatione, legibus, lectionibus, flore, jubilæo, Rectoribus, Professoribus ac Præceptoribus reliquis, tandemque *sexto loco* de *Gothofredi Voigtii*, S. Th. Licentiati & Gymnafii primo Gustroviensis post Scholæ Johanneæ Hamburgensis Rectoris clarissimi, vitæ ratione scriptisque quamplurimis editis ac ineditis, e Dn. J. Fabricii *thyfiasteriologia Voigtii* anno 1708 edita recensitis, atque de ipsius Gustroviensis Gymnafii ortu, incrementis, Rectoribus atque Collegis accurate commemorantur. Quæ ut summo studio Cl. Autor collegit; ita in tam egregio proprioque ipsi instituto pari industria perrecturum, nominisque adeo mensuram LUDO VICI hac quoque in parte impleturum speramus, verumque adeo Cl. Zimmermanni de ipso omen, quod p. 426 adducitur, futurum confidimus.

DE CONCORDIA IMPERII ET SACERDOTII,

sive

DE JURE POTESTATUM SUPREMARUM

circa sacra; Autore JOH. WOLFGANGO

JÆGERO.

Tubingæ, apud Joh. Georgium Cottam, 1711, 8.

Alph. 1 plag. 1.

NOtissimus est liber Petri de Marca, eundem titulum gerens, in quo cum Pontifici Romano suprema potestas circa sacra tribuatur, Summe Reverendus Autor doctrinam Ecclesiarum Evangelicarum, potestatem hanc magistratui politico vindicantium, illustrare & argumentis dissentientium respondere decrevit. Consulto utitur in titulo verbis *circa sacra*, nam potestatem *in sacra* folis Clericis reservat, cum nullus Princeps peccata valide remittere aut S. Cœnam administrare

ACTORUM ERUDITORUM

ministrare aut similes actus ministeriales exercere possit. ³⁰⁵
illud supremis potestatibus competens ex ipso jure naturæ,
gentium & divino derivandum esse suse defenditur : neque
306 solum competere circa agenda , sed etiam circa credenda ; in
his enim pastorum judicium cæco modo non esse sequen-
dum , quia , si historię consulantur , clarum fiat , personas
ecclesiasticas æque fallibiles esse in rebus quoque fidei atque
alias. De jure ministrorum verbi dum Summe Reverendus
Autor agit , graviter de intermissione disciplinæ ecclesiasticæ
307 conqueritur , eamque sibi sedere sententiam profitetur , Ec-
clesiam Evangelicam non posse non in pejus abire & tandem
in coetum malignantium degenerare , nisi disciplina ecclesi-
astica serio revocetur. Rigorem quidem illum antiquum seu
vigorem potius in jurisdictione spiritali sperari amplius vix
308 posse : at quod ea tota pene extincta sit tanquam supervaca-
nea , id vero merito esse dolendum. De excommunicatione
Principum multa notatu digna affert , & inter sententias di-
309 scerpentes mediam viam eligit. Multis argumentis probat
sententiam illorum , qui indignos admitti ad S. Coenam a Clo-
rico posse statuunt , modo hic officium suum in reliquis par-
tibus , uti decet , observet. Pro explorato habet , in prima
Christi communionem nullum Apostolorum fuisse dignum ,
cum nullus crediderit , quod in ea Coena verum corpus &
sanguinem Christi acciperet. Omnes infectos fuisse carnalif-
sima opinione de regno Christi terreno. Nullum eorum
310 fundamentalem articulum de satisfactione redemptoria per
passionem & mortem credidisse. Sæpe hodie pueros qua-
tuordecim annorum plus scire quam tum Apostolos , & ta-
men a Christo ad participationem sanctissimæ Coenæ fuisse
311 invitatos. Neminem ergo posse certam ponere legem &
mensuram notitiæ , ut quis dignus sit conviva tanti epuli.
Postea respondet argumentis illorum , qui statuunt , excom-
municationem , uti hodie est , esse inventum mere huma-
num nihilque habere divini : meram esse detorsionem dicto-
rum Scripturæ , cum usus iste clavis ligantis statuitur origi-
312 nis diviniæ : in primitiva etiam ecclesia tyrannidem in con-

scientias

Scientias exercitam fuisse per disciplinam ecclesiasticam : e gladio spiritali obtuso esse factum gladium civilem : ministrum non posse denegare absolutionem Principi : in Articulis Smalcaldicis errorem contineri, dum statuatur, quod excommunicatio minor sit poena spiritalis, cum sit mere civilis. Altero libro Summe Reverendus Autor considerat *pag. 261*
 jura Confessorum. Inter precipua horum officia refert, ut vigilent pro orthodoxa fide conservanda, utque novitates arceant, & imprimis tres periculosissimos scopulos, inter quos navis ecclesiae navigat, Papismum, Syncretismum & Fanaticismum caveant. Catholicos Romanos in fundamentis fidei ab Evangelicis dissentire & hos tanquam haereticos pessimos per excommunicationes solennes & anathemata dirissima damnare atque execrari docet : at cum Dominis Reformatis non esse parem rationem dicit, hos enim nos pro fratribus agnoscere, adeoque ipsos nobis obviam procedere & dextram concordiae offerre.

Appendicis loco subjecit Dissertationem de Simonia curiae Romanae, ubi vitia capitum ecclesiae Romanae recenset ac detestatur, & Sonnenbergio, qui in Nemese sua Romano-Catholica de B. Luthero tetra multa narraverat, vicem rependit. Addita etiam sunt corollaria quaedam, quibus ejusdem Sonnebergii praesumptiones, quas contra Ecclesiam Evangelicam valere opinatus est, refutantur, & aliae praecautiones contra Romanam militantes afferuntur.

PROSPERI ALPINI, MAROSTICENSIS, Philosophi & Medici, in Gymnasio Patavino medicamentorum simplicium Professoris Ordinarii, de Praesagienda Vita & Morte agrotantium Libri septem, in quibus ars tota Hippocratica praedicendi in agrotis vanos morborum eventus, cum ex veterum Medicorum dogmatis, tum ex longa accurataque observatione nova methodo elucescit, cum Praefatione HERMANNI BOERHAAVE. Editio nova, singulari cura recensita,

ab infinitis typothetarum mendis expurgata, locupletissimo quoque capitum & rerum duplici Indice instructa.

Lugduni-Batavorum, ex officina H. Severini, 1710, 4.
Alph. 3.

Promiserat olim Prosper Alpinus, in libris de Medicina Egyptiorum, se universam de medico praefatio doctrinam, quatuor libris absolutam, in publicam lucem editurum esse, in quorum primo de morbis praevidendis, in secundo de praeteritorum symptomatum cognitione, in tertio de longitudine & brevitate morborum, in quarto vero de praefagienda vita & morte aegrotantium agere constituerat. Sed dum postremo perficiendo primo incubuit, reliquis lucem adspicere non licuit. Hos igitur septem de praefagienda vita & morte libros in publicum prodire iussit Venetiis 1601 in forma, quae quarta dicitur, quam Francofurtenses ob Viri celebritatem & libri usum eodem anno in 8 repetierunt. Attamen cum utraque *indolis* studiosorum manibus percipere esset, id egit Vir clarissimus Hermannus Boerhaavius, qui medicae rei juvenae strenuam navat operam, & multa praecleara ex suo penu adhuc promittit, ut iterum prelo committeretur. Ita enim recto asseruit iudicio, ad condendam medicinam requiri accuratam eventuum historiam, & severum ex illa ratiocinium. De postremo autem, quomodo ex idonea experimentorum copia Disputatione rationis proficere aliquis possit, ipse egit in dissertatione de vi ratiocinii mechanici in Medicina, & de priori, qua ratione experimenta capere liceat, in commendatione studii Hippocratici, in qua laudavit Hippocratem, quod apud illum solum reparatur observatorum omnium, quae ad artem pertinent, in quibus id solum desiderat, quod iusto ordine non digesta sint, quem defectum supplevisse ratus est in absolutissimo hoc opere Alpinum nostrum, dignum adeo, qui diligentius artis studiosorum manibus teratur. Cum vero ad manus tantum esset exemplum Francofurtensis editionis, quae mendis verborum,

uaborum, sententiarum & citatarum ita scatebat, ut defensionem Autoris non relinqueret integrum, neque tamen otiose abundaret Borchauius, spartam de extinguendis maculis demandavit Rudolpho Dyker (de quo propter egregias animi dotes præclara multa rei medicæ auguratur) qui & felici ausu eam suscepit & ornauit. Præter hæc, duplex in hac editione accessit Index, alter capitum, & rerum alter, typisque adeo nitidis expressa est, ut cum Veneta possit contendere.

DOMINICI GUILIELMI, IN PATAVINO
Lyceo Medicina Theorica Primarii Professoris, de Principio Sulphureo Dissertationes, quibus Mantissa loco accessit Dissertatio de Æthere. Opus posthumum.

Venetiis, apud Andream Poleti, 1710, 8.

Alph. 1 plag. 4 & 1 Tab. æn.

QVI Autoris celeberrimi Dissertationem de salibus, in Actis A. 1708 p. 72 & seq. recensitam, perlegerunt; haud difficulter conicient, qua methodo & quo ingenii acumine Dissertationes de principio Sulphureo sint conscriptæ: ut enim paucis multa dicamus, hæc isti quam simillimæ deprehenduntur. Nimirum *Dissert. 1* ideam Sulphuris investigat & ejus atque sulphureorum definitiones nominales expendit. *Dissert. 2* naturam sulphuris elementaris ex phænomenis determinat, & *Dissert. 3* eam uberius explicat atque confirmat. *Dissert. 4* modum & locum formationis particulæ sulphureæ monstrat: inde ad effectus sulphuris progreditur, nempe *Dissert. 5* de calore; *Dissert. 6* vero de transitu ejus in substantiam decompositorum sulphureorum agit. *Dissert. 7* explicat varios usus sulphurei elementi in mixtis cum naturalibus, tum artificialibus. *Dissert. 8* ignis naturam considerat & tandem *Dissert. 9* recenset, quænam in mixtis a sulphure pendeant.

Distinguit Autor ingeniosus inter *Sulphur Philosophorum* & *Sulphur Chymicum*. Hoc est substantia defragabilis

per thymiam ex corporibus elicienda: istud est principium hactenus ignotum, a quo Sulphur Chymicum aliaque inflammabilia inflammabilitatem suam habent. De posteriori Actor tractat, idque definit per elementum, quod est primum inflammationis principium. Inter inflammabilia, in quibus sulphur elementare prævalet, refert spiritus inflammabiles ad alkool naturam erectos, olea atherea & petroleam seminatam, sulphur vulgi & camphoram. Ex eorum consideratione deducit, volatilitatem vel actu, vel potentia sequi gradus desflagrabilitatis & hinc in elemento sulphureo concipiendam esse plurimam volatilitatem, quæ & in desflagratione manifestetur, itemque in fermentatione aliisque naturæ ac artis operibus. Cum volatilitas sit vis tendendi sursum, in volatili facilem concipi separabilitatem partium & consequenter minimum nexum, adeoque minimum molecularum contactum, qui figuram parvis contactibus aptam arguat. Inde ulterius colligit elementi sulphurei levitatem, & ex hac infert minimam in particula pro ratione molis materiam minorem certe ea, quæ est in particulis mediiorum fluidorum. Ut minimus sit contactus, particulas curvis terminationibus donandas esse: quoniam tamen minimum materię iisdem inest, plures adesse debere poros atque hiatus mediis quibuslibet, per quæ ascendunt, impervios. Ut elementum sulphureum ignis evadat, alias ex acre particulas accedere debere: quas salinas esse probat, quia carposæ, quæ decomposito sulphureo maxime inflammabili abundant, nitrumque conjunctum habent, etiam minorem flammæ citæ aeris præsentiam concipiendæ resistantiam habere experimus. Ex ignis phænomenis deducit, particulam Sulphuris esse elasticam & compressibilem, quæ sit causa rarefactionis in corporibus incaléscentibus. Eam itaque constare ex partibus, quæ situm variare possunt & consequenter contiguum tantum, non continuæ sunt. Partium adeo cum patitur divulsionem, corruptibilem pronunciat: cum partium ad invicem non renuat combinationem, generabilem statuit. Superfici aperiuntur quandam largitur, quod filamentorum

rum

rum substantiarum implicetur, testibus iis corporibus, quæ calorem diu retinent. Quia denique organum sensorium afficit, idcirco eas in diversos glomerulos coactas hac illac evolare debere. Componi autem elementum Sulphuris ex sale & æthere, quia non summa, sed temperata volatilitatis existunt. Ex his sequentem particulæ sulphureæ definitionem extruit: *Particula sulphurea est molecula exilissima ex materia partim aetherea, partim salina, figura Spherica, sed intus porose & cavernose, in superficie recurvis filamentis donata, compressibilis & elastica.* Solem ignem esse negat, consequenter nec sulphureum esse concedit, quod ejus radii lucidi quidem sint, at non calidi, cum mentis calefaciant hieme, quam æstate per lentem causticam refracti, utut illo tempore Sol in Perigæo versetur, nec frigus calorem impediatur, testibus lentibus causticis ex glacie confectis; præterea radii Lunares, qui iidem sunt cum Solaribus, infueta magnitudinis lente caustica excepti, immo a duabus in eandem actionem conspirantibus coacti in exquisitissimis thermoscopiis nullum caloris incrementum prodant. Idem de reliquis stellis judicat, atque hinc sulphur in tribus naturæ regnis obviæ Telluri indigenum, ex terra in plantas, ex plantas in animantia derivari putat. *Ignis ipsi est effluvium sulphureum cum salibus vel aereis, vel analogis fermentescens, modo quodam sensibili, id est, tali, ut & calor intendatur, & lux effulgeat, & virtus combustiva suscitetur.* A principio sulphureo omnem fere vim motricem in mixtis, volatilitatem omnem derivat. Modum internum in mixtis esse a sulphure; idem sulphur esse vinculum mixtionis in mixtis homogeneis, causam ductilitatis in heterogeneis, & favere partium organicarum configurationi seu, quod idem est, compositioni ac nutritioni earundem, omnium denique corporum activitatem pendere a sulphure.

Restat, ut de Dissertatione ultima, cujus argumentum æther est, dicamus. Per ætherem Autor intelligit, quod spatia inter stellas tam fixas, quam erraticas intermedia replet. Ejus existentiam per diffusionem luminis probat. Fluiditatem

ASTRONOMIA TRISTITANICA

ditatem cum *Tybone* a transitu cometae libero probat & eius causam non a motu, sed cum *Carvefo* a figura sphaerica petit; in hoc tamen ab eo dissentit, quod sphaerulas sunt exactas a Deo, creatas & nulli mutationi obnoxias statuat. Fluiditatem a motu esse negat; quod non dentur tot diversi gradus fluiditatis, quot sunt celestiales, laminae enim per aethera transeuntis non disformem esse refractionem. Motum aetheris vertigini Solis adscribit, quia motus Planetarum periodici proportio refertur ad distantiam a Sole, & Planetae pro eadem distantia in orbibus suis velocitates mutant, in periheliis quippe velociores, in apheliis tardiores. Operose autem adstruit, quod aether Soli tantummodo motus rursus reddat, quantum ab eo accepit, ut scilicet eadem in Sole motus quantitas continuo conservetur. Motum aetheris rectilinum ob plenitudinem & resistentionem aetheris circumpositi fieri Circularem: in terra alium esse, quam in caelo, quod ibi plurima motuum velocitatem immutuant, directionem variant, consequenter vln infrigunt. Et tribus diversarum substantiarum generationes non minus in terra visceribus, quam in ejus superficie: mutationes enim corporum fieri per transpositionem, additionem & deductionem, hoc est, per operationes aetheri congruas. Hinc omnia corpora esse perforata & aetheri pervia; & in omnibus corporibus perennem dari particularum componentium motum, in aliis tardissimum, in aliis velociorum, corpora etiam quae vis sua emittere effluvia. Docet tandem, quomodo aether planetaria magnetica & gravitatem corporum producat.

THE BRITISH EMPIRE IN AMERICA.

i. e.

IMPERIUM BRITANNICUM IN AMERICA, seu Historia de earum America partium, quae Magnae Britanniae Regibus subiectae sunt, inventione ac occupatione: nec non de progressibus & presenti statu omnium Britannicarum Coloniarum, tam in terra continentis,

*Discensit, quam in Insulis America; ubi simul habetur
descriptio Regionum, soli, climatis, frugum commercio-
rum, & aditus Mappis Geographicis, ex novissimis
observationibus delineatis, studio HERMANNI
MOLLII, Geographi.*

Volumina II.

Londini, apud Johannem Nicholson, 1708, 8.

Alph. 2 plag. 8.

ANno 1688 Amstelodami liber ejusdem tituli & argumenti in linguam Gallicam translatus prodiit, qui in Eruditorum Actis, Mense Martio sequentis Anni publicatis, brevi compendio exhibetur. Uti autem hicce liber ab autore suo, *Richardo Blomio*, eum in finem primum Anglice conscriptus erat, ut suis civibus pariter ac peregrinis harum longe distitarum Regionum fecunditatem & commoda exponeret, eosque simul ad incolendas has Novi Orbis partes alliceret, immo quoque eo trajecturos edoceret de rebus suis ibidem prudenter dextreque constituendis; ita & Noster, eodem consilio, hunc librum publici juris fecisse existimandus est: quod propositum in Praefatione non obscure innuit, in qua, de insigni fructu ac utilitate, in Angliam ex Americanis Coloniis redundante, potissimum verba facit. Cum vero, quae *Blomius* dixit de harum Regionum situ, caeli temperie, portubus, oppidis, fructibus, leguminibus, frumentis, herbis, radicibus, arboribus, pecoribus, feris, avibus, politia, legibus, moribus, religione, ritibus, numero veterum hodiernorumque incolarum, Noster videatur ita repetiisse, ut stilo tantum prolixiore utatur, rerumque hactenus in hujus novi mundi partibus gestarum peramplam historiam addat, mirari subit, cur nullibi tamen fecerit mentionem *Blomii*, aliis quamvis, e quibus sua hausit, silentio non prorsus praetermissis. Commendandae vero sunt inprimis mappae Geographicae, quas Noster, novissimis observationibus summa cura atque industria delineavit. Nam non

R

solum

ditatem cum Tycho a transitu cometae in libero probat & eius causam non a motu, sed cum Carsepo a figura sphaerica petit; in hoc tamen ab eo dissentit, quod sphaerulas fixas exactas a Deo, creatas & nulli mutationi obnoxias statuat. Fluiditatem a motu esse negat, quod non dentur tot diversi gradus fluiditatis, quot sunt celeritates, luminis enim per aethrem transeuntis non difforem esse refractionem. Motum aetheris vertigini Solis adscribit, quia motus Planetarum periodici proportio refertur ad distantiam a Sole, & Planeta pro eadem distantia in orbis suis velocitates mutant, in periheliis quippe velociore, in apheliis tardiores. Operose autem adstruit, quod aether Soli tantum motu suo reddat, quantum ab eo accepit, ut scilicet eadem in Sole motus quantitas continuo conservetur. Motum aetheris rectilinum ob plenitudinem & resistantiam aetheris circumpositi fieri circulaem: in terra alium esse, quam in coelo, quod ibi plurima motuum velocitatem imminuant, directionem variant, consequenter vim infringant. Ei tribuit diversarum substantiarum generationes non minus in terra visceribus, quam in ejus superficie: mutationes enim corporum fieri per partium transpositionem, additionem & deductionem, hoc est, per operationes aetheri congruas. Hinc omnia corpora esse perforata & aetheri pervia, & in omnibus corporibus perennem dari particularum componentium motum, in aliis tardissimum, in aliis velociorem, corpora etiam quavis sua emittere effluvia. Docet tandem, quomodo aether phaenomena magnetica & gravitatem corporum producat.

THE BRITISH EMPIRE IN AMERICA.

i. e.

IMPERIUM BRITAN

ca, seu Historia de
 gna Britannia Reg
 cupatione: nec
 annium Brit

*vincenti, quam in Insulis America; ubi simul habetur
descriptio Regionum, soli, climatis, frugum commercio-
rumque, additis Mappis Geographicis, ex novissimis
observationibus delineatis, studio HERMANNI
MOLLII, Geographi.*

Volumina II.

Londini, apud Johannem Nicholson, 1708, 8.

Alph. 2 plag. 8.

Anno 1682 Amstelodami liber ejusdem tituli & argumenti
in linguam Gallicam translatus prodiit, qui in Erudito-
rum Actis, Mense Martio sequentis Anni publicatis, brevi
compendio exhibetur. Uti autem hicce liber ab autore suo,
Richardo Blomio, cum in finem primum Anglice conscriptus
erat, ut suis civibus pariter ac peregrinis harum longe
diffusarum Regionum fecunditatem & commoda exponere-
t, eoque simul ad incolendas has Novi Orbis partes allice-

ret, immo quoque eo trajecturos edoceret de rebus suis im-
pendenter dexterae constitutendis; ita & Noster, ex
consilio, hunc librum publici juris fecisse existimat
est: quod propositum in Praefatione non obscure innuit
de insigni fructu ac utilitate, in Angliam ex Amer-

Colonis redundante, potissimum verba facit. *San-*

ctus *Blomius* dixit de harum Regionum fructibus, *ca-*

pitibus, pomis, oppidis, fructibus, leguminibus, *ca-*

radicibus, arboribus, pecoribus, *ca-*

motibus, *ca-*

Notus *ca-*

ut *ca-*

ab infinitis typothetarum mendis expurgata, locupletissimoque capitum & rerum duplici Indice instructa.

Lugduni-Batavorum, ex officina H. Severini, 1710, 4.

Alph. 3.

Promiserat olim Prosper Alpinus, in libris de Medicina Aegyptiorum, se universam de medico praesagio doctrinam, quatuor libris absolutam, in publicam lucem editurum esse, in quorum primo de morbis praevidentis, in secundo de praeteritarum symptomatum cognitione, in tertio de longitudine & brevitate morborum, in quarto vero de praesagienda vita & morte aegrotantium agere constituerat. Sed dum postremo perficiendo primo incubuit, reliquis lucem adspicere non licuit. Hos igitur septem de praesagienda vita & morte libros in publicum prodire jussit Venetiis 1602 in forma, quae quarta dicitur, quam Francofurtenses ob Viri celebritatem & libri usum eodem anno in 8 repetierunt. Attamen cum utraque *exdoris* studiosorum manibus penes erepta esset, id egit Vir clarissimus Hermannus Boerhaavius, qui medicae rei juvandae strenuam navat operam, & multa praeciosa ex suo penu adhuc promittit, ut iterum prelo committeretur. Ita enim recto asseruit iudicio, ad condendam medicinam requiri accuratam eventuum historiam, & severum ex illa ratiocinium. De postremo autem, quomodo ex idonea experimentorum copia Disputatione rationis proficere aliquis possit, ipse egit in dissertatione de vi ratiocinii mechanici in Medicina, & de priori, qua ratione experimenta capere liceat, in commendatione studii Hippocratici, in qua laudavit Hippocratem, quod apud illum salva reparatur observatum omnium, quae ad artem pertinent, in quibus id solum desiderat, quod iusto ordine non digesta sunt, quem defectum supplevisse ratus est in absolutissimo hoc opere Alpinum nostrum, dignum adeo, qui diligentius artis studiosorum manibus teratur. Cum vero ad manus tantum esset exemplum Francofurtensis editionis, quae mendis verborum,

verborum, sententiarum & citatorum ita scatebat, ut sensum Autoris non relinqueret integrum, neque tamen otiose abundaret Boerhaavius, spartam de extergendis maculis demandavit Rudolpho Dyker (de quo propter egregias animi dotes præclara multa rei medicæ auguratur) qui & felici ausu eam suscepit & ornavit. Præter hæc, duplex in hac editione accessit Index, alter capitum, & rerum alter, typisque adeo nitidis expressa est, ut cum Veneta possit contendere.

*DOMINICI GUILIELMI, IN PATAVINO
Lyceo Medicina Theorica Primarii Professoris, de Principio Sulphureo Dissertationes, quibus Mantissæ loco accessit Dissertatio de Æthere. Opus posthumum.*

Venetis, apud Andream Poleti, 1710, 8.

Alph. 1 plag. 4 & 1 Tab. æn.

QVI Autoris celeberrimi Dissertationem de salibus, in Actis A. 1708 p. 72 & seq. recensitam, perlegerunt; haud difficulter conjicient, qua methodo & quo ingenii acumine Dissertationes de principio Sulphureo sint conscriptæ: ut enim paucis multa dicamus, hæc isti quam simillimæ deprehenduntur. Nimirum *Dissert. 1* idem Sulphuris investigat & ejus atque sulphureorum definitiones nominales expendit. *Dissert. 2* naturam sulphuris elementaris ex phenomenis determinat, & *Dissert. 3* eam uberius explicat atque confirmat. *Dissert. 4* modum & locum formationis particulæ sulphuræ monstrat: inde ad effectus sulphuris progreditur, nempe *Dissert. 5* de calore; *Dissert. 6* vero de transitu ejus in substantiam decompositorum sulphureorum agit. *Dissert. 7* explicat varios usus sulphurei elementi in mixtis cum naturalibus, tum artificialibus. *Dissert. 8* ignis naturam considerat & tandem *Dissert. 9* recenset, quanam in mixtis a sulphure pendeant.

Distinguit Autor ingeniosus inter *Sulphur Philosophorum* & *Sulphur Chymicum*. Hæc est substantia defragabilis

per chymiam ex corporibus elicenda: istud est principium hactenus ignotum, a quo Sulphur Chymicum alique inflammabilia inflammabilitatem suam habent. De posteriori Auctor tractat, idque definit per elementum, quod est primum inflammationis principium. Inter inflammabilia, in quibus sulphur elementare praevalet, refert spiritus inflammabiles ad alkool naturam erectos, olea aetherea & petroleam seu naphtham, sulphur vulgi & camphoram. Ex eorum consideratione deducit, volatilitatem vel actu, vel potentia sequi gradus desflagrabilitatis & hinc in elemento sulphureo concipiendam esse plurimam volatilitatem, quae & in desflagratione manifestetur, itemque in fermentatione aliisque naturae ac artis operibus. Cum volatilitas sit visus tendendi sursum, in volatili facili concipi separabilitatem partium & consequenter minimum nexum, adeoque minimum molecularum contactum, qui figuram parvis contactibus aptam arguat. Inde ulterius colligit elementi sulphurei levitatem, & ex hac inferit minimam in particula pro ratione molis materiam minorem certe ea, quae est in particulis mediiorum fluidorum. Ut minimus sit contactus, particulas curvis terminationibus donandas esse: quoniam tamen minimum materiae iisdem inest, plures adesse debere poros atque hiatus mediis quibuslibet, per quos ascendunt, impervios. Ut elementum sulphureum ignis evadat, alias ex aere particulas accedere debere: quas salinas esse probat, quia corpora, quae decomposito sulphureo maxime inflammabili abundant, utrumque conjunctum habent, etiam minorem flammam citra aeris praesentiam concipiendae resistantiam habere experimus. Ex ignis phaenomenis deducit, particulam Sulphuris esse elasticam & compressibilem, quae sit causa rarefactionis in corporibus incalescentibus. Eam itaque constare ex partibus, quae situm variare possunt & consequenter contiguae tantum, non continue sunt. Partium adeo cum patitur divisionem, corruptibilem pronunciat: cum partium ad invicem non renuat combinationem, generabilem statuit. Sulfurifici asperitatem quandam largitur, quod filamentis

rum

rum substantiarum implicetur, testibus iis corporibus, quae calorem diu retinent. Quia denique organum sensorium afficit, idcirco eas in diversos glomerulos coactas hac illac evolare debere. Componi autem elementum Sulphuris ex sale & aethere, quia non summa, sed temperata volatilitatis existunt. Ex his sequentem particulam sulphuream definitionem exstruit: *Particula sulphurea est molecula exilissima ex materia partim aetherea, partim salina, figura Spherica, sed intus porosa & cavernosa, in superficie recurvis filamentis donata, compressibilis & elastica.* Solem ignem esse negat, consequenter nec sulphureum esse concedit, quod ejus radii lucidi quidem sint, at non calidi, cum minus calefaciant hieme, quam aestate per lentem causticam refracti, utut illo tempore Sol in Perigæo versetur, nec frigus calorem impediatur, testibus lentibus causticis ex glacie confectis; præterea radii Lunares, qui iidem sunt cum Solaribus, infuetae magnitudinis lente caustica excepti, immo a duabus in eandem actionem conspirantibus coacti in exquisitissimis thermoscopiis nullum caloris incrementum prodant. Idem de reliquis stellis judicat, atque hinc sulphur in tribus naturæ regnis obivium Telluri indigenum, ex terra in plantas, ex plantis in animantia derivari putat. *Ignis ipsi est effluvium sulphureum cum salibus vel aereis, vel analogis fermentescens, modo quodam sensibili, id est, tali, ut & calor intendatur, & lux effulgeat, & virtus combustiva susciteretur.* A principio sulphureo omnem fere vim motricem in mixtis, volatilitatem omnem derivat. Modum internum in mixtis esse a sulphure; idem sulphur esse vinculum mixtionis in mixtis homogeneis, causam ductilitatis in heterogeneis, & favere partium organicarum configurationi seu, quod idem est, compositioni ac nutritioni earundem, omnium denique corporum activitatem pendere a sulphure.

Restat, ut de Dissertatione ultima, cujus argumentum aether est, dicamus. Per aethere[m] Autor intelligit, quod spatia inter stellas tam fixas, quam erraticas intermedia replet. Ejus existentiam per diffusionem luminis probat. Fluiditatem

ditatem cum Tybone a transitu comotam libero probat & eius causam non a motu, sed cum Carvefo a figura sphaerica petit; in hoc tamen ab eo dissentit, quod sphaerulas statim exactas a Deo, creatas & nulli mutationi obnoxias statuat. Fluiditatem a motu esse negat; quod non dentur tot diversi gradus fluiditatis, quot sunt celestiales, luminis enim per aetherem transeuntis non disforme esse refractionem. Motum aetheris vertiginii Solis adscribit, quia motus Planetarum periodici proportio refertur ad distantiam a Sole, & Planetae pro eadem distantia in Orbibus suis velocitates mutant, in periheliis quippe velociore, in apheliis tardiores. Operose autem adstruit, quod aether Soli tantummodum motus rursus reddat, quantum ab eo accepit, ut scilicet eadem in Sole motus quantitas continuo conservetur. Motum aetheris rectilineum ob plenitudinem & resistentiam aetheris circumpositi fieri circulare: in terra alium esse, quam in caelo, quod ibi plurima motuum velocitatem immutuant, directionem variant, consequenter vim infringant. Et tribus diversarum substantiarum generationes non minus in terra visceribus, quam in eius superficie: mutationes enim corporum fieri per partium transpositionem, additionem & deductionem, hoc est, per operationes aetheri congruas. Haec omnia corpora esse perforata & aetheri pervia, & in omnibus corporibus perennem dari particularum compositionum motum, in aliis tardissimum, in aliis velociorem, corpora etiam quaevis sua emittere effluvia. Docet tandem, quo modo aether phaenomena magnetica & gravitatem corporum producat.

THE BRITISH EMPIRE IN AMERICA.

i. e.

IMPERIUM BRITANNICUM IN AMERICA, seu Historia de earum America partium, quae Magnae Britanniae Regibus subiectae sunt, inventione ac occupatione: nec non de progressibus & praesenti statu omnium Britannicarum Coloniarum, tam in terra continentis,

*videntur, quæ in Insulis America; ubi simul habetur
descriptio Regionum, soli, climatis, frugum commercio-
rum, & ad præcis Mappis Geographicis, ex novissimis
observationibus delineatis, studio HERMANNI
MOLLII, Geographi.*

Volumina II.

Londini, apud Johannem Nicholson, 1708, 8.

Alph. 2 plag. 8.

ANno 1688 Amstelodami liber ejusdem tituli & argumenti in linguam Gallicam translatus prodiit, qui in Eruditorum Actis, Mense Martio sequentis Anni publicatis, brevi compendio exhibetur. Uti autem hicce liber ab autore suo, *Richardo Blomio*, eum in finem primum Anglice conscriptus erat, ut suis civibus pariter ac peregrinis harum longe distitarum Regionum fecunditatem & commoda exponeret, eosque simul ad incolendas has Novi Orbis partes alliceret, immo quoque eo trajecturos edoceret de rebus suis ibidem prudenter dextreque constituendis; ita & Noster, eodem consilio, hunc librum publici juris fecisse existimandus est: quod propositum in Præfatione non obscure innuit, in qua, de insigni fructu ac utilitate, in Angliam ex Americanis Coloniis redundante, potissimum verba facit. Cum vero, quæ *Blomius* dixit de harum Regionum situ, cœli temperie, portibus, oppidis, fructibus, leguminibus, frumentis, herbis, radicibus, arboribus, pecoribus, feris, avibus, politia, legibus, moribus, religione, ritibus, numero veterum hodiernorumque incolarum, Noster videatur ita repetiisse, ut stilo tantum prolixiore utatur, rerumque hæcenus in hujus novi mundi partibus gestarum peramplam historiam addat, mirari subit, cur nullibi tamen fecerit mentionem *Blomii*, aliis quamvis, e quibus sua hausit, silentio non prorsus prætermisissis. Commendandæ vero sunt inprimis mappæ Geographicæ, quas Noster, novissimis observationibus adjunctus, summa cura atque industria delineavit. Nam non

solum limites cujusvis Regionis accuratissime descriptos, etiam singulas urbes & munimenta, quo facilius situs eorum oculis inspicientium pateret, certis characteribus notata invenias. Præterea Noster in primo volumine de *Nova Scotia & Fretu Hudsonis*, in altero vero de *Insulis Baama & S. Lucia*, de quibus nihil habet Blomius, accurate commentatur, cujus summam cum benevolo Lectore paucis communicabimus.

Ordiamur igitur de *Nova Scotia*. Hanc regionem Noster refert partem esse *Canada*, a Gallo Ludovico XII regnante detectæ. Primus vero Franciscus I quendam, cui nomen *Verazan*, eo misit, ut suo nomine hujus terræ possessionem arriperet eamque sui juris faceret. Sed hoc munere *Verazan* vix defunctus, forte a barbaris intercipitur eorumque fit victima, immo ut aliqui referunt, jentaculum. Hinc vero Angli, quod hanc *Canada* partem, quæ Anglis nunc *Nova Scotia* nomine venit, austrum versus cum *Nova Anglia* ita coherere existimarent, ut una prorsus sit regio, eandem in suam potestatem redigendi consilium inierunt. Quod tamen felicissimis demum *Wilhelmi & Mariæ*, Regum, temporibus evenit, quibus *Manavallo*, Præfecto Regis Galliæ, metropolis, quæ *Portus Regius* dicitur, *Wilhelmo* Philippo summam belli administrante, erepta est, qua expugnatione tota hæc provincia in Anglorum potestatem venit. Verum mox bello restaurato, Angli denuo spectati sunt, quæ jactura illis eo gravior accidit, quo majori commoda hæc regio spondere videbatur. Nam, ut nihil jam dignius de *Nova Scotia* cum *Nova Anglia* reliquisque Anglorum in terra continenti constitutis Coloniais arctissimo nexu, fecundissimum certe hic deprehenditur solum, terra insuper ferarum arborumque, ad naves extruendas aptissimarum, ær volucrum & aqua varii generis piscium plenissima perhibetur. Incolæ feruntur media statura, eleganti forma, fulvo colore & capillis nigris præditi. Barbam nonnisi Proceribus promittere licet: reliqui ejus pilos evellere tenentur. Et quamvis omnino sint idololatæ, Diabolum, ut Græci olim

ling. Delphis oraculum, consulentes, illud tamen mirum quicquam videretur, quod in cantilenis suis, diebus festis intonantibus, non solum cantantur voce *Halleluja*, Hæbreis alias & Christianis, verum etiam unita.

Est de *Nova Scotia* dictis, nunc de *Freto Hudsonis* quædam signa memoratu ex Nostro referamus. Nomen accipit ab *Henrico Hudson*, qui illud A. 1607 detexisse dicitur, ut ut alii eundem honorem sibi arrogent. At infelix fuit Hudsoni fatum, qui cum secunda vice ad freti hujus ora appulisset, cum septem sociis in barbarorum manus incidens, occisus est. Circa hoc a partibus occidentis & meridiei *Nova Wallia*, versus orientem *Nova Britannia* sita est, quæ & *Tierre de Labrador* appellari solet. In his vero regionibus, tempore hyemis, quæ per quadraginta duas hebdomadas durat, tanta frigoris est vehementia, ut, naturæ vi gelu immanissimissimo tantum non oppressa, terra ubique sterilis & ad producendum frumentum alendaque pecora plane inepta sit. Hyemis finem anseres adventu suo annuntiant, qui inclinante ætate rursus avolant, plurimis quidem in hospitii velut pretium relictiis. Indos porro circa fretum illud degentes Noster dicit incredibili barbarie miroque animi stupore laborare; certis provinciis aliquem eorum, quem ætas & experientia rerum gerundarum nobilitet, jus dicendi causa præesse; quemlibet virum duas alere uxores, quæ, mancipiorum instar, ligna scindere, vehicula trahere & hujus generis multa alia sordida ac aspera negotia obire tenerentur, maritis interim nihil nisi venationem curantibus. Ceterum eos agnoscere duos Deos, *Manetaes*, bonum alterum, & alterum malum, illum secundarum, hunc adversarum rerum autorem statuentes. Ceterum vix est, ut e locis illis lucri quicquam præterquam e castoriis aliisque pellibus speretur. Urbes & eleganter exstructas domus Angli hic habent nullas, verum levibus tantum munimentis casas & tuguria contra hostium insultus sepiverunt, quorum tamen, præter *Albani* munimentum, nullum amplius in potestate eorum est, reliquis quippe a Gallis occupatis.

ACTORUM ERUDITORUM.

De *Santa Lucia* Insula, quæ inter *Caribicas* numeratur, nihil ferme est, quod memoremus, nisi quod Insula *Barbatæ* proxime adjacentis gratissimum oculispectaculum præbet, quæ e duobus altissimis montibus præ reliquis circumjacentibus Insulis eminet, in valles postea, quæ Sylvis & fluminibus mirando quodam naturæ artificio distinguuntur, desinentibus. Et cum præterea per admodum salubrem eam permeet, inde fit, ut vicini *Barbatæ* coloni sæpius animi causa eo naviculis excurrant. Neque tamen adhuc ab Anglis incolæ coepta est, licet soli fertilitate se non parum commendet.

Restat, ut ad Insulas juxta fretum *Baamæ* sitas & ab una earum nomen mutuantes cum Autore pergamus. Harum præcipua est *Providentia Insula*, quæ medium fere locum inter quadraginta alias occupat, quarum vero nonnullæ tam exiguæ sunt, ut saltem speciem collis alicujus præ se ferant. Hic Angli non tam mercatura, quam rapinis, haud exiguo gentis suæ dedecore, vivere dicuntur. Etenim non tantum perdita & disjecta naufragiis, ad hujus Insulæ ora frequenter fieri solitis, pro suis habent, sed etiam fluctibus procellisque quassata navigia, ne naufragis quidem exceptis, illis præda sunt. Quæ causa fuit, cur *Hispani*, per fretum *Baamæ* sæpius iter facientes, conjunctis viribus *Gallorum*, hanc prædonum colluviem ex *Providentia* & reliquis receptaculis suis, *Nassovio* expugnato crematoque, antea præcipuum ejecerint ac ita disperserint, ut huc usque ad ipsam præcipua dominationis erigi non potuerint. Proventus hujus Insulæ sunt exigui; nam, excepto ligno *Brasilico* & sale, vix invenitur, quod in mercantium commoda cedere possit. Ceti ingentis magnitudinis pretique circa *Providentiam* in mari vagantur: verum tanta eorum est agilitas & celeritas, ut omnia piscantium studia & labores frustrentur; mortui tamen nonnunquam in littore inventi sunt. Equidem & succinum illic cineritium, sed rarius, deprehenditur. Ceterum hic quædam piscium genera capiuntur, qui si ab hominibus comedantur, per aliquot dies vehementer omnium ar-

tuum

SUPPLEMENTA. Tom. V Sect. III.

statum cruciatus excitant, canes vero & feles, si devorentur ab illis, enecant.

THE HISTORY OF THE REBELLION
and Civil Wars in England &c.

Volumen III.

Oxonii, e Theatro Sheldoniano, 1704, fol.

HISTOIRE DE LA REBELLION ET DES GUERRES
Civiles d' Angleterre &c.

Tomus V & VI.

Hagæ Com. apud Dolios, 1709, 12 maj.

i. c.

HISTORIA REBELLIONIS ET BELLORUM
Angliæ Civilium ab A. 1641 usque ad restitutionem Caroli II Regis; Autore EDUARDO CLARENDONII COMITE.

Anglica editio constat Alph. 7, versio autem Gallica

Alph. 2 pl. 17.

Quum in superioribus Historiæ hujus Voluminibus seditiones bellique civilis, quocum Britannia superiori seculo conflictata est, ortus, causæ, deliberationes, conjurationes ac funesti sceleris in Regem commissi eventus fufius expositi fuerint, extremis jam V & VI Tomis institutum suum præclare persecutus est Autor illustrissimus, quæque adhuc restare videbantur, pari fide ac dexteritate explevit. Memorata enim Caroli I, inaudito furore a suis supplicio affecti, cæde, lætiora tradere pergit, ad Caroli II, in paternam possessionem Regni restituti, in Angliam reditum progressus. Quum vero earum rerum, quæ, finito intestino bello, infame parricidium aut proxime antecesserant, aut istud statim consecutæ fuerant, cognitione destitutus esset; vitio ei vertendum non est, quod singulas circumstantias, ad seditionum consilia & machinationes eo tempore susceptas

ptas spectantes, atque ab aliis Scriptoribus, qui illis interfuere, sigillatim *Edmundo Ludlovio*, repetendas, haud enarrarit. Equidem optandum esset, ut de magnanimi optimique Regis perpeffionibus, tam in carcere & eorum Judicibus suis, quam ipsa morte exantlatis, distinctius quadam memoria prodidisset. Verum peracerba & vix animo ferenda indignissimarum rerum recordatio prohibuisse illum videtur, quo minus tantam tragediam copiosius exponeret, omnesque calamitates longius commemoraret. Quamobrem id praecipue sibi agendum esse putavit, ut Reginorum Filiorum, praesertim vero Caroli II, cujus indivulsus ubique in exilio comes exstitit, diversa, quae in externis Regionibus, Batavia, Gallia, Germania & Belgio Hispanico, asylum ipsi vix satis tutum praebentibus, expertus est, fata literis consignaret. Quod argumentum summa cura ac diligentia persecutus est, quandoquidem nihil eorum testem oculatum fugere potuit. Speciatim vero fidem nobis fecit, Caroli II, apud exteros degentis, Aulam a factionibus & contentionibus perniciosis immunem minime fuisse, iisque deditos hoc fere curasse, ut Regis animum aut ad Romanensium, aut Presbyterianorum, in religionis negotio, partes pertraherent, nostrumque Autorem falsis injustisque accusationibus & criminationibus onerarent. Atque haec generatim de extrema Historiae hujus parte monere placuit: nunc more nostro nonnulla observatu digniora tanquam flosculos ex Autore nostro delibabimus atque in medium afferemus. Principio itaque Libri X cognoscimus, A. 1645 Carolum, Cambriae, aliter Walliae, Principem, in Silurum Insulis, quo se receperat, minus tutum, Caesaream (*Jersey*) Anglici juris insulam petiisse, matremque, in Gallia commorantem, ea de re certiore fecisse. Hic Patris de non mutanda Religione literas accepit, tandemque repetitis saepe Matris precibus gratificaturus, frustra obnitentibus Consiliariis, a Rege ipsi datis, Lutetiam Parisiorum commigravit. Rex autem, in summas angustias redactus, Scotis se permisit, qui detestanda perfidia ducti, Parlamento Anglicano, postulatibus & acceptis quadrin-

Fom. V
pag. 4

10

43 sqq.
39. sqq.

67

quadringentis millibus librarum, eum tradiderunt. Cujus autoritate & jussu in custodiam abductus, variis modis divexatus est, neque rebelles exorare potuit, ut Sacerdotibus suis & *Capellanis*, ut vocant, in peragendo cultu religioso sibi uti liceret. Cum autem brevi post exercitum inter & Parliamentum non mediocria orta essent dissidia, Fanaticorum hominum partibus addicti Regem ex arce sua Holmbienſi, duce *Joycio, Agitatorum* factioni addicto & sartoriam antea artem professo, in castra deduxerunt, metuentes, ne Curia Proceres in gratiam cum illo, Londinum ingressu, redirent. Postea cum universo exercitu, a quo detinebatur, Londinum pervenit, & cum liberis suis colloquendi facultatem nactus, Ducem Eboracensem, ut prima quaque occasione in Bataviam trajiceret, hortatus est, reliquisque, Elisabethæ filia & Duci Glouceſtrix, filio nati minimo, saluberrima monita impertitus fuit. Sub idem ferme tempus nova seditiosorum hominum secta, Regi potissimum & Proceribus infesta, in Parlamento exercitu orta est, qui *Complanatores*, Anglorum voce *Levellers*, se vocabant, propterea, quod in administranda Republica æqualem omnium conditionem esse volebant. Ut autem ad Regem revertamur, multorum is rogatu inductus, fugæ rationes iniiit, atque Hammondo, Insulæ Vectis (*Wight*) præfecto, & celeberrimi Anglorum ejusdem nominis Theologi nepoti, eidemque Cromwellianarum partium studiosissimo, imprudentius paulo se credidit: quippe qui rem hanc Cromwellio confestim nunciari curavit. Quo cognito, Parliamentum, nunciis ad Regem missis, ab hoc postulavit, ut IV decreta, de belli civilis causa effusique sanguinis culpa diserte sibi ascribenda, Hierarchia Ecclesiastica tollenda, militia regni utriusque Senatus arbitrio permit-tenda, omnibusque, qui fidem ipsi illibatam servaverant, poenæ subji-ciendis, facta, rata haberet suaque manu confirmaret. Quod quum recusaret, in arctiorem custodiam datus est; in qua cum Scotorum delegatis de restituendo se secreto pactus, conditiones, Majestate sua indignas, necessitate tamen coactus, acceptavit. Cromwellius autem

variis

pag. 69

86 sqq.

122 sqq.

131

140

149

157

160

164

184, 188

399

234

278

287

295

380

398

459

comemoratis, unde
sibi consistat, atque
admodum meditabatur, mox
itaque operam imprimi dedit, ut
Sicuti mercenariorū multitudinem habuit, distulere
ut, si Regi reconciliati, comatus suos impedirent
hac ratione infamem Regis traditionem, aut proditorem
quam ad omnem posteritatis memoriam duratura videretur
veniret, cogitavit. Sed huiusmodi tragœdiæ, quæ
Regis in hoc negotio innotuit in stuporem atque
nempe operam imprimi dedit. Quum itaque Rex
repperit, non solum non esse, Barthelemy
se invicem fugam ad mare
Barthelemy sentios, non solum non esse, Barthelemy
Rege liberatio cepisset, protrahebat, Barthelemy
Walteri Frisbe contrafisse Anglorum Regis partes
as, ad Regem relictas pronititeret, Regem quod
Humberti Angliam Archiepiscopus in regnum
satis, licet numero et qualitate inferior esse,
relictiam, impletisque pluribus copiis
suis, reparet. In hoc tempore quoque
tegrande pacis conditiones utriusque Curie
per delegatos ultimum vicem proposuerunt, ipsum
in spatium nec barbari agradi, nec capillos
custodia facta, tondendi passum, vehementer
deprehenderunt. Quæ, licet nihil melioribus
superioribus se prorsus intolerandi essent, tamen
suo approbavit, ut miseriarum, quibus obitu
tandem videret, & exoptatissima pace cum
eretur. Verum hac spe excidit, neque ante
welliati, quam, constituto summo Iudicio
(High Court of Justice) scelerati instar in patrum
ur, atque inaudite, & ad omnem posteritatis memorem
deponendo facinore, dantes copiam supplicio afflicto.
Pulchram igitur hæc hæc hæc exitum
doloris

doloris impatiens, breviter exposuit, ad describendum Regis sui characterem animi progressus est, ejusque virtutes maximas, justitiæ amorem, clementiam, devotionem & pietatem erga Deum infucata, castitatem & temperantiam, aliasque non minores summis laudibus ad cœlum extulit, eundemque optimum Regem, optimum Amicum, optimum Maritum, optimum Patrem, optimumque suæ ætatis inter Principes Christianum nominavit. Quod uno alterove documento in medium prolato ostendisse, non alienum neque Lectori omnino ingratum fore arbitramur. Quam bene igitur & sincere erga Deum affectus fuerit, vel ex eo constare poterit, quod nunquam, nisi solemnibus precibus præeunte sacerdote summo mane peractis, animum suum recreasse, aut venationi operam dedisse, perhibeatur. Temulentia autem vitium tanto odio persecutus est, ut Comitem quendam, qui alios, ad compotandum sollicitatos, vicerat, ac sobrium se ex hujusmodi certamine discessisse gloriatus fuerat, suspendio dignum judicaret, cumque in conspectum suum venire per complures dies haud pateretur. Interea Europæ Principes, tantum abest, ut parricidium istud improbarent, aut detestarentur, ut Hispaniæ Rex, Christiana Sæcica, Leopoldus Austriacus, Belgii Hispanici præfectus, & Mazarinius, pretiosissima Regis supellectile, picturis, gemmis & numismatibus, ingenti pecuniæ summa a Cromwellio redempta, nec deinceps Carolo II reddita, nefarium haud obscure sibi conciliare usurpatorem certatim conarentur. Quamobrem Autor noster prudentissimi Romanæ Historiæ Scriptoris Taciti, de Domitiani temporibus loquentis, verba ad calamitosum, qui tunc erat, Angliæ statum accommodavit, quæ ita habent: *Sicut veteris ætas vidit, quid ultimum in libertate esset; ita nos, quid in servitute.* Et paucis interjectis: *Is habitus animorum fuit, ut pessimum facinus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur.* Libro XII Noster infelicem Carolo II, accepto de cruenta Patris morte nuncio, statum & conditionem exposuit, ac nonnullos Scotorum Proceres, qui Regem eum salutabant, atque

pag. 466

470

466

469

479

497

500

pag. 502

546
601605
632Tom. VI
p. 256
18

22

56
60

63

80
89, sqq.

atque ut secum in Scotiam ad capeffendas Regni habenas proficisceretur, invitabant, Hagam Comitum pervenisse, memoravit. Quum vero iniquioribus conditionibus sibi propositis acquiescere non posset, alia ratione rebus suis consulere studuit, Autoremque nostrum & Cottingtonium Legatos in Hispaniam se conferre iussit. Quam legationem solemniorem, quum unica fuerit Caroli in exilio viventis nomine administrata, omnesque ejus circumstantias memoratu digniores longius descripsit Autor, ac sigillatim Ludovici de Haro, potentiae & graviorum negotiorum administri, characterem animi accurate representavit. Quo facto expeditionis infaustae, a Marchione Montis Rosarum altera vice in Scotiam susceptae, mentionem fecit, nefandam Argyliae Praefecti, & Parliamenti crudelitatem, qua in illum, intemerata in Regem suum fide conspicuum, saevierunt, diroque supplicio excruciatum necaverunt, pro eo, ac par est, detestatus. Libro XIII legimus, Carolum II, sollicitantibus acriterque urgentibus Scotorum Proceribus, in Scotiam trajecisse, atque omnium fere consensu Regem solemni ritu renunciatum fuisse. Quo audito, Cromwellius, in locum Fairfaxii, supremi exercitus Ducis, successus, in Scotos, recens creato Regi addictos, movit, magnaque eorum strage edita, Edenburgum, caput regni, in potestatem suam redegit. Scoti autem relictis copiis suis Regem ipsum praesse desiderarunt, quas ille novum cum Cromwellio praellium declinaturus, elapsis aliquot a prima pugna mensibus, in Angliam ducere, Anglosque absente Tyranno sibi conciliare, consultum putavit. Qua re non parum commotus parricida fuit, & Monkio Scoticis rebus praefecto, Regem summa diligentia ac festinatione insecutus est, ejusque universum exercitum altero ad Wigorniam (*Worcester*) praellio profligavit ac in fugam conjecit. Rex igitur, ex hostium manibus agerrime dilapsus, in vicina silva annosam & densissimis frondibus munitam quercum conscendens, tam diu latuit, donec a nobili quodam Carelio, de loco in locum summa cum difficultate deductus, atque in abdatis

&c

& a consortio hominum frequentiori remotis pagis ac villis per aliquot menses miraculose servatus, incolumis, & a rebellium, qui ingenti se pecuniæ summa vivum aut mortuum redempturos esse, publice significaverant, furore tutus, exeunte anno 1650 Rhotomagum in Galliam perveniret. Quæ omnia, prout ab ipso Rege accepit, Nolter accurate tradidit, & qua ratione fidelium Anglorum, Pontificiis præsertim sacris initiatorum, opera salvus, in summo vitæ discrimine constitutus, evaserit, copiosius enarravit, & præter multa alia lectu dignissima, Regem vitam suam Benedictinorum familiæ addictis, immunitatibus exinde multis ac privilegiis ab ipso ideo auctis, magna ex parte debuisse, scriptum reliquit. Ceterum rebus Hibernicis, pro Rege haud feliciter gestis, pluribus hic percensendis non immorabimur, neque bellum, Anglos inter & Batavos non multo post de commerciis ortum, maximoque cum horum damno & innumerabilium navium jactura aliquantisper continuatum, curabimus, ad alia strictim repetenda progredientes. Libro itaque XIV perspicimus, Cromwellium, qui hucusque omnia Parlamenti nomine egisse visus erat, mutata, quam sustinuerat, persona, illi aperte ac palam sese opposuisse, idemque tandem A. 1653 autoritate sua exautorasse ac dissolvisse. Quibus artibus effecit, ut summa rerum ipsi deferretur, & quod de Pompejo M. memoriæ prodidit Seneca, *Salus in Britannia esse non posset, nisi beneficia servitutis*. Etenim ipse & asseclæ ejus centum fere homines maximam partem ex infima plebe & opificum officinis elegerunt, qui Parlamenti honore ac titulo summæ rerum apud Anglos in posterum præessent. Quod informe & monstruosum Parlamentum, Anglorum sermone *Praise God Barebone*, a coriario, id nomen habente ejusdemque Senatore, per ludibrium cognominatum fuit. Quum vero civilium rerum imperitissimi homines Regni habenas moderari nescirent, summo magistratu ultro se abdicarunt, & Cromwellium, Patronum & Promotorem ipsorum, omnium copiarum imperatorem, triumque Regnorum, Angliæ, Scotiæ

pag. 117

118

172

260

211

212

213

217 199.

tia & Hibernia, anno 1653 die XXVI Decembr. Protectorem,
Celfradinis titulo maclatum, publice renunciarunt. Cujus
 auspiciis Angli cum Batavis semel iterumque classibus pugna-
 runt, & fortissimo ac belli navalis peritissimo Trompio, impe-
 ratore horum, interfecto, victoriam non incruentam reporta-
 runt. Inferioribus itaque Batavis leges pacis, quas voluit, Crom-
 wellius praescripsit. Quarum praecipuae fuerunt, ne Carolum
 II afeclasve ejus in ditiones suas recipere; Principem vero
 Arausionensem, Caroli II ex sorore nepotem, Guilielmum III,
 Anglicanae libertatis postea vindicem, maximumque Regem,
 Foederati Belgii praefecturam in perpetuum privatam publico
 scripto declararent. Dehinc Lusitanos eo adegit, ut Legatum
 ad se mitterent, omniaque, quae ab illis postulabat, sine mora
 exequerentur. Galli etiam, Hispani, Danique omni opera al-
 laborarunt, ut amicitiae foedus cum eo inirent. Domi vero, sup-
 pliciis de sibi subjectis civibus crudeliter sumptis, formidolo-
 sum se reddidit, & complures exploratores aut delatores aluit,
 qui secretas aliorum cogitationes omnibus in locis & conven-
 tibus expiscabantur. Interea Carolus II ab omnibus neglectus,
 Parisiis vixit, nec multo post arctissima amicitia Cromwel-
 lium inter & Mazarinum, cujus foedissimam avaritiam false
 perstrinxit Noster, contracta, anno 1654 e Gallia excessit.
 Hinc Aquisgranum se contulit, & quum aer hic minus sa-
 lubris esset, Coloniam Ubiorum commigravit. In qua ur-
 be, ex parte dimidia a sacri ordinis viris, Monachis & Sa-
 cerdotibus, habitata, per biennium, & quod excurrit, com-
 moratus, omni honoris obsequiique genere, laudante Autore
 nostro, a Magistratu affectus est, atque a Germaniae Princi-
 pibus Ordinibusque pecuniae subsidia, Mensium Romano-
 rum nomine concessa, ipsique data, accepit. Quum vero
 Neoburgici Ducis, apud quem diverterat, hortatu a Roma-
 no Pontifice, ut certa pecuniae summa sibi subveniret, im-
 prudentius peteret, idem responsum, quod antea ab Inno-
 centio X acceperat, tulit: *se salva conscientia de Patrimonio
 Petri nihil in Haeretici Principis usus erogare posse.* Libro
 XV, quae ab A. 1655 usque ad Cromwellii mortem, quae inci-
 dit

dit in D. XIII Sept. A. 1658, gesta fuerunt, comprehenduntur. Coercitis igitur in Africa Algerianis & Tuncetanis piratis, itemque Jamaica, Americæ Insula, Hispanis erepta, Parliamentum A. 1656 congregatum Regis titulum Cromwellio obtulit, quem is sive modestia, sive prudentia, sive, quod verisimilius est, metu ductus, deprecatus est, Protectoris honore, publico scripto magis magisque & solenni *Inaugurationis* ritu confirmato, contentus. Quo facto Fanatici, Anabaptistæ, Independentes & Quakeri dicti, odio Vatiniano prosequi eum cœperunt, missisque ad Regem literis, in quibus *Cromwellium Impostorem magnam, simulatorem pessimum, proditorem detestandum, Natura portentum & generis humani opprobrium* vocarunt, operam illi in summovendo necandoque Tyranno obtulerunt, simulque ridiculas & insulas conditiones proposuerunt. In his autem literis istorum hominum ingenia, morès, studia ac sermonis, quo uti consueverunt, genus mirum pulcherrime exprimuntur. Rex igitur illorum consilia, parum sibi profutura, haud curavit, aliamque rebus suis prospiciendi occasionem expectare maluit, quam fortunatiorem Protectoris obitus ipsi suppeditavit. Operæ vero pretium fuerit, Cromwellium propius novisse, ac singulares eius animi dotes pariter ac vitia, magna diligentia ab Autore nostro literis consignata, cognita perpe-
 taque habuisse. Summa enim iudicii, prudentiæ, fortitudinis, industriæ & alacritatis laude floruit, eorum numero habendus, quos *viruperare ne inimici quidem possunt, nisi ut simul laudent.* Quibus virtutibus si destitutus fuisset, tantas res, abominandas æque ac admirandas, neque moliri, neque perficere unquam potuisset. *Ausus enim est, quod memorabile Cinne, Romani Consulis & Imperatoris, elogium est, quæ nemo aude-
 ret bonus: perfecit, quæ a nullo nisi fortissimo perfici potuissent.* In proposito firmiter perseverabat, auctoritatis suæ tenacissimus, nec quenquam sibi vehementius contradicere facile patiebatur. Obsequium ab invitis quoque & regnantibus extorquebat, & parere tergiversantes severissimis pœnis coercebat. Leges venerabatur & servari curabat, iustitiæ ceteroquin studiosissimus, neminique injuriam inferri patiens, nisi vitæ suæ

pag. 389, 390

406

418, 419

423

473 sqq.

481

516

517

518

521

salus aut autoritas sua periclitari videretur. De patrocini-
 ejus sollicitos, totosque se ipsi permittentes, beneficiis fo-
 vit & singulari benevolentia atque amore complexus fuit.
 Præpotentibus vero Europæ Regibus & Rebuspublicis adeo
 metuendus erat, ut eum sibi conciliare, ejusque amicitiam
 quocunque pretio redimere laborarent. Quod uno altero-
 que exemplo comprobasse, non alienum a nostro instituto
 erit. Etenim quum Sabaudus Vallis Lucernensis incolas, vul-
 go Valdenses, qui arma adversus ipsum ceperant, Romani
 Præfulis Italizque Principum suafu, ad internecionem tru-
 cidare consueviffet, per Legatum ab illo minis suis impetravit,
 ut omnia, quibus hucusque gavisi fuiffent, privilegia & im-
 munitates iis confirmaret. Pontificem vero, cunctis, Ro-
 manis sacris in Magna Britannia & Hibernia imbutis, exitium
 minatus, in tantas angustias redegit, ut, quo se verteret, ne-
 sciret. Ei enim nunciari curavit, se formidolosam classem
 in Mare Mediterraneum missurum esse, quæ Centumcellas
 infestaret & tormentis ita affligeret, ut horum sonitus Ro-
 mæ audiretur. Tum Nemaufienses Reformatos, qui sua culpa
 in summam Regis offensionem incurrerant atque in præsen-
 tissimo vitæ discrimine versabantur, in tutelam recepit, omni-
 que apud Mazarinum autoritate sua usus, Regi suo haud dif-
 ficulter reconciliavit. Quo beneficio meruit, ut memoria
 ejus Nemaufi & in vicinia diu culta fuerit, atque ad posteros
 propagata. Ceterum non minora illius flagitia fuerunt, in-
 ter quæ Noster sigillatim profundissimam animi malitiam,
 crudelitatem; omnisque religionis pariter atque honestatis
 contemptum ipsi exprobravit. Quamobrem paucis multa
 complexus, excellentissimi juxta malitiosissimi que viri nomi-
 ne, ad omnem posteritatis memoriam conservando, insignivit.
 Fatendum autem nobis est, Autorem nostrum parricidam, for-
 tuna, quam jure, meliorem, vivis coloribus expressisse, boni-
 que historici, qui virtutem etiam in hoste laudat, partes accu-
 rate & dextre explevisse. Nihil enim hic odio dedit, sed ea-
 dem ferme, quæ Edmundus Ludlow, qui cum Cromwellio
 conjunctissime vixit, & omnium arcanorum ejus particeps
 fuit,

pag. 522

524

525

526

fuit, de eo memoriae prodidit, commemoravit. Libro denique XVI & ultimo brevissimum Richardi, Cromwellii filii natu majoris, quem Pater successorem suum testamento reliquerat, regnum, & Caroli II Regis, in integrum restituti, in Angliam reditus, Monkii potissimum industria ac fide paratus, continentur. Richardus enim, paterna quidem dignitatis, non autem virtutis heres, uno fere momento negligentia, foecordia, animi imbecillitate & timiditate sua omnia perdidit, quae longo temporis intervallo Parens prudentia, fortitudine, industria ac vigilantia sibi compararat. Hinc cum, relicta, metu creditorum potius quam Regis, Anglia, in Gallia lateret, & Coloniā Allobrogum, per Occitaniam itinere facto, petiturus, Principem Contium, provinciae hujus praefectum, conveniret, hic ignarus, quocum sermonem misceret, in Cromwellios, Patrem & Filium, acriter invehens est, ac virtutibus Oliverii imperatore dignis minime dissimulatis, Richardum hominem stolidum, nullius pretii, ignavum, *Sot, Coquin, Poltron*, omniumque contemptu dignissimum appellavit. Quo exautorato, Monkius belli dux, singulari artificio & prudentia usus, cuncta ita disposuit, ut novum Parliamentum convocaretur, hujusque consensu & approbatione Carolus II in pristinam dignitatem restitueretur. Quod negotium summa fide & dexteritate perfecit, immortaliter de Rege suo promeritus, propterea quod titulum & auctoritatem Regis, ultro ipsi oblatam, magno constantique animo recusavit. Rex itaque praeter omnem spem & opinionem a gentibus suis, ad obsequium redeuntibus, incredibili laetitia & plausu exceptus est, & de calamitatibus, in duodecenni exilio toleratis, amplissime honestissimeque triumphans, die VIII Jun. A. 1660 Londinum intravit. Quibus percensitis, Noster Historiae suae finem imponit.

De reliquo licet non negemus, quaedam in hisce Commentariis adhuc desiderari posse; certum tamen nobis exploratumque est, Illustrissimum Autorem quam plurimas res, ut verissimas, ita notatu dignissimas, quarum memoria ceteroquin

pag. 536

541, 542

667 sqq.

703

738

salus aut autoritas sua periclitari videretur. De patrocinio
 ejus sollicitos, totosque se ipsi permittentes, beneficiis fo-
 vit & singulari benevolentia atque amore complexus fuit.
 Præpotentibus vero Europæ Regibus & Rebuspublicis adeo
 metuendus erat, ut eum sibi conciliare, ejusque amicitiam
 quocunque pretio redimere laborarent. Quod uno altero-
 que exemplo comprobasse, non alienum a nostro instituto
 erit. Etenim quum Sabaudus Vallis Lucernensis incolas, vul-
 go Valdenſes, qui arma adversus ipsum ceperant, Romani
 Præſulis Italique Principum suafu, ad internecionem tru-
 cidare confueviſſet, per Legatum ab illo minis suis impetravit,
 ut omnia, quibus hucusque gavifi fuiſſent, privilegia & im-
 munitates iis confirmaret. Pontificem vero, cunctis, Ro-
 manis sacris in Magna Britannia & Hibernia imbutis, exitium
 minatus, in tantas angustias redegit, ut, quo se verteret, ne-
 ſciret. Ei enim nunciari curavit, se formidolosam classem
 in Mare Mediterraneum miſſurum eſſe, quæ Centumcellas
 524 infestaret & tormentis ita affligeret, ut horum sonitus Ro-
 mæ audiretur. Tum Nemaufenſes Reformatos, qui ſua cul-
 pa in ſummam Regis offenſionem incurrerant atque in præſen-
 tiſſimo vitæ discrimine verfabantur, in tutelam recepit, omni-
 525 que apud Mazarinium autoritate ſua uſus, Regi ſuo haud dif-
 ficulter reconciliavit. Quo beneficio meruit, ut memoria
 526 ejus Nemaufi & in vicinia diu culta fuerit, atque ad poſteros
 propagata. Ceterum non minora illius flagitia fuerunt, in-
 ter quæ Noſter ſigillatim profundiffimam animi malitiam,
 crudelitatem; omniſque religionis pariter atque honeſtatis
 contemptum ipſi exprobravit. Quamobrem paucis nulta
 complexus, excellentiffimi juxta malitioſiffimique viri nomi-
 ne, ad omnem poſteritatis memoriam conſervando, inſignivit.
 Fatendum autem nobis eſt, Autorem noſtrum parricidam, for-
 tuna, quam jure, meliorem, vivis coloribus expreſſiſſe, boni-
 que hiſtorici, qui virtutem etiam in hoſte laudat, partes accu-
 rate & dextre expleviſſe. Nihil enim hic odio dedit, ſed ea-
 dem ferme, quæ Edmundus Ludlow, qui cum Cromwellio
 conjunctiffime vixit, & omnium arcanorum ejus particeps
 fuit,

fuit, de eo memoriae prodidit, commemoravit. Libro denique XVI & ultimo brevissimum Richardi, Cromwellii filii natu majoris, quem Pater successorem suum testamento reliquerat, regnum, & Caroli II Regis, in integrum restituti, in Angliam reditus, Monkii potissimum industria ac fide paratus, continentur. Richardus enim, paterna quidem dignitatis, non autem virtutis heres, uno fere momento negligentia, socordia, animi imbecillitate & timiditate sua omnia perdidit, quae longo temporis intervallo Parens prudentia, fortitudine, industria ac vigilantia sibi compararat. Hinc cum, relicta, metu creditorum potius quam Regis, Anglia, in Gallia lateret, & Coloniā Allobrogum, per Occitaniam itinere facto, petiturus, Principem Contium, provinciae hujus praefectum, conveniret, hic ignarus, quocum sermonem misceret, in Cromwellios, Patrem & Filium, acriter invehctus est, ac virtutibus Oliverii imperatore dignis minime diffimulatis, Richardum hominem stolidum, nullius pretii, ignavum, *Sot, Coquin, Poltron*, omniumque contemptu dignissimum appellavit. Quo exautorato, Monkus belli dux, singulari artificio & prudentia usus, cuncta ita disposuit, ut novum Parliamentum convocaretur, hujusque consensu & approbatione Carolus II in pristinam dignitatem restitueretur. Quod negotium summa fide & dexteritate perfecit, immortaliter de Rege suo promeritus, propterea quod titulum & auctoritatem Regis, ultro ipsi oblatam, magno constantique animo recusavit. Rex itaque praeter omnem spem & opinionem a gentibus suis, ad obsequium redeuntibus, incredibili laetitia & plausu exceptus est, & de calamitatibus, in duodecenni exilio toleratis, amplissime honestissimeque triumphans, die VIII Jun. A. 1660 Londinum intravit. Quibus percensitis, Noster Historiae suae finem imponit.

pag. 536

541, 542

667 sqq.

703

738

De reliquo licet non negemus, quaedam in hisce Commentariis adhuc desiderari posse; certum tamen nobis exploratumque est, Illustrissimum Autorem quam plurimas res, ut verissimas, ita notatu dignissimas, quarum memoria ceteroquin

quin obscurata fuisset, ac prorsus evanuisse, literis consignasse, atque ex hoc capite universum, qua literis cultior est, orbem omnemque posteritatem majorem in modum sibi devinxisse.

TRAITE HISTORIQUE DE LA MOU-
vance de la Bretagne, &c.

h. e.

*TRACTATUS HISTORICUS DE SUBJE-
ctione Britannia, in quo defenditur, provinciam hanc in-
de ab initio Regni Francici semper illi jure clientelari fu-
isse obstrictam: atque adeo respondetur ad ea, qua hac
de re. R. P. LOBINEAU in Historia sua recentiori
Britannia scripsit.*

Parisiis, anno 1710, 8.

Plag. 15.

Magno consensu tradunt rerum Normannicarum Scripto-
res, Carolum Simplicem, Regem Franciæ Occidentalis, A.
post C. N. 912 Rolloni Normannorum Duci, præter eam Neu-
strix partem, quæ a novis hisce colonis Normannia dicta est,
Britannia quoque finitima tali conditione cessisse, ut Comites
ejus Ducibus Normanniæ, isti vero Regi Franciæ jure clientela-
ri essent obnoxii. Hanc sententiam impugnavit Cl. Lobineau
in Dissertatione Tomo II Historiæ suæ Britannicæ (de qua in
Actis A. 1710 p. 17 diximus) inserta, & a Nostro p. 103 sqq. re-
petita, ubi probari contendit, nunquam Rolloni Britanniam tra-
ditam fuisse, sed fabulam istam Dudoni Decano Fani S. Quin-
tini originem debere, cujus auctoritatem reliqui omnes secuti
sunt. Id ipsum libro, quem recensemus, occasionem dedit, in
quò non solum communis sententia contra Lobinovium asse-
ritur, sed & simul, Britanniam inde a Clodovæi tempore Regi-
bus Franco-Galliæ semper subiectam fuisse, demonstratur. Pars
I de Regibus Merovingicis & Carolingicis usque ad Carolum
Simplicem

Simplicem id confirmat. Pars II ad Lobinovii objectiones respondet, & Britannos per CCC fere annos Rolloni & successoribus ejus Normanniæ Ducibus, atque adeo Regibus Franciis saltem mediate parendi lege obstrictos fuisse, probat. Pars III eaque ultima Dudonis auctoritatem vindicat, licet iste non solus sit, cujus testimonio obligatio illa Britannica nitatur. Sub finem denique literæ ac monumenta publicæ ad eam confirmandam pertinentia proferuntur.

ELEMENTA PHYSICES METHODO MATHEMATICA demonstrata, quibus accedunt Dissertationes duæ: prior de causa soliditatis corporum: posterior de causa resistentiæ fluidorum. Autore WYTERO GUILLELMO MUTS, Med. D. in illustri Frisiorum Academia Mathes. Prof. Ord. & Reg. Scient. Societ. quæ Berolini est, membro.

Amstelodami, apud Janffonio-Waesbergios, 1711, 4.

Alph. 5 plag. 13.

REcenfimus nuper in Actis A. 1711 M. Sept. p. 390 generalia, quæ ad evolvendas primas rerum naturalium notiones adduxit Cl. Autor; nunc ut fidem datam liberemus, de duabus quoque Dissertationibus, quas operi inseruit, edisserendum. Prior illorum de causa soliditatis corporum; posterior de causa resistentiæ fluidorum agit. In priore *Malebranchii* atque *Jacobi Bernoulli* hypothesin magis evolvit, a pressione ætheris ambientis cohesionem molecularum derivantium. Eum in finem supponit, 1 dari fluidum omnis soliditatis expers, cujus partes nulla vi cohæreant, sed rapidissime agitatz quaquaversum moveri nitantur, quam *ætherem* appellat: 2 ei immerfas esse moleculas, quarum partes ex se nulla vi cohæreant, attamen inter se quiescant, nisi quatenus ab ambiente æthere moveantur: 3 ætherem cum ipsis pressionem suam communicare per lineas ad earum superficies.

T

perfi.

perficies in quovis puncto impulsus perpendiculares : 4 molecularum partes , si undique æquali vi non urgeantur , quoniam pressioibus ætheris resistendi vim nullam habent , eo cedere , ubi minus premuntur. Hinc deducit , moleculas illas figuram sphericam induere debere , cum pressiones fluidi se mutuo æquilibrare aliter nequeant : id quod etiam experimentis corroborat & contra *Franciscum Bayle* disputat, in Institutionibus Physicis cohesionem partium in guttis alio modo per materiæ subtilis actionem quandam explicantem. Contendit ulterius, massulas suas sphericas esse corpora vere solida seu mutationi figuræ ac divisioni resistere vi majore, quam quæ a partium quiete provenit , quia fluidi pressio mutationi figuræ sphericæ contrahitur , qua sine ulla fieri potest divisio ; atque omnem soliditatem corporibus accidentalem pronunciat , quia a causis externis tota pendet. Ut jam ostendat , quomodo ex istis sphaerulis solida nostra sensibilia componantur ; multus in eo est , ut probet , si duæ sphaerulæ æquales ad se invicem comprimantur , ita ut pars superficiei , qua se invicem tangunt , sit utrinque complanata , nec ulla alia vi quam fluidi pressione urgeantur , eas neque in unam sphaeram confluere , nec se invicem repellere ; sed ita coherere atque divisioni solam resistere , si vis dividens agat secundum lineam ad planum contactus perpendicularem vel obliquam. Ex pluribus sphaerulis eodem modo junctis moleculas majores quotlibet gradibus soliditatis inter se diversas ex his rursus alias adhuc majores componi arbitratur , donec corporum in universo diversitas prodeat. Et si autem unicum tantum explicet modum , quo sphaerulæ portionibus superficiei suæ complanatis junguntur ; plures tamen dari ultro largitur. Totam nempe diversitatem corporum pendere ait tum a superficieum complanatarum magnitudine , tum a diverso modo combinationis , tum a majore minoreve copia sphaerularum sub eodem volumine junctarum. Corporum igitur elementa esse corpuscula spherica contendit atque hinc Cartesiani particulas striatas & tertium elementum rejicit , ob-

jectioni-

tionibus una respondens, quas Anonymus contra *Malebranchium* in litteris Philosophicis; idiomate Gallico Trevoltii 1703 impressis, urget. His obstrare videntur Cl. Autori, quæ Vir summus, *Isaacus Newtonus*, in Latina Optices editione de vi quadam attractrice particularum prodidit, & eandem impugnaturus ostendere conatur, admittit tali vi, guttas majores superficiei duræ incumbentes in ima sui parte magis complanari, quam guttulas minores, & guttam unam aliam ab ea aliquantulum distitam attrahere debere: id quod tamen experientia repugnet. Enimvero cum Vir perspicacissimus in Optica laudata p. 322 diserte scribat: *Qua causa efficiente hæ attractiones peragantur, in id vero hic non inquiram. Quam ego attractionem appello, fieri sane potest, ut ea efficiatur impulsa vel alio aliquo modo nobis ignoto. Hanc vocem attractionis ita hic accipi velim, ut in universum solummodo vim aliquam significare intelligatur, qua corpora ad se mutuo tendant, cuicumque demum causa attribuenda sit: satis superque apparet, ipsum nondum definivisse, utrum coheræntia partium a causa intrinseca, num ab extrinseca proficiscatur, neque dubium est fore, ut ambabus amplectatur manibus demonstrationem principiis firmis nitentem & a paralogismis liberam; qua evincetur, fluido ambienti has partes deberi. Nimirum dudum in Præfatione ad Principia Philosophiæ naturalis Mathematica monuit Philosophus summus, omnis Philosophia difficultatem in eo versari, ut a phenomenis motuum investigemus vires Nature, deinde ab his viribus demonstremus phenomina reliqua. Et in Optica loc. cit. addit: Ex phenomenis Nature illud nos prius edocuit oportet, quanam corpora se invicem attrahant & quanam sint leges & proprietates istius attractionis; quam in id inquirere par sit, quanam efficiente causa peragatur attractio. Ceterum Noster accuratius disquirat, quale sit illud fluidum, unde cohesio molecularum pendet. Probat, illud esse 1 aere subtilius, quia guttæ figuram rotundam etiam in vacuo conservant per experimenta Florentinorum ab ipso cum Serrurierio repetita; 2 ab æthere diversum, quia æther utpote corpus ab-*

solute fluidum ex nullis poris excludi potest, ipso iudice, fluidum vero guttas rotundans ex earum poris excluditur; 3 diversum quoque a fluido gravitatem producente, quoniam veretur, fore alias aquam & Mercurium corpora æque ponderosa ac aurum; immo 4 aliud quam materiam lucis, quia hæc poros aquæ penetrat; & 5 distinctum a materia magnetica, quia magnes interposita aqua ferrum trahit. Hic simul rationem reddit phænomeni extraordinarii a *Branckero* primum observati, quod Mercurius ab aere purgatus ad 40, 50, 60, immo 72 digitorum altitudinem in tubo immoto suspensus hæreat. Causam scilicet conjicit in pressionem fluidi alterius ab aere distincti, quod quidem poros vitri penetret, in superficiem tamen Mercurii in tubo contenti ex parte solum gravitet, quatenus particule Mercuriales in hac superficie constitutæ tubi vitrei poris expositæ sunt. Eandem rationem allegat, cur eodem tempore eodem in loco diversa sit Mercurii in tubis diversis altitudo. Differentiam vero fluidorum massulas rotundantium ulterius inde concludit, quod guttæ Mercurii & aquæ ejusdem molis superficiem duræ incumbentes a gravitate fere æqualiter in parte sui ima complantentur.

Leges resistentiæ fluidorum *Leibnitius* atque *Newtonus* invenerunt, quorum inventa promovere studuit *Varignonius*. Sed cum illi eas Geometricè demonstrarint; Noster idem argumentum per rationes Physicas explicare intendit & in plerisque diversa ab iis tradit. Duo autem lemmata fundamenti loco substernit; nempe 1 si globus solidus in fluido æthereo totum universum occupante progrediatur, partes ejus, in quas impingit, lateraliter expelli & versus spatium a parte postica relictum cedere, aliis remotioribus minime commotis: 2 si eidem fluido corpuscula solida interspersa sint, ea a globo in directum propelli, quatenus rigida sunt atque hinc, si non prorsus rigida fuerint, partim in directum progrediendo, partim lateraliter diffluendo globo cedere. Tanto autem minorem statuit vim in directum progrediendi, quanto diffusus lateralis major. Utrumque lemma non minus

mus rationibus, quam experimentis confirmat: quo facto considerat motum corporum 1 in medio absolute fluido, 2 in medio constante ex corpusculis sphaericis plane rigidis, 3 in medio composito ex corpusculis nec perfecte mollibus, nec perfecte rigidis, & denique 4 resistantiam ex attritu particularum ortam expendit. In medio absolute fluido resistantiam nullam concedit, quia corpori idem motus a tergo statim redditur, qui particulis fluidi anterioribus sola quiete resistantibus inprimitur. In medio secundo resistantiam esse infinitam, cum globus profus nequeat moveri, particulis fluidi non cedentibus. In fluido tertio resistantiam fore tanto majorem minoremve; prout corpusculorum fluidi rigiditas major minorve fuerit, quoniam scilicet pars illius motus, quo corpuscula fluidi antea propelluntur, utpote per illorum rigiditatem amissa, postea corpori moto non redditur: neque enim solum corpuscula solido immediate contigua impelli, sed & ab eorum motu antico & attritu remotiora & in ambitu sita commoveri. Defendit autem, eo solum excessu lateraliter extrudi corpuscula, quo vires comprimentes fluidum oppositam cohesionis vim superant, & in eadem ratione, qua aucta corpusculorum fluidi rigiditate augetur ratio motus corporis ad illorum motum, pariter augeri rationem motus deperditi ad illorum motum lateralem.

Denique resistantiam ab attritu ortam a soliditate corpusculorum fluidi unice pendere arbitratur, eaque sublata tolli: unde tanto majorem esse ait, quo corpusculorum rigiditas major. Verisimile autem ipsi videtur, resistantiam priorem, quae sit absque attritu, quam proxime esse in ratione duplicata velocitatis, eodemque modo se rem habere cum posteriore, quae ex attritu prodit. Concludit itaque, omnem in fluido quocunque resistantiam a soliditate corpusculorum illa componentium oriri, & hinc hallucinari ipsi videtur Philosophus profundus *Newtonus*, dum resistantiam, quae est in ratione duplicata velocitatis, a sola vi inertiae derivat, & fluidorum resistendi vires prope esse ut eo-

rum densitates demonstrat. Erroris quoque arguit *Cartesium*, agitationem corpusculorum terrestrium in igne, flamma, fermentationibus ab impulsu fluidi ætherei deducentem.

HISTORIA RERUM GERMANICARUM, sub tribus Imperatoribus Romano-Germanicis Ottone I Magno, Ottone II & Ottone III gestarum, ex monumentis antiquis & MSis fide dignis concinnata a JOH. PHILIPPO A VORBURG, Præposito Monasterii Grandis-Vallis, & Consiliario Moguntino & Herbipolensi &c. nunc primum in lucem protracta a FRID. KNOCHIO, Bibliopola.

Francofurti ad Mœnum, A. 1709, fol.

Constat Alph. i plag. 21.

Autor hujus libri, qui totam fere ætatem in evolvenda scribenda historia Germanica consumpsit, jam XII Tomos suo sumptu imprimendos curaverat, cum morte præventus pulcherrimum opus inchoatum relinquere cogeretur. Ex isto, ab heredibus per 60 amplius annos inter situs & squalores neglecto, tandemque mercatoribus & cupidinariis divendito, supra laudatus Bibliopola hanc quasi tabulam, a simili interitu conservatam, nunc demum in lucem protulit. Complectitur illa res Germanicas & externas quasdam iis conjunctas juxta ordinem annorum, in quos incidunt, digestas, optimorumque Auctorum testimoniis ac monumentis publicis confirmatas, ab initio imperii Ottonis I usque ad obitum Ottonis III. Ut unum vel alterum exempli causa excerpamus, ad annum 962 Imperium non modo jam ante Ottonem M. ad Germanos delatum fuisse, sed & Conradum ac Henricum, proximos Ottonis I in regno Germanico antecessores, non sine justa causa ab Aventino, Cuspiniano, Cranzio aliisque inter Cæsares numerari, cum aliis rationibus, tum Itatorum scriptorum consensu confirmatur.

natur. Ad annum 984 refertur origo sacerdotum missarum pro defunctorum animabus sacra facientium. Cum enim h. t. Romæ sodalitas aliquot sacerdotum ea potissimum lege instituta esset, ut si quis ex iis decederet, reliqui omnes ad animam ejus expiendam XL missas canerent, mos iste per totam Europam manavit, ut vix aliqua urbs paulo celebrior sit, in qua non expiatoria hujusmodi sodalitas reperiat. Cujus rei publicum monumentum in templo DD. Cosmæ & Damiani tabulæ marmoreæ incisum p. 116 exhibetur. Ad annum 996 satis luculenter confutatur fabula a Gotfrido Viterbiensi primum tradita, & a Sigonio, Cuspiniano, Cranzio, reliquis repetita, de Maria Aragonica, Ottonis III. conjugæ, adulterii damnata, & Imperatorem hunc nunquam matrimonium contraxisse ostenditur, etsi Helena Imperatoris Cptani. Filia, quæ postea Vlodomiro Russiæ Principi nupsit & sacra Christiana in ditionem Russicam intulit, ipsa desponsata fuerit. Ad annum 999 Autor vulgarem illam de origine Electorum, ab Ottonis III. constitutione repetendam, opinionem rejicit, & singularem libram de hoc argumento Gewoldi rationibus opponendum, pollicetur. Sed hunc nominis ac alia præclara ingenii ejus monumenta intercuisse, dolemus.

MEDITATIONES AD INSTRUMENTUM

Pacis Casareo-Specicum. Specimina IX.

Spec. I A. 1706, II, III, 1707, IV, V, 1708, VI, VII,
1709, VIII, 1710, IX, 1711.

Alph. 9 plag. 12.

Instrumentum Pacis Westphalicæ illustrarunt multi: argumentum pro dignitate hætenus absolvit nemo. Plerisque præter obscuram aut inficetam dictionem, judicandi imperitiam, Actorum publicorum usum modicum vel plane nullum, in ipsa tractatione vitium est. Norunt omnes, quam superficialiter ac frigide hic versati sint Schutzius ac Fritschius; quam compendiose Obrechtus; quantum partium studiis scindan-

scindantur Oldenburgerus ac Bukishius, ille in Pontificios, hic in Protestantes injurius. Occupavit ergo materiam Illustris Autor, qui, etsi nec nomen apposuerit, nec impressionis locum addiderit, non potuit tamen ita latere, quin plerisque creditus fuerit doctissimus & in publicis Imperii comitiis plurium annorum experientia exercitissimus Henricus Henniges, qui, cum nuper in ipsa novi Imperatoris electione Potentissimi Borussiae Regis nomine Legationem secundo loco obiret, subita paralyfi rebus humanis ereptus est. Edidit is intra aliquot annorum spatium novem hæc Specimina, neququam ad formam priorum Commentariorum scripta, quibus in univrsam Pacis Westphalicæ instrumentum pulcre atque accurate commentatus est. Acta enim publica inspezit, libros optimos, quos indicat Præfatio, diligenter descriptioni adhibuit, nunquam partium studio, ex animo semper judicavit, denique res scitu dignissimas stylo, quem admittēbat argumentum, commendavit. Hæc instituti ratio est: quid in ipsa tractatione præstitum, exemplis docteri hoc loco commode non poterit, ne, quæ conjunctim sancta ac suo ordine lecta probabuntur omnibus, divulsa lecturis minus placeant. Juvabit potius adnotasse, additas esse Speciminibus Mantissas, in quibus uberius eorum, quæ in Commentario, ne nimis excreceret aut distraheret Lectorem, attingi tantum poterant, datur explicatio. Pars major Capitulationes ac Instrumenta exhibet; reliquæ Mantissæ de statibus Imperii, de superioritate territoriali, de Judiciis aulici navis & defectibus, ac id genus aliis copiose ac docte agunt. Deest integro operi unicus Executionis Noribergensis Recessus, ab Illustri Autore Corollarium quondam loco destinatus. Sed & hic forte posthac e schedis ejus, cum aliis, quæ prelo parata habuit, proditurus est. Ceterum monemus, prodisse & nuperrime Anonymi Meditationes in Capitulationem Josephi, quæ eundem Autorem agnoscerē visa sunt. Verum de his æque ac de Cl. Nitzschii Commentario in eandem Capitulationem, nuper vulgato, alia occasione dicemus.

* * *

ACTORUM ERUDITORUM,

Qua Lipsia publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. IV.

JO. ERNESTI GRABII S. T. P. DISSERTATIO
de variis vitis LXX Interpretum Versioni ante
B. Origenis adum illatis.

Oxonii, e Theatro Sheldoniano, sumpt. Henr. Clementis, 1710, 4.
Plag. 16.

IN LXXI Interpretum, perinde ac Novi Test. Codicibus quibusdam jam olim per supinam Librariorum negligentiam partim, partim per imperitam ac valde temerariam quandoque diligentiam, singula verba vel commata integra non solum mutata sæpius sed & addita passim alia, alia detruncata fuisse, disertis verbis testatur Origenes in *Commentariis in Mattheum* T. I Operum Græco-Lat. p. 381. Ac isti quidem, quos Origenis ætas tulit, LXX Interpretum Codices longo inde ævo sive temporum sive hominum injuria perierunt, adeo ut nullus jam eorum sit superstes. Quamvis enim Græci de antiquissimo *Geneseos* libro in Bibliotheca Cottoniana asservato, quem Philippis in Angliam secum tulerunt duo Græcorum Episcopi tempore Henrici VIII, eique dono obtulerunt, ex antiqua traditione perhibuerint, quod olim dominum agnoverit B. Origenem, quam assertionem Richardus *Jamesius*, dictæ Bibliothecæ olim Custos, in fronte illius Codicis sua manu notavit; a se tamen impetrare non potest eruditissimus Grabius, ut illi traditioni protinus subscribat, licet

Cap. I.

pag. 1.

- cet laudatum Codicem cunctorum totius Angliæ , ac omnis forte Europæ, vetustissimum esse credat. Neque necesse esse existimat , ex illo vitia versionis τῶν ὀ illata ostendere, cum ex ipsis *Origenis* , & Patrum eo antiquiorum , imo antiquissimi *Philonis* Judæi scriptis plura oscitantæ, imperitiæ & temeritatis prisctorum Scribarum in mutandis, mutilandis, interpolandis ac translocandis Scripturæ textibus exempla, in plures mox codices, indeque ad seram posteritatem ac nostram usque ætatem transmissa , colligi queant. Illa igitur, quorum in editis Adamantii libris eorumque fragmentis expressa facta est mentio , præ reliquis in primo hujus Dissertationis *Capite* recenset , deinde & alia quædam ex monumentis ipso vetustioribus subjungit : non modo ut ista , quæ in nostris Codicibus etiamnum reperiuntur , errata devitare possimus , sed & clare perspiciamus , quam salutaris Ecclesiæ, ac prope necessaria fuerit medica manus , quam *Origenes* his malis adhibuit. Sic, ut unicum duntaxat afferamus exemplum , magnam descriptorum temeritatem in illo sacri textus augmento , non ad illustrandum sed corrupendum eum composito , conspici censet , quod *Genesios* Cap. XI, 12 & 13 existat & *Cainanem* alterum nobis sistit. Hæc autem lacinia , in *Hebræo* & *Samaritano* Codice non habetur , nec agnoscitur a *Beroso* Chaldaicæ Historiæ Scriptore apud *Josephum* , neque a primævis Christianis Patribus , *Theophilo* nempe Lib. III ad *Autolyicum* & *Julio Africano* in *Chronographia* apud *Georgium Syncellum* , nec ab ipso etiam *Origene*. Attamen iam ante *Origenis* ævum istud augmentum versioni τῶν ὀ insertum fuisse, vel ex eo patere putat *Cl. Græbius*, quod is obelo istud notaverit , teste non modo MS. Codice Arabico *Laud. 146* in *Bibliotheca Bodleiana* , sed & *Procopio* , qui ad hunc locum ait : Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ἔχει ὡς Ἀρφαξὰδ τὸν Σαλαὶ γενῆ , καὶ τὸ μέσον ῥητὸν ἀβέλισαι. Imo iam ante ipsius *Servatoris* tempora hanc de *Cainane* interpretationem a manu *Hellenistæ* cujusciam profectam esse , exinde colligit, quod eam ante *Servatorem* natum agnovit *Demetrius* , quem *Alexander Polyhistor*, ut hunc *Eusebius* Libr. IX *Præp. Evangel.* cap.
- P. 3.
- 25.
- 26.
- 40.

cap. 21, allegavit. Cum vero Demetrius sub Ptolemæo IV sive Philopatore vixerit, ut ex *Clementis Alex.* Libr. I Strom. p. 337, D. apparet, colligit Noster, dimidio circiter post factam istam versionem seculo textum hunc *Cainane* isto jam interpolatum fuisse. Iphis enim interpretibus hoc additamentum propterea non adscribit, quia *Berosus*, τῶν ὁ ἄρκυαλις, Abrahamum δειάτη γυνεῶν post diluvium, e patria exiisse memorans apud Josephum Libr. I Ant. Cap. 8, Cainanem eo ipso excludit, id quod & *Eupolemus* fecit, teste *Alexandro Polyhistoro*, cujus verba allegavit *Eusebius* Libr. IX Præp. Evangel. c. 17 p. 418, D. ac post illum *Origenes* Commentario in Johannem p. 287, D. Ne vero quis miretur, quod ad probandam hujus interpolationis antiquitatem non adduxerit ipsius S. Lucæ Evangelistæ auctoritatem, utpote qui in *Servatoris nostri Genealogia*, Cap. III v. 36 τῆς Καϊνᾶς mentionem fecit, libere profitetur Cl. Autor, sibi in S. Lucæ textu aquam hære, neque rationes deesse, quæ insertum in eo τῆς Καϊνᾶς nomen valde suspectum sibi reddant, quas orbī erudito alibi oblaturus erat considerandas, nisi mors ipsam nuper prævenisset.

Enarratis ita per integrum *Caput primum* interpolationibus, defectibus, transpositionibus ac corruptionibus, versioni LXXvirali ante Origenis ac ipsius Servatoris tempora illatis, commemoratisque vitiorum istorum causis, *Cap. secundo* agit de emendata LXX Interpretum editione, in qua summus Ecclesiæ Doctor *Origenes* vulneribus sanandis remedia adhibuit. Unde enatum est celebre illud *Tetraplorum*, & celebrius adhuc *Hexaplorum* opus, quorum αὐτόγραφα ipsius *Origenis* manu descripta, vel saltem correctæ, *Eusebii* & *Hieronymi* ætate in Cæsariensi Bibliotheca adhuc asservabantur. *Tetrapla* quatuor Græcas Vet. Test. versiones, primo *Aquile*, deinde *Symmachii*, hinc *LXX Interpretum*, denique *Ibeodorionis*, distinctis columnis, atque e regione sibi invicem oppositas exhibebant: *Hexapla* autem quinta insuper & sexta columna, quæ literis ῑ & ϛ' notatæ erant, in quibusdam libris adjunctas habebant duas alias versiones Græ-

Cap. II.
pag. 49.

65.

51.

- cet laudatum Codicem cunctorum totius Angliæ, ac omnis forte Europæ, vetustissimum esse credat. Neque necesse esse existimat, ex illo vitia versionis τῶν ὀ illata ostendere, cum ex ipsis *Origenis*, & Patrum eo antiquiorum, imo antiquissimi *Philonis* Judæi scriptis plura oscitantæ, imperitiæ & temeritatis prætorum Scribarum in mutandis, mutilandis, interpolandis ac translocandis Scripturæ textibus exempla, in plures mox codices, indeque ad seram posteritatem ac nostram usque ætatem transmissa, colligi queant. Illa igitur, quorum in editis Adamantii libris eorumque fragmentis expressa facta est mentio, præ reliquis in primo hujus Dissertationis *Capite* recenset, deinde & alia quædam ex monumentis ipso vetustioribus subjungit: non modo ut ista, quæ in nostris Codicibus etiamnum reperiuntur, errata devitare possimus, sed & clare perspiciamus, quam salutaris Ecclesiæ, ac prope necessaria fuerit medica manus, quam *Origenes* his malis adhibuit. Sic, ut unicum duntaxat afferamus exemplum, magnam descriptorum temeritatem in illo sacri textus augmento, non ad illustrandum sed corrupendum eum composito, conspici censet, quod *Geneseos* Cap. XI, 12 & 13 exstat & *Cainanem* alterum nobis sistit. Hæc autem lacinia, in *Hebreo* & *Samaritano* Codice non habetur, nec agnoscitur a *Beroso* Chaldaicæ Historiæ Scriptore apud *Josephum*, neque a primævis Christianis Patribus, *Theophilo* nempe Lib. III ad *Autolyicum* & *Julio Africano* in *Chronographia* apud *Georgium Syncellum*, nec ab ipso etiam *Origene*. Attamen iam ante *Origenis* ævum istud augmentum versioni τῶν ὀ insertum fuisse, vel ex eo patere putat *Cl. Græbius*, quod is obelo istud notaverit, teste non modo MS. Codice Arabico *Laud. 146* in *Bibliotheca Bodleiana*, sed & *Procopio*, qui ad hunc locum ait: Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ ἔχει ὡς Ἀρφαξὰδ τὸν Σαλαῖ γενεῶ, καὶ τὸ μέσον ῥητὸν ἀβέλισαι. Imo iam ante ipsius *Servatoris* tempora hanc de *Cainane* interpretationem a manu *Hellenistæ* cujuspiam profectam esse, exinde colligit, quod eam ante *Servatorem* natum agnovit *Demetrius*, quem *Alexander Polyhistor*, ut hunc *Eusebius* *Libr. IX Præp. Evangel. cap.*
- P. 3.
- 25.
- 26.
- 40.

cap. 21, allegavit. Cum vero Demetrius sub Ptolemæo IV sive Philopatore vixerit, ut ex *Clementis Alex.* Libr. I Strom. p. 337, D. apparet, colligit Noster, dimidio circiter post factam istam versionem seculo textum hunc *Cainane* isto jam interpolatum fuisse. Ipsi enim interpretibus hoc additamentum propterea non adscribit, quia *Berosus*, τῶν ὁ ἀξυαλις, Abrahamum δεικνύη γενεᾷ post diluvium, e patria exiisse memorans apud Josephum Libr. I Ant. Cap. 8, Cainanem eo ipso excludit, id quod & *Eupolemus* fecit, teste *Alexandro Polyhistoro*, cujus verba allegavit *Eusebius* Libr. IX Præp. Evangel. c. 17 p. 418, D. ac post illum *Origenes* Commentario in Johannem p. 287, D. Ne vero quis miretur, quod ad probandam hujus interpolationis antiquitatem non adduxerit ipsius S. Lucæ Evangelistæ auctoritatem, utpote qui in *Servatoris nostri Genealogia*, Cap. III v. 36 τῷ Καϊνῷ mentionem fecit, libere profitetur Cl. Autor, sibi in S. Lucæ textu aquam hære, neque rationes deesse, quæ insertum in eo τῷ Καϊνῷ nomen valde suspectum sibi reddant, quas orbi erudito alibi oblaturus erat considerandas, nisi mors ipsa nuper prævenisset.

Enarratis ita per integrum *Caput primum* interpolationibus, defectibus, transpositionibus ac corruptionibus, versioni LXXviri ante Origenis ac ipsius Servatoris tempora illatis, commemoratisque vitiorum istorum causis, *Cap. secundo* agit de emendata LXX Interpretum editione, in qua summus Ecclesiæ Doctor *Origenes* vulneribus sanandis remedia adhibuit. Unde enatum est celebre illud *Tetraplorum*, & celebrius adhuc *Hexaplorum* opus, quorum ἀντίγραφα ipsius *Origenis* manu descripta, vel saltim correctæ, *Eusebii* & *Hieronymi* ætate in Cæsariensi Bibliotheca adhuc asservabantur. *Tetrapla* quatuor Græcas Vet. Test. versiones, primo *Aquila*, deinde *Symmachus*, hinc *LXX Interpretum*, denique *Theodorionis*, distinctis columnis, atque e regione sibi invicem oppositas exhibebant: *Hexapla* autem quinta insuper & sexta columna, quæ literis ῀ & ῁ notatæ erant, in quibusdam libris adjunctas habebant duas alias versiones Græ-

Cap. II.
pag. 49.

65.

51.

cas, inde dictas *Quintam & Sextam*, Jerichunte alteram, alteram Nicopoli in æneis doliis absconditis ab *Origine* inventam; præfixa omnibus hisce duplici columna, quarum prior Hebræum textum Hebraicis literis, posterior eundem propter Judaicorum elementorum prorsus ignaros, Græcis expressum continebat. Atque hinc *Ottaplorum* etiam vel *Ὀκτασιλίδς* nomen exortum, & *Hexaplis* ob additas duas Hebræas columnas a nonnullis inditum fuit, uti *Πεντασιλίδς* appellatio nata est e quibusdam *Tetraplorum* exemplaribus, quibus una columna, textum Hebræum Græcis literis exhibens, præfixa erat. Ceterum eo consilio *Tetrapla* atque *Hexapla*, de quibus post doctissimos Ecclesiæ Antistites *Usserium & Huertium*, prolixius egit *Cl. Hodius*, composuit *Origenes*, ut Lectores, interpretatione τῶν ὀ cum reliquis versionibus Græcis cumque authentico textu Hebræo collata, illius ab hisce descrepantias & sive interpolationes sive defectus perspicere, hosque inde supplere possent. Qua vero methodo in emendando textu Adamantius usus sit, ipse non solum in *Epistola* ad Julium Africanum p. 226 & citato in *Matthæum Commentario* p. 381 indicat, sed *Græbius* noster distinctius declarat, descriptisque emendationum signis, *obelus*, *hypolemmis*, *lemnisco*, *asterisco*, eorum ostendit usum, & exemplis cuncta illustrat. Scilicet *Origenes*, ubi discrepantes in vulgaribus LXX Interpretum Codicibus invenit lectiones, meliores ex melioribus elegit, ac istam, quæ reliquis Interpretibus ipsique Hebraicæ veritati congrua erat, præ aliis retinuit. Ubi autem in omnibus vel plurimis Græcis τῶν ὀ exemplaribus aliqua addita deprehendit, quæ ab Hebræo textu aberant, ea *obelus* notavit, non vero ausus est prorsus expungere, ne scilicet cum LXX Interpretum vel sequiorum Librariorum additamentis expungeret forte aliqua genuina verba vel commata, quæ in illorum quidem exemplari extiterant, licet in iis, quibus *Adamantius* utebatur, non occurrerent; neve simplicioribus fratribus Christianis offendiculum præberet, & sacra Biblia decurtasse diceretur. Atque *obelus* vocabatur veru talis figuræ — vel paulo inflexum

pag. 52.

33.

55.

flexum hoc modo ~ ; in *Masi* autem Codice Syriaco & duobus Arabicis Bodlejanis punctum semper fere est subscriptum, ita ut Hypolemmisci ~ ab *Epiphania* aliisque dicti figuram habeat ; imo in membranis Colbertinis & Vossianis persæpe, nec non in Codice Rupefucaldino duo subjecta sunt puncta ~ . Ceterum quod tria hæc signa ~ ~ ~ equipolleant, e collatione modo laudatorum Codicum Græbius intellexit, in quibus promiscue usurpantur, adeo ut sæpe idem verbum eodem loco in uno illorum ~ in altero ~ in tertio ~ præfixum habeat. Accedit, quod tam ipse *Origenes* locis citatis, quam *Hieronymus* in Epist. ad Suniam & Fretelam aliisque in locis unius duntaxat *obeli*, nullam vero *hypolemmisci* fecerit mentionem. *Hypolemmiscos* igitur aut prorsus non adhibitos esse ab *Origene*, vel ab *obelis* haud diversos fuisse, Græbius existimat. Aut si vel ipse *Adamantius* vel *Librarii* diversum quid duobus istis signis denotarunt, se differentiam istam prorsus ignorare ingenue fatetur potius, quam ut cum *Epiphania* aliisque recentioribus Viris doctis vel prorsus falsâ vel incerta saltim in medium proferat. Figura *Lemmisci* talis erat ~ vel ~ quem idcirco *ὄβελος περιεπιγυμνών* *Laertius* in vita *Platonis* vocat. Eum *obeli* loco sæpe in Tomis Codicis Alexandrini a se editis exprimi curavit Cl. Autor, Codices quosdam, quibus utebatur, in eo secutus. Nunc autem accuratius re perspecta triplicem hujus signi usum invenit. Primo ubi ad interpretationem τῶν ὀ, aliqua ex parte mancam, addendum aliquid erat, quod cum illorum textu absque mutatione aliqua non bene construi posset, ibi tam verbum mutandum, quam quod ejus loco substituebatur, *lemmisci* notatum cernere est. Similiter quando τῶν LXX interpretatio haud accurata, ideoque alia melior versio apponenda videbatur, tunc illi *lemmisci*, huic autem *asterisci* signa in Codice Regio hinc inde apposita reperiuntur. Frequentissime deinceps *lemmiscus* adhibitus occurrit, tanquam nota variæ in diversis LXX Interpretum exemplaribus lectionis, etsi dubium sit, an *lemmiscus* ab ipso *Origene* in annotandis variis LXX Interpretum lectionibus fu-

pag. 60.

61.

62.

66.

erit adhibitus, cum ipse nullam istius signi fecerit mentionem; an vero ab *Eusebio* vel *Pamphilo* appositus sit ejusmodi variis τῶν ὁ lectionibus, quas ipsi e collatione Tetraplorum atque Hexaplorum forte collegerunt. Res enim absque inspectione ipsorum autographorum, quæ jam perisse videntur, vix definiri potest. Tandem ea, quæ *Origenes* ad suppleendam τῶν ὁ Versionem ex aliis Interpretibus juxta Hebraicam veritatem addidit, *asteriscis* hujus figuræ ✱ quemadmodum ab *Epiphano* & in MSS. Codicibus depinguntur, notavit, eo consilio, ut si quando cum Judæis disputarent Christiani, proferrent ipsis ex Græca versione ea, quæ exstant in exemplaribus eorum Hebraicis. Ut autem pateret, quousque supplementa ista, juxta Hebræum inserta, pertingerent, hæc perinde ut αὐθιγαύνα signo finali ¶ vel: terminavit, et, si pluribus illa constarent lineis vel versibus, *asteriscos* usque ad postremum εἶχον in margine continuavit, vel Librarii saltim diligentes id sæpius fecere. Cum autem *Chalcenterus* in genere ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων e reliquis Editionibus sive versionibus juxta Hebræum se addidisse dicat, quæ LXX vel Scribæ potius omiserant, *Hieronymus* observavit, *Origenem* de *Theodotionis* translatione, quæ sermonis simplicitate a LXX Interpretibus non discordabat, plurima accepisse, & signum posuisse asteriscum, id est, stellulam, quæ, quod prius absconditum videbatur, illuminet, & in medium proferat. Hæc etiam causa fuit illius ordinis in *Tetraplis* atque *Hexaplis* observati, quo LXX Interpretum & *Theodotionis* versiones sibi invicem junctæ fuere, *Aquila* & *Symmacho*, e quibus pauciora supplementa *Origenes* sumit, proxime Hebræum textum ibi sequentibus. Quoniam uterque, & *Aquila* & *Symmachus*, relicta τῶν ὁ versione, Hebræum tantum textum exprimere sategerunt, ille quoad verba, hic quoad sensum, sicut *Hieronymus* in *Proœmio* *Chronici* *Eusebiani* notavit. Atqui ex istis Tetraplorum atque Hexaplorum *Origenianorum* Autographis paulo post *Apographa* quædam ab aliis exarata fuisse, vix dubitari posse *Græbius* existimat. Certe seculo quarto ineunte *Pamphilus* *Martyr*

tyr atque Eusebius junctis studiis Origenianam LXX Interpretum Editionem, ex ipsius Adamantii Autographo emendatam, Palæstinis Christianis tradiderunt. Hac sub Asteriscis & Obelis editione Græci non solum, sed & Latini quidam Patres usi sunt, ut ex *Hilario & Ambrosio* Autor noster collegit. Ut vero clarissime pateret, quam utilis Ecclesiæ Origenis opera fuerit, mancorum *Jeremie* locorum supplementa e MSS. Codice Regio, Asteriscis hinc inde insignito, descripta, & ex altero MS. exemplari Collegii Novi Oxoniensis, quod tamen signis istis ubique caret, nec non • *Theodoro & Chrysostomo*, qui Hexaplati Editione usi sunt, vel etiam per conjecturam, debite emendata, speciminis loco adjunxit. Quemadmodum vero nihil ex omni parte beatum est, ita & elaborata ab Adamantio LXX Interpretum Editio non solum aliquos retinuit naves, sed & præter necessaria defectuum supplementa quasdam insuper interpolationes ex aliis Versionibus male contraxit. Ac licet sphalmata haud pauca sequioribus Librariis, in describenda Hexaplati Editione *καὶ*, quæ in ipsorum manibus ac memoria erat, potius sequendam temere existimantibus, aut per negligentiam errantibus, adscribenda sint: aliqua tamen interpretationi *καὶ* pridem illata vitia, ab ipso *Adamantio* intacta relicta fuisse, evinci posse credit ex Græcis exemplaribus fere authenticis ac vetustissimis versionibus, Latina, Syriaca, & Arabica, ex illis translatis.

Tandem *Cap. III* de reliquiis Hexaplaris LXX Interpretum Editionis acturus, Græcos non modo, sed & Latinos, Syros atque Arabes reprehendit, quod nullum Editionis Hexaplaris exemplar integrum in Bibliothecis suis nobis confervarint. Divina tamen providentia factum esse prædicat, ut aliquæ laudatæ Editionis partes, velut e naufragio tabulæ, in diversis eruditi Orbis oris sint relicta. Quibus in unum colligendis, indeque excudendæ accuratæ, & perfectæ, quoad ejus fieri potest, *καὶ* interpretationi, haud exiguum laborem nec parvos sumptus hucusque impendit. Et de *Basenubi* quidem Codicibus MSS. juxta exemplar Origenia-

p. 67

68

92

96

p. 97

pag. 98.

nianum in Prolegomenis ad *Ottatenuchum* prolixè agit. Ubi inter alios Græca quædam folia cum asteriscis & obelis, quæ olim ad *Claudium Saravium*, in Parlamento Parisiensi Consiliarium Regium, spectarunt, jam vero inter libros *Isaaci Voffii* in Bibliotheca Lugduno-Batava asservantur, recenset, horumque postremam partem a Cap. XVI libri *Judicum* versus 29 primordium capere dicit, sicut ex illorum Apographo, sive variis sectionibus, a *Th. Richardsono* & *Roberto Canono* excerptis, collegit. Ast aliud ejusmodi Apographum, quod *Patricius Junius* quondam a *Rev. Ufferio*, hic vero ab ipso *Claudio Saravio* accepit, quodque post editum *Ottatenuchum* Celeberrimus Vir *Richardus Bentley* inter schedas suas reperit, & cum *Grabio* nostro perbenevole communicavit, a versu 3 Capitis XV *Judicum* incipit. Unde juxta computum in *Ottatenuchi Prolegomenis* ex comparatione paginarum istius Manuscripti ac sui typis impressi exemplaris factum colligit, alia quatuor folia *Claudii Saravii* possedisse, quæ ad manus *Isaaci Voffii* haud pervenerunt, quæque ubi jam lateant, *Grabius* ignorabat. Ut vero quatuor istorum foliorum *Saravianorum* usum percipiant Viri eruditi, præsertim Lectores suæ *1709* Editionis, nec non Epistolæ ad *Cl. Millium*, qua probavit, Libri *Judicum* genuinam LXX Interpretum versionem membranæ *Alexandrinæ* contineri, *Romanum* autem exemplar *Hesychianum* ac ab illa prorsus diversum esse, idcirco verba *primum* Capitis XV & XVI *Judicum* lemniscis ibi circumscripta, quia in Hebræo non existant, hic recenset, quo signum istud una cum notâ finali in *Grabii* Editione calamo appingi queat: deinde demonstrationem prærogativæ Codicis *Alexandrini* præ *Vaticano*, quoad dicta capita, plenior in supplementum istius Epistolæ, exhibet. Reliquos Veteris Testamenti libros Historicos, secundum editionem *Origenianam* cum Asteriscis & Obelis, in solo Syriaco *Maffii* Codice conservatos extare, alibi jam monuit, ubi etiam de *Hexaplaris* Davidis *Psalterio*, & *Jobi* libro ab *Hieronymo* in Latinum sermonem versus disputavit. Prophetarum vero *quatuor* Codices *Hexaplares* cum *Asteriscis* & *Obelis* in diversis *Bibli-*

103.

104.

108.

bliothecis extare hoc loco observat. Quale exemplar illud est, quod olim ad Nobilem in Gallia Virum, *Renatum Marchalum* spectavit, postea vero in Cardinalis *Rufescaldii* Bibliothecam translatum, nunc demum inter libros *Collegii Claromontani* Parisiis asservatur. Duo alii Prophetici Codices Romæ asservantur, duorum scilicet eminentiss. Cardinalium, *Barberini & Chigii*, quo postremo ante tria vel quatuor lustra defuncto, alter jam in Bibliotheca Illustr. Principis *Chigii* exstat. Quartus denique Codex in Serenissimæ Reginæ M. Britannia Bibliotheca custoditur, seculo XI vel XII scriptus, omnes Prophetas complectens, ac ipsi *Rufescaldino*, uti eruditissimo *Græbio* videtur, præferendus. Hos Prophetarum Codices, satis prolixè sub finem hujus Dissertationis descriptos, in *Prolegomenis Tomi Tertii* Editionis suæ *Ἰωv ο*, additis aliis, prolixius recensere voluit, cum autem e vivis nunc sit sublatus, hoc ejus ultimo in labore contentos nos esse oportet, rogantes Gallia & Romæ eruditos, ut vel ipsi, quicquid possunt, ad illustrandos, quos possident, Codices conferant, vel usum eorum aliis in hoc studio exercitatis permittant.

p. 115

118.

AN ESSAY UPON THE EPISTLES OF
Ignatius.

h. c.

TENTAMEN DE EPISTOLIS IGNATII;
Autore GUILIELMO WHISTONO, M. A. Mathematicum in Academia Cantabrigiensi Professore.

Londini, impensis Benj. Tooke, 1710, 8.

Plag. 3.

PRimum producimus nunc Schediasma, quo animum, magis magisque a receptæ hæctenus in Ecclesia Christiana de Mysterio S. Trinitatis doctrinæ tenore fideque discedentem, ac in omnia alia abeuntem, publice est professus Vir Clar. Guil. Whistonus. Visum tamen ipsi fuit non statim ab initio de summa rerum disceptare, remque omnem uno ictu conficere,

X

sed

nianum in Prolegomenis ad *Ostateuchum* prolixè agit. Ubi inter alios Græca quedam folia cum asteriscis & obelis, quæ olim ad *Claudium Saravium*, in Parlamento Parisiensi Confiliarium Regium, spectarunt, jam vero inter libros *Isaaci Voffii* in Bibliotheca Lugduno-Batava asservantur, recenset, horumque postremam partem a Cap. XVI libri *Judicum* versus 29 primordium capere dicit, sicut ex illorum Apographo, sive variis lectionibus, a *Th. Richardsono* & *Roberto Canono* excerptis, collegit. Ast aliud ejusmodi Apographum, quod *Patricius Junius* quondam a Rev. *Usserio*, hic vero ab ipso *Claudio Saravio* accepit, quodque post editum *Ostateuchum* Celeberrimus Vir *Richardus Bentley* inter schedas suas reperit, & cum *Grabio* nostro perbenevole communicavit, a versu 3 Capitis XV *Judicum* incipit. Unde juxta computum in *Ostateuchi Prolegomenis* ex comparatione paginarum istius Manuscripti ac sui typis impressi exemplaris factum colligit, alia quatuor folia *Claudium Saravium* possedisse, quæ ad manus *Isaaci Voffii* haud pervenerunt, quæque ubi jam lateant, *Grabius* ignorabat. Ut vero quatuor istorum foliorum *Saravianorum* usum percipiant Viri eruditi, præsertim Lectores suæ τὸν 6 Editionis, nec non Epistolæ ad Cl. *Millium*, qua probavit, Libri *Judicum* genuinam LXX Interpretum versionem membranæ *Alexandrinæ* contineri, *Romanum* autem exemplar *Hesychianum* ac ab illa prorsus diversum esse, idcirco verba primum Capitis XV & XVI *Judicum* lemniscis ibi circumscripta, quia in Hebræo non existant, sic recenset, quo signum istud una cum notâ finali in *Grabii* Editione calamo appingi queat: deinde demonstrationem prærogativæ Codicis *Alexandrini* præ *Vaticano*, quoad dicta capita, plenior in supplementum istius Epistolæ, exhibet. Reliquos Veteris Testamenti libros Historicos, secundum editionem *Origenianam* cum Asteriscis & Obelis, in solo Syriaco *Maffi* Codice conservatos extare, alibi jam monuit, ubi etiam de *Hexapla* Davidis *Psalterio*, & *Jobi* libro ab *Hieronymo* in Latium sermonem versus disputavit. Prophetarum vero quatuor Codices *Hexaplares* cum *Asteriscis* & *Obelis* in diversis Bibli-

pag. 98.

103.

104.

108.

bliothecis exstare hoc loco observat. Quale exemplar illud est, quod olim ad Nobilem in Gallia Virum, *Renatum Marchalum* spectavit, postea vero in Cardinalis *Rufescaldii* Bibliothecam translatum, nunc demum inter libros *Collegii Claromontani* Parisiis asservatur. Duo alii Prophetici Codices Romæ asservantur, duorum scilicet eminentiss. Cardinalium, *Barberini & Chigii*, quo postremo ante tria vel quatuor lustra defuncto, alter jam in Bibliotheca Illustr. Principis *Chigii* exstat. Quartus denique Codex in Serenissima Reginae M. Britanniae Bibliotheca custoditur, seculo XI vel XII scriptus, omnes Prophetas complectens, ac ipsi *Rufescaldino*, uti eruditissimo *Grabio* videtur, præferendus. Hos Prophetarum Codices, satis prolixè sub finem hujus Dissertationis descriptos, in *Prolegomenis Tomi Tertii* Editionis suæ *Ἰωv ο'*, additis aliis, prolixius recensere voluit, cum autem e vivis nunc sit sublatus, hoc ejus ultimo in labore contentos nos esse oportet, rogantes Galliae & Romæ eruditos, ut vel ipsi, quicquid possunt, ad illustrandos, quos possident, Codices conferant, vel usum eorum aliis in hoc studio exercitatis permittant.

p. 115

118.

AN ESSAY UPON THE EPISTLES OF Ignatius.

h. e.

TENTAMEN DE EPISTOLIS IGNATII;
Autore GUILIELMO WHISTONO, M. A. Mathematicum in Academia Cantabrigiensi Prof. sso.

Londini, impensis Benj. Tooke, 1710, 8.

Plag. 3.

PRIMUM producimus nunc Schediasma, quo animus, magis magisque a recepta hæctenus in Ecclesia Christiana de Mysterio S. Trinitatis doctrina tenore fideque discedentem, ac in omnia alia abeuntem, publice est professus Vir Clar. Guil. Whistonus. Visum tamen ipsi fuit non statim ab initio de summa rerum disceptare, remque omnem uno ictu conficere,

X

sed

... levior, pade... vires p... superi-
 ... nois... Christiano credi-
 toque expectanda sint fata, explorare. Eo igitur animo edi-
 tus est ab illo hic Tractatus, in ipsa fronte paradoxam, ut
 ipsius verbis utamur, cum maxime, sed neque minoris momen-
 ti, Propositionem, quam probandam sibi sumsit, gerens. Ea
 vero sequentis est tenoris: *Epistole Ignatii prolixiores, quas
 ab aliquo tempore vulgo interpolatas diximus, sunt, eaque,
 sola, verus, genuinus atque authenticus Patris hujus fetus:
 breviores, quas hactenus pro genuinis habuimus, non sunt,
 nisi Epitome nonnullarum ex prolixioribus, composita circiter
 sub medium Seculi IV vel post illud.* Ea vero Propositio sub
 prolixiorum Epistolarum nomine comprehendit etiam, ut
 ipse statim monet, tres hactenus pro spuris habitas ad Tar-
 senses, ad Antiochenum, & ad Heronem Diaconum, easdem-
 que genuinas itidem esse contendit, non obstante Eusebii de
 iis silentio, suadente vero id, ut illi videtur, styli indolisque
 cum reliquis septem similitudine, doctrinae ac notationis
 temporum convenientia, denique eorum, quibus inscriptae
 sunt, cum ipso Martyre arctissima necessitudine. *Primum*
 ipsi ad integræ Propositionis probationem argumentum peti-
 tur ab internis *τῆς νοθείας* in brevioribus Epistolis occurren-
 tibus documentis. Sunt illa primum quidem Servatoris
 nostri nomine *τῆ ἀγενήτης* compellati *inauditia*, ut Viro do-
 cto videtur, isto tempore, atque adeo per tria secula *insolen-
 tia*, quod dum asseruit, non recordatus est Vir Cl. loci Ter-
 tullianus de Carne Christi Cap. V. quo ille *ante profectum*,
 utriusque substantiæ sensu Christum hominem & Deum *fuisse*
 exhibitum, hinc natum, *inde non natum*. Quo modo & al-
 terum illud Viro docto excidit, quando inter *νοθείας* do-
 cumenta secundo loco refert titulum *αἰδῖς* Christo ab
 in breviori ad Magnes. Epist. Sect. VIII tributum, *de*
 nemine Christiano ante quartum Seculum tribui ipsi al-
 contendit, immemor Clementis Alexandrini, hoc
αἰδῖς nomen bis in uno loco Protrept. p. m. 74 & 75 de Chri-
 sto prædicantis. Tertium ipsi argumentum est notissimus il-

► pag. 4.

6.
Eph. Sect.
VII

7.

7, 8.

lc

In aries, quo tempore non Ignatianae scriptae impetivisse, quibus
 hic Epistola ad Magnes ductus, quibus dicitur, *ἡμεῖς οὐκ ἐπι-
 στήματα ἀπολαύομεν, manifesto, ut volunt, indicio, supposita
 hae esse post Valentini aetatem, cujus hic delirium tam apertè
 arguatur. Mirum tamen est, Virum Cl. dum hoc argumen-
 tum renovat, ex iis, quae prolixissime contra id excepit Pear-
 sonus in Vindiciis Ignatianis, non nisi Chronologicas Ob-
 servationes impetivisse, reliquis, quae firmiori talo niti viden-
 tur, penitus praetermissis. Ultimum ipsi est ex loco Episto-
 lae ad Smyrn. Sect. VII, quo memorantur Heretici, Eucharistiae
 usu abstinentes, *διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα
 εἶναι τῆ σαῶντος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν ὑπὲρ ἀμαρτηῶν ἡμῶν
 παθῆσαι.* Isti vero heretici, inquit Vir Cl. toto Ecclesiasticae
 Historiae corpore inauditi, satis arguunt ineptam seramque in-
 terpolatoris cujuscunque manum, certe aetatem ab Ignatii secu-
 lo longe remotam produnt, quam tamen, si hoc liceat adde-
 re, doctissimum Patrem Theodoretum, dum hunc locum
 citat, non animadvertisse certum est. *Succedunt* ejus ar-
 gumenta interna *ἀυθεντίας* in prolixioribus, inter quae pri-
 mo numerat styli plani, pii, hellenistici simplicitatem Apo-
 stolico aetate propriae, Clementis & Polycarpi stylo si-
 millimam, & ab omni miscela Philosophiae paulo post a Ju-
 stino invecatae immunem, ubi tamen videtur oblitus fuisse,
Φιλοσοφικώτατος in prolixiore ad Magnes. Sect. VIII dicti,
 quo Servator dicitur *ὁ λόγος Θεὸς ἐκ ῥήματος ἀλλ' ἐσιώδης,* &
 statim, *ἐνεργείας θεϊκῆς θεία γεννήσει,* ut alia taceamus. Ur-
 get deinde, non alios nisi indubitatos Scripturae libros in Epī-
 stolis his prolixioribus citari: urget, hereticos in illis nomi-
 natos omnes esse Apostolicos, non excepto ipso *Theodoro*, in
 prolixiore ad Trall. Sect. XI nominato, quem eundem cum
 eo, cujus habemus *ἐκλογάς* ad calcem Clementis Alexandri-
 ni, & Valentino priorem fuisse, contendit. Urget alia quo-
 que, doctrinae & regularum praxeos primaevali puritatem,
 factorumque, quae in iis referuntur, veritatem & cum cir-
 cumstantiis Ignatii convenientiam, quae tamen omnia non
 minus bene brevioribus conveniunt. *Tertium* est Caput,*

p. 8, 9.

9, 10.

ACTIO IV. DE AUDITORUM

pag. 14.

Ignatius magis in prolixiores, quam in breviores qua-
 erare. Sane, cum Eusebius Hist. Eccl. L. III. Cap. 36 memoret,
 martyrem in illis, ad quas pertigerat in itinere, urbibus, τὰς
 διὰ λόγων ὀμνάσις τὴν προτροπὰς ἐπιρριανόνια, ἐν πρώτοις
 μάλιστα προφυλάττεσθαι τὰς αἰρέσεις ἀπὸ τῶν πρώτων ἀνα-
 φηκῶν καὶ τῶν ἀλαζύνας παρηγημένας, καὶ ἐπειροῦν ἀπὸ τῆς
 ἔχουσας τῆς τῶν νόμων ὅλων παραδόσεως, καὶ ἀποδείξαι, ὅτι
 μαρτυροῦντων, διατυπῶσαι ἀναγκαῖον ἦν ἰσχυρῶς, hinc Vir Cl.
 extorquet, has Epistolas primo fuisse hominibus h. e. sermones
 sacros, postea scripto traditas, deinde oppositas hereticis
 nomine appellatis, deinde per tractatus auditorum de doctrinis,
 h. e. Confirmationibus Apostolicis, quibus τὰς ἁγίας fuisse
 folorum Vir Cl. credit, potissimum decerptas, haec quoque
 inde mire exscripta unice prolixioribus Epistolis continere
 contendit, argumento neutiquam profecto invidendo. Ad-
 dit & alterum ex Eusebii c. Marcellum L. F. C. 4 p. 19, 20 argu-
 mentum, quo ille pro Asterio, Origene, aliisque contra or-
 thodoxam doctrinam urget epistolas Patrum Origene, Antiochi-
 orum, eandem de Christi divinitate cum Origene proferentes
 fidem, clarò, inquit Vir Cl. indicio, cum reliqua Patrum An-
 te-Nicanorum scripta, tum Ignatii quoque Epistola, quippe
 in hoc scriptorum genere potissimas, hicque a Eusebio
 potissimum memorandas, fecisse pro Arianis contra Athana-
 sium. Cujus argumenti occasione cum multa possent mone-
 ri, partim ad illius vim infringendam, partim ad corruptissi-
 mos Eusebii contra Marcellum libros emendandos, ea tamen,
 cum hujus loci non sint, hic fleo praeterimus. Quartum
 Caput generalibus argumentis illustratur, quibus urgetur, pro-
 lixiores ad aetatem usque paulò nostra superiorum pro genti-
 nis ab omnibus fuisse habitas, eaque omnia MS. Cta, quibus bre-
 viores continentur, addere tamen tres prolixiores ad Tar-
 senses, Antiochenos, & Heronem, imò plura prolixiorum,
 quam alterarum, superesse MS. Cta, quod non credibile sit, fa-
 ctum fuisse eo aeo, quo omnia Arianismo faventia extin-
 guebantur, nisi compertum fuisset, has ipsas Epistolas, quan-
 quam

15, 16.

quam Athanasius gemine patrocinantes, tamen esse geminas
 Urgetur & inspicere esse, quod supponitur Viris doctis, Epi-
 stola in fuisse amplificatas & interpolatas, ut aliquot eorum
 altera vice longiores sint iis, quas geminas esse volumus,
 ejuſque rei vix dari posse simile exemplum; at pronum esse,
 quod a Viro Cl. supponitur, & mille exemplis comproban-
 dum, prolixiores in epitomen fuisse contractas. *Quintum*
 locum obtinent citationes Epistolarum harum a Patribus pri-
 morum trium quatuorve seculorum factæ, quas & ipsas pro-
 lixioribus magis favere contendit. Ex septem vero illis, quæ
 adducuntur, quatuor fatetur utrique exemplari æque esse con-
 sentaneas, Irenæi nempe, Origenis, Pseudo-Dionysii Areopa-
 gitæ, & Chrysostomi. Trium reliquarum prima est Eusebii
 citatio proluxa ex Epistolis ad Romanos & Smyrnæos, in qua
 si quæ sint minores diversitates, eas plerumque cum suo ex-
 emplari magis convenire vult, nisi quod diffiteri non possit,
 Eusebium omisſisse in ista Epistolæ ad Smyrnæos lacinia loca
 Scripturæ, quæ in brevioribus desiderentur, cum in prolixio-
 ribus addantur, quo tamen vim argumenti sui non imminui
 existimat. Altera est Athanasii citatio, qua in de Synodis
 Tractatu locum Ignatii ex Epist. ad Ephesi. de Filio Dei γεννητῶ
 ἡγῆ ἀγεννητῶν producit, circa quam fase occupatur, eamque
 cum Theodreti & Gelasii, eundem locum citantium, lectioni-
 bus comparando, pluribusque aliis suspicionibus cumulan-
 do, ut hanc, ut Athanasio ipso factam, prolixiorum vero le-
 ctionem unice veram, neque ipsi forte Athanasio impostam,
 quod ex additis verbis: ὁ γὰρ Χριστὸς πατὴρ ἑγεννησεν
 suspicatur, probare contendit. Tertia eaque manum momenti ipsi
 visa citatio est Hieronymi adversus Helvid. C. 9, qua ille Irenæ-
 um, Polycarpum, Irenæum, Justinum Martyrem, multos-
 que alios Apostolicos & sequentes Viros memorat, qui ad-
 versus Nestorianum & Eudodotum hæc eadem sentientes plena sci-
 pientie volumina conscripserunt. Ille vero, inquit Vir Cl.
 manifestum est, Hieronymum hæc Epistolas Ignatii habuisse,
 in quibus nomina Ebronis & Theodoti comparent, quæ non
 sunt aliæ nisi prolixiores, cum in brevioribus ad nominum

p. 20.

22.

27.

pag. 14.

15, 16.

Viri Cl. contendit, Eusebii descriptionem Epistolarum
 ignominiosius magis in prolixiores, quam in breuiores qua-
 erare. Sane, cum Eusebius Hist. Eccl. L. III c. 36 meminerit,
 martyrē in illis, ad quas pertigerat in itinere, urbibus, ταῖς
 διὰ λόγων ὁμιλίαις τε καὶ προσηγοαῖς ἐπιβρώνοντι, ἐν πρώτοις
 μάλιστα προφυλάττειν τὰς αἰεσίους ἀεὶ τότε πρώτοι ἀνα-
 φυθίσαι καὶ ἀποκαλῦσαι παρηγμένα, πρὸς τὸν ἀπὸ
 ἐχέσθαι τῆς τῶν διανοσίων παραδόσεως, καὶ ἀναφυθίσαι, καὶ
 μαζυρόμενον, διατυπῶσαι ἀναγματοῦ ἡγήσθαι, hinc Vir Cl.
 extorquet, has Epistolas primo fuisse homilias h. e. sermones
 sacros, postea scripto traditas, deinde oppositas hereticis
 nomine appellatis, deinde tradituras Epistolares Deum, h. e.
 Confessionis Apostolicis, quas παραδόσεως fuisse Episto-
 lorum Vir Cl. credit, potissimum decerptas, haecque
 inde mire exsculpta unice prolixioribus Epistolis contem-
 ptendit, argumento neutiquam profecto invidendo. Ad-
 dit & alterum ex Eusebii c. Marcellum L. F. C. 4 p. 19, 20 argu-
 mentum, quo ille pro Asterio, Origene, aliisque contra or-
 thodoxam doctrinam urget Epistolas Patrum Origene, Antiocheno-
 rum, eandem de Christi divinitate cum Origene proferentes
 fidem, claro, inquit Vir Cl. indicio, cum reliqua Patrum An-
 te-Nicanorum scripta, tum Ignatii quoque Epistola, quippe
 in hoc scriptorum genere potissimas; hicque a Eusebio
 potissimum memorandas, fecisse pro Ariani contra Athana-
 sum. Cujus argumenti occasione cum multa possent mone-
 ri, partim ad illius vim infringendam; partim ad corruptissi-
 mos Eusebii contra Marcellum libellos emendandos; ea tamen,
 cum hujus loci non sint, hic silentio praeterimus. *QUARTUM*
 Caput generalibus argumentis illustratur, quibus arguitur, pro-
 lixiores ad aetatem usque paulo nostra superiorum pro genui-
 nis ab omnibus fuisse habitas, eaque in MSSta, quibus bre-
 viores continentur, addere tamen tractat prolixiores ad Tar-
 senses, Antiochenos, & Heronem, imo plura prolixiorum,
 quam alterarum, superesse MSSta, quod non credibile sit, fa-
 ctum fuisse eo aeo, quo omnia Arianismo faventia extin-
 guebantur, nisi compertum fuisset, has ipsas Epistolas, quan-
 quam

quam Athanasius quatinus petrosinantes, tamen esse geminas
 dicitur & in istis esse, quod supponitur Viris doctis, Epi-
 stolas in fuisse amplificatas & interpolatas, ut aliquot sermone
 altera vice longiores sint iis, quas geminas esse volumus,
 eisque rei vix dari posse simile exemplum; at pronum esse,
 quod a Viro Cl. supponitur, & mille exemplis comproban-
 dum, prolixiores in epitomen fuisse contractas. *Quintum*
 locum obtinent citationes Epistolarum hactenus Patrius pri-
 morum tamen quatuorve seculorum factas, quas & ipse pro-
 lixioribus magis favere contendit. Ex septem vero illis, quæ
 adducuntur, quatuor fatetur utrique exemplari æque esse con-
 sentaneas, Irenæi nempe, Origenis, Pseudo-Dionysii Areopa-
 gitæ, & Chrysostomi. Trium reliquarum prima est Eusebii
 citatio prolixa ex Epistolis ad Romanos & Smyrnæos, in qua
 si quæ sint minores diversitates, eas plerumque cum suo ex-
 emplari magis convenire vult, nisi quod diffiteri non possit,
 Eusebium omisisse in ista Epistolæ ad Smyrnæos lacinia loca
 Scripturæ, quæ in brevioribus desiderantur, cum in prolixio-
 ribus addantur, quo tamen vim argumenti sui non imminui
 existimat. Altera est Athanasii citatio, qua in de Synodis
 Tractatu locum Ignatii ex Epist. ad Ephes. de Filio Dei *γεννητῷ
 πατρὶ ἀγεννητῷ* producit, circa quam fusa occupatur, eamque
 cum Theodoretæ & Gelasii, eundem locum citantium, lectioni-
 bus comparando, pluribusque aliis suspicionibus cumulan-
 do, ostendit, ab Athanasio ipso factam, prolixiorum vero le-
 ctionem unice veram, neque ipsi forte Athanasio ignotam,
 quod ex additis verbis: *ὁ γὰρ Χριστὸς πατὴρ ἐγένετο* suscipi-
 tur, probare contendit. Tertia eaque maximi momenti ipsi
 visa citatio est Hieronymi adversus Helvid. C. 9, qua ille *Igno-
 rantium*, Polycarpum, Irenæum, Justinum Martyrem, multos-
 que alios Apostolicos & eloquentes Viros memorat, qui ad-
 versus *Hebionem* & *Theodotum* hæc eadem sentientes *plena sci-
 entia* volumina conscripserunt. Hic vero, inquit Vir Cl.
 manifestum est, Hieronymum eas Epistolas Ignatii habuisse,
 in quibus nomina Ebionis & Theodoti comparent, quæ non
 sunt alia vix prolixiores, cum in brevioribus ad nominum

p. 20.

22.

27.

ACTORUM ERUDITORUM.

p. 17
36
41
 planctum habentur. Unde concludit, citantes antiquissi-
 mos magis convenire illis, quam his, *scilicet* jam loco Allu-
 siones, quibus alii Scriptores Ecclesiastici obscure ad prolixio-
 res respexisse videntur, plerasque ab Usserio & Cotelero jam
 ad ista loca observatas, argumentorum loco adducit, prae-
 ter conquestus, tantopere apud Divinarios istos praesidia ad-
 versus Arianismum valuisse, ut iis propediti non agnoscerent
 vim argumenti ex allusionibus istis ad auctoritatem prolixio-
 rum probandam petendi. Quamobrem ex his omnibus *scri-
 ptis* deducitur Conclusio, breviores Epistolas non esse nisi
 Epitomas prolixiorum, easque Orthodoxae, ut inquit, ab
 Athanasio fabricatae sunt, & destitutae. Certe in brevio-
 ribus queritur identidem nomen aliorum Christo Salvatore in
 prolixioribus tributorum nominum tribui ipsi *scilicet* quod no-
 men ac imprimis quidem in ea ad Ephes. *scilicet* *scilicet*,
 quod sane eodem modo, quo similis lectio vulgatae Act. XX,
 27 primum ab Athanasio (ut ex Mallio docet) producta, hanc
 fallatricem manum, arguit. Ita indignatur, quod simpliciter
 in prolixiori ad Magnes. Sect. 19 *scilicet* *scilicet* *scilicet*
scilicet (hand dubie, inquit, secundum divinam Naturam, quae
 erat indubitata eo tempore doctrina fidesque) dicebatur, id
 corrumpti in breviori, addito, *scilicet* *scilicet*, ne scilicet quae
 quam decederet Orthodoxiae Athanasianae. Eodemque mo-
 do Epist. ad Philadelph. Sectionem IX ab Epitomatore, simili
 ratione ducto, ita male fuisse habitam, ut omnia permista
 sint, *scilicet* *scilicet* in brevioribus eodem loco modo
 de Episcopo, modo de Christo praedicatur, in qua quidem ac-
 cusatione insigniter falli Virum doctum dicere non dubitave-
 rimus, sed, ut id nunc probetur, ratio non patitur. Porro
 monet, prolixas istas ex Gestore Apostolicarum Constitu-
 tionum citationes in amplioribus chartis in brevioribus *scilicet*
scilicet ejusdem chartae esse omittas. Cum primis vero anti-
 quissimam Doxologiae Formulam *scilicet* Orthodoxis adeo invisam, ex hac ipsa citatione quoque in brevioribus
 ter esse orissam queritur, manifesto indicio manus orthodo-
 xa fallatricis, quam querelam tamen imprimis omni destitui
 funda-

fundamento difcet; qui loca ista adducta ad Eph. Sect. XIII; ad Rom. Sect. VIII; ad Philadelph. Sect. XI voluerit conferre. Tandem Vir Clarissimus totam, quae ipsi quidem Epitomes Iugus videtur, originem pandit, ex verbis istis brevioris ad Magnif. quibus λέγεται dicitur ἐκ τῆς ἀπὸ σιγῆς προελθούσης, deducens, hanc Epitomen factam fuisse vel a Marcello vel ab Athanasio; vel ab alterutrius sequace nonnaming, in crustanda & pallianda Hæresi Marcelli, qui & ipse, teste Eusebio Ecclesi. Theol. L. 1 C. 9 p. 114, σιγῆν καὶ Θεὸν conjunxerit ante mundi creationem. Eam tamen hæresin quomodo excusare videri Viro Clar. possit is, qui disertis verbis negat, Christum ἀπὸ σιγῆς προελθούσης, id quidem difficile capias. Addit vero Vir eruditus, certum sibi esse, non differre ab ista hæresi Marcelli ea, quae hodierni Fidei Nicenae defensores de *eternitate Filii Dei ante realem*, (utor enim Viri Cl. verbis,) *ejus generationem ad creandum mundum* asserant, ac si qua sit inter ea diversitas, eam ut sibi demonstrent Viri doctissimi & hujus doctrinae maximi promachi, Celeberr. Caveus & Grabius, provocat. Sub finem operis monet, Joh. Morinum, teste Pearsonio, idem sensisse de his Epistolis, concluditque, se, quemadmodum certo sit persuasus, prolixiores esse genuinas, indeque summopere in autoritatis sacrae ac divinae Constitutionum Apostolicarum, earumque ab omni interpolatione hæretica immunitatis, fideroboretur, ita obtestari solemniter Eruditos omnes, ut in re tam magni momenti respondeant *Sci. & p. 114*, *videturque ad istas breviorum demonstrent.* En locum iteratis Ignatii vindicis factum, quas cum nemo hæcenus in Britannia suscepit, poterat sane a nobis multo plus, quam hic monstratum est, ad eas spectans adduci, quin etiam ex Instituto illa tentari, argumento imprimis non tentato hæcenus, ex re & scopo Epistolarum Ignatii evidenter interpolatam absurdam *videtur* detegente, breviorum *autenticam* asserente, nisi id esset ab hoc loco alienum, sperandumque, non de futuram esse occasionem, qua ista opera emendandi, explicandi ac vindicandi Ignatii detur defungi. Ceterum nunc sibi memoranda est Appendix a Vi-

APOSTORUM BRUDITORUM

20 Cl. Wulfenstamm antea. Neque adducta inter alia blas-
 phemice exempla ab Henr. Sacheverello in Defensione coram
 supremo Britannia Senatu fuerant, quae in Sermionibus & Tra-
 ctatibus suis, (quorum Excerpta data sunt in Actis Suppl. T.
 IV p. 369) Whistonus asseruerat, Scripturaphrasin, quae unum
 Deum memorat, solum Patrem inuere audacter affirmans, &
 Deologiam, quae Patrem cum Filio & Spiritu S. venentis fu-
 erat, in Erratis ad calcem Libri additis corrigens. Ea in
 hac Appendice vindicat Whistonus a blasphemae culpa, in-
 se de illis certum esse ferens, ut non prius ea quam ipsum
 Christianismum vocare possit in dubium, provocansque cum
 Sacheverello omnes Eschistos solemniter, ut vel *unum disertum*
Testimonium proferant Scriptoris cujuscunque Christiani &
 Catholicum Athanasium, (excepto Tertulliano, qui neque Ca-
 tholicus sit, nec nisi una vel duobus vicibus in saecula) qui
Tres Personas dixerit unum Deum, vel asseruerit *non esse unum*
illum verum Deum. Quae contrario spondeat, plus quam cen-
 tum diserta testimonia sibi esse in promptu, quae doceant hunc
unum Deum non alium fuisse, nisi Deum Patrem. Quae &
 in Deologia docet *res tres & res*, antea sibi non suspensa,
 nunc prius comperta sibi esse & convicta *res tres*, *substi-*
 tuendasque proinde ubique genuinas voces *res tres*, id quod
 in Erratis Libri, cujus impressioni ipse non interesse potuerit,
 non omittendum esse existimaverit.

E LITERIS CHRISTFRIDI WACHTLERI,

IC. ad J. B. M.

Duo occurrunt in Consultissimi Viri D. Martini Schraderi
 libro de Causis fori Ecclesiastici in Actis A. 1712 M. Febr.
 p. 89 memorato, loca, quae accuratius inspicienda. Nam in
 Concilio Milevitano circa annum 402. hanc praxin, quod
 Causae Ecclesiasticae sint *mixtae* fori, primum ait fuisse obser-
 vatam, cum Ecclesiastici ipsi petierint, ut sibi personae
 politicae adungerentur in ecclesiasticis, p. 5. Canon iste extat
in

in Codice Can. Ecclesiæ Africanæ Christophori Justelli, neque tamen sub rubrica Concilii Milevitani 402, sed Carthaginensis 407, in Biblioth. Jur. Can. Veter. fol. 383 Tom. I: *ἵνα αἰτησωσιν ἀπὸ τῶ βασιλέων, ὡς δοθῆναι ἀδείαν, τῆ καταστῆσαι ἐκδικῆς χολαστικῆς, — καὶ ἵνα, ὡς ἱερεῖς τῆς ἐπαρχίας, εὐχερῶς δυνηθῶσιν — ἀναφέρειν τὰ ἀναγκαῖα, καὶ ἡς τὰ σήκρητα τῶν δικαστηρίων εἰσιεναί, ut petant ab Imperatoribus, ut dent facultatem defensores scholasticos constituendi, & ut more sacerdotum provincie iidem habeant facultatem necessaria suggerendi atque ingrediendi etiam secreta iudicum.* Apud Beveregium Tom. I Synod. idem Canon Carthaginensis iterum deprehenditur fol. 634, ubi Zonaras in scholio officium illorum dicit esse *χολάζειν καὶ ἐπιτιθεύμα ἔχειν, ἢ γὰρ ἔργον καὶ λειψύργημα, ἧτοι δαλείαι, τῷ ἐκδικεῖν τὰ πράγματα* ita ut tueantur, quæ quidem ipsi poterant, reliqua referant ad iudicia, ibique exponant. Alexius Aristenus ibidem, *δύνασθαι πρὸ βασιλεῖ περὶ αὐτῶν ἀναφέρειν, καὶ ἐκείθεν τὴν ἐπισύσασιν δεχεσθαι, ut facile Imperatori ea referre possent, & illinc accipere conspirationem, malim, auxilium & assistentiam.* Justellus in observationibus optime, *defensores scholasticos, id est, advocatos.* Obtinuitque etiam Ecclesia Africana ab iisdem Impp. quod hic postulabat in *L. 36 C. Theod. de Episcopis.* Indecens enim videbatur, Clericos ipsos ad defensionem ecclesiarum, & in negotiis per se secularibus, sistere se civilibus iudiciis, iisque se implicare. Ergo non adjungebantur Advocati personis Ecclesiasticis ceu Assesores fori ecclesiastici, neque causæ spirituales per hoc fiebant ab ea tate mixti fori. Nam Advocati illi & defensores adhuc erant obnoxii Sacerdotio. *L. 46 C. Theod. de Decurionib.* Vidit hæc Dionysius Petavius ad Epiphani. Hæref. LXXII, Tom. 2 fol. 305. Sed tamen non opinor, Cyriacum eum, qui apud Epiphanium expositionem fidei Marcelli confessoribus ultimo loco obtulit, καὶ προσάτης Κυριακός, fuisse ex hoc ordine defensorum. *Tom. I fol. 842.* Patet id ex singulorum subscriptione, qui Ancyranam Ecclesiam hæctenus repræsentare tunc volebant. Sicut enim Presbyteri illorum primo loco, deinde

Y

Diaconus

Diaconus & Episcopus, ita quoque Lector & Presbyter, in
 Ecclesia, & in laici confessionis omnes ex ordine Clerico-
 rum uniformiter subfigabant, *ἰσοῦν τῶν κληρικῶν* & *Προσβ.*
ἑκ τῆς ἰσοψηφίας, ἐπὶ τὰ κρίματα & ἵκνησιν, ὡς ἂν ἴσους
 Apologiam vero talem fidei ex tenore officii, quae de-
 ximus, fuisse nemo dixerit. Sic enim pene videretur Advocatus
 adjunctus esse pari jure personis Ecclesiasticis, ut fieri
 fieri mixtum. Exhibebatur autem ibi non qualicumque as-
 sertio religiosa, sed *ἐκθεσις ὁμολογίας περὶ πίστεως ἀπολο-
 γημαίνης*. Cumque ipse Epiphanius, valde adhuc dubitave-
 rit, *εἰ δυνατὰ ἐκ καλλίστην ὑπάρχειν, εἰ δὲ καὶ ἐκείσε πάλιν,
 διὰ τῆς ἐν αὐτῇ τῇ ἀπολογία διαλογῆς, ἔσφαλται τινα τὰ
 ἐκ ἑβραῶν ὑπάρχοντα*, nemo Advocatum, qua talem, ad sub-
 limiora illa defendenda adstringere poterat. Aequè autem
 repugnat illum vocare *Prasidem*, qui Lectore est inferior.
 Differunt enim *πρωτοστάτης, & πρεσβύτης*. Et passim in Ec-
 clesia Græca *ψάλται* Lectoribus junguntur. *Can. Laodicen.*
22, 23, ibique tres Scholiasta, apud Bevereg. Tom. I fol. 463.
 Paulo difficilior est adhuc alter locus, Socratis scilicet *Histor.*
Eccles. L. 4 c. 31, quem D. Schraderus attulit p. 118. Non re-
 citabo verba singula; sermo autem est de Severa & Justina,
 uxoribus Valentiniani I Imperatoris Romani. Hic *verum*
est, ait Baronius ad annum 370 fol. 233 Edit. Antwerp. 1594
Tom. 4, Imperatorem duxisse Justinam, sed post Severæ obi-
tum. Utrum Justina tunc virgo adhuc fuerit & nemini an-
 tea nupta, an vero Magnentium habuerit primum maritum,
 anceps. Certe Severam persuasisse Valentiniano, Justi fili-
 am virginem esse, ac post patris cadem illibatam & super-
 stitem mansisse, fultus fide dignis testimoniis *Historia* testat-
 tes. Zosimus autem, qui illius *Historia* cognita *Historia*
 esse videtur, bis annotavit, viduam *Historia*, *Historia* *Historia*
 turbida recensuit lib. 2, eam existisse. *Historia* non *Historia*
 cipere doctissimum Valentinum, ad *Historia* p. 118. Nihil tamen
 hoc ad summam rei. Primus omnium scriptorum, qui ex-
 tant, asseruit Socrates, eoque fidem istorum, quos secutus est,
 deserendam non *Historia*, *Historia* *Historia* *Historia*

τὸν τῆς γυναίκος, Σεύρας, λόγον, ἀγαγέσθαι τὴν Ἰστίαν
 ἐβλέυσατο, μὴ ἐκβαλὼν τὴν Σεύραν νόμον ἐν ὑπαγορευ-
 σαι, δημοσίᾳ προτίθῃσι κατὰ πόλεις—καὶ ὁ μὴν νόμος προ-
 ἔκειτο. ὁ δὲ ἀγεται τὴν Ἰστίαν, ζωῆς αὐτῆ τῆς προτέρας
 γυναίκος. Zosimus cum hac legeret, totidem verbis sin-
 gula non descripsit. Tenet tamen, Valentinianum eo addu-
 ctum διὰ κάλλος ὑπερβολὴν. In reliquis suffecerit, eum So-
 crati non contradixisse. Facturus id haud dubie, si de iis
 perinde, uti de Magnentii conjugio, contraria præsto erant
 rerum documenta. Uterque vixit non ita multo post Valen-
 tinianum, uterque scripsit in loco illustri, sed diverso pro-
 posito. Socrates longe aberat ab omni maledicentia, & cre-
 dulitatis labe in iis, quæ fabulam saperent. Cognita ei erant,
 ceu juris Romani perito, studia moresque Christianorum il-
 lius sæculi; quibus Lex divina de sanctitate & integritate con-
 jugiorum æque adhuc videbatur difficilis, ac Gentilibus sub
 Imperio Valentiniani tunc degentibus. Frequentissima erant
 repudia, citra causas a Deo exceptas, etiam inter privatos.
 Sciens igitur, Valentinianum procul abhorruisse a repudio,
 annotavit, eum ex Severa habuisse filium Gratianum, & hunc
 paulo ante nuncupasse Augustum. Sciens porro, etiam inter
 privatos tunc obtinuisse, ut consensu & bona gratia diverte-
 rent, ἠρώδη, inquit, ἡ Σεύρα τῆ κάλλος τῆς παρθενῆ· καὶ
 πρὸς τὸν βασιλέα διεξήκει περὶ αὐτῆς. Forte enim non ha-
 buit Severa spem prolis amplius: quum natus ex ea Gratia-
 nus unicus esset jam ante imperium patris, pater autem anno
 364 eo aspirasset. Incidit ergo conjugium hoc secundum in
 annum 371 & mors Valentiniani I in annum 375. Nec diffi-
 cile erat conjicere, in grandævitate Gratiani parum fore præ-
 fidii. Docuitque eventus, eum anno ætatis XXV nulla reli-
 cta sobole obiisse. Sed novitas tamen exempli Valentinia-
 num sollicita habuit, cepitque adeo consilium, ne quid con-
 tra legem fecisse videretur. Recte hanc mentem Imperatoris
 fuisse vidit D. Schraderus. Tum vero Zosimus erat Comes &
 Advocatus Fisci in aula Theodosii junioris, nec putabat se er-
 rare, si viventi Justinæ & Gallæ quodammodo parceret. Ne-
 que

que vero inq. temporum illorum spectabant in inferioribus
 hinc de consuetudine integritate conjugiorum etiam
 apud Christianos. Et hoc est illud tabes, de quo quæsi sunt
 veteres sanctissimi Patres, quorum loca congestit Jacobus de
 Theodorus ad L. 1 & 2. C. Theod. de repud. Gregorius, et
 Nazianzenus, Chrysostomus, Basilus, Hieronymus,
 Lactantius, tum vero Asterius Amassenus Episcopus. Cujus
 Homilia, an liceat homini dimittere uxorem, quacunq. ex
 causa? tota est pulchra, & clavis eorum temporum. ΑΚΣ-
 στατε δε νυν οι τετων καπηλοι, ηη τας γυναϊκας ως ιματια ευ-
 κολως μετενδύομενοι, & quæ sequuntur. Discrimen porro
 Legis Divinæ & Romanæ urget Scriptor plane coævus, ei δὲ
 ηη τοις ὁμοις Ρωμαίων τινες προσέχοντες, ἀνεύθουν τὴν πορ-
 νείαν εἶναι νομίζουσι, δευὴν πλανῶνται πλάνην, ἐκ εἰδότης,
 ὡς ἄλλως, θεοὺ νομοθετεῖ, ηη ἑτέρως ἀνθρώποι δογματίζουσιν.
 Ita vero strinxit non modo L. 2 C. Theod. de repud. sed &
 Edictum perpetuum Salvii Juliani, a Gentilibus adhuc Imp.
 in L. 18 C. ad L. Jul. de adult. & L. 2 C. de incest. nupt. utcun-
 que repetitam. Zosimus contra non poterat, seu Scriptor
 itidem profanus, Valentiniano vel Edictum illud vel alias
 Leges ei superstructas exprobrare. Sed neque novam ei
 Legem exprobravit, qui τῆς δευῆς ὁδῶ τῆς περὶ τὰ θεῖα τηρ-
 πῆς eo ipso videbatur, quod fidem Christianorum elegisset.
 L. 4 c. 36. Quod si sub Anastasio scripsisse Zosimum contendas,
 nota fuit ei Lex illa Anastasiana de communi consensu, L. 9
 C. de repud. quæ ex anteriori lege Theodosii II & Valentinia-
 ni III desumpta, L. 8 C. d. 1. atque ab ipso Justiniano L. un.
 C. de rei uxor. ad. suo modo firmatur. Deinde Amalarius
 Marcellinus scripsit equidem ante Socratem, & ante Gra-
 tianum, Valentiniani II & Theodosii II. gratianum internum flo-
 ruit, ac multa etiam Valentiniani. Necesse est, cetero voto
 miles, neque Legum, uti Zosimus, gnarus & profanus illi-
 gionis tenax. Ergo nec huic oportunitatem videbatur, abra-
 sam tunc litem de connubiis & Principibus Theodosiam suam
 facere; adeo ut laudaverit potius Imperatorem nostrum,
 quod inter religiosum (Christianum arbitros) de his rebus
 medius

medius steterit, neque imperaverit, quomodo Valens, ut hoc eoleretur aut illud, sed intemeratas reliquerit has partes, uti receperat *Lib. 30.* Quæ autem peccaverat idem Valentinianus contra reliquas artes regnandi, multa instructus lectione Ethnicorum Scriptorum, Marcellinus congrue satis delineavit. His enim dijudicandis, dummodo tenuisset in excursionibus modum, par erat Historicus, nulla quamvis diviniore sapientia tinctus. Venisse tamen ad ejus notitiana cuncta, quæ Socrates perseripit, non ambigas. Nam & quadrimum fuisse Valentinianum II in funere patris, & sexto adeo die post illius obitum, expedito consilio Justinæ matris, more solenni nuncupatum Augustum, accurata habita temporum ratione consignavit. Poterat igitur & Legem illam & cætera adjicere, si ita rebatur, quæ sola omissio Valesium dubium reddidit, *ad Socrat. fol. 58.* Et quum in laude etiam posuerit Marcellinus, *omni pudicitia cultu domi castum & foris fuisse nostrum Valentinianum, nihil incestum, nullo contagio conscientie violatum obscæne,* promptum est, intactam fuisse Marcellino melioris scholæ castitatem, atque omnem ab ipso pudicitiam in hoc collocatam, quod Valentinianus non fuerit Heliogabalus. Grande postulatam. Sozomenum vero atque Theodoretum non totidem verbis attigisse, quæ sciebant a Socrate paulo ante hic tradita, non miremur. Falsum enim est, illos eodem modo ac filo res gestas Nostri per omnia profecutos. Sozomenus certe totus est in enarrandis dissensionibus Ecclesiasticis, ex Civili autem historia *Lib. 6 c. 10* satis habuit, & Gratiani & Valentiniani II, quum hic nasceretur, verbo meminisse, ita, ut nec Severam nec Justinam nominaret. Altera deinceps mentio occurrit *c. 36* post obitum Valentiniani I. Et hæc sunt, quæ de rebus Nostri is quidem commemorare voluit. Qui si apud Socratem fabulosi quidpiam deprehendisset, sinceritatem fidei historicæ & innocentiam aulæ Imperatoriæ utique purgaturus erat, *μάλιτα τῆς ἀληθείας ἐπιμελεῖσθαι χρῆσθαι διὰ τὸ τῆς ἰστορίας ἀκρίβηλον, L. I c. 1.* Theodoretus autem adhuc strictius *Lib. 4 c. 6* initia imperii tetigit, ac post mortem illius

ΑΠΟΚΡΥΦΤΑ ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ

que vero hinc temporum illorum posterabuntur inferiora
 auctoris divini & constantia integritate conjugiorum etiam
 ipsi Christianos. Et hinc est illa labor, de qua quæsti sunt
 veteres sanctissimi Petres, quorum loca congesta Jacobus
 theofredus ad L. 1 & 2. C. Theod. de repudiis, Gregorius, in-
 quam, Nazianzenus, Chrysofomus, Basilus, Hieronymus,
 Lactantius, tum vero Asterius Amassenus Episcopus. Cujus
 Homilia, an liceat homini dimittere uxorem, quacunq; ex
 causa? tota est pulchra, & clavis eorum temporum. ΑΚΣ-
 στατε δε νυν οι τετων καπηλοι, και τας γυναϊκας ως ιματια ευ-
 κόλως μετενδυόμενοι, & quæ sequuntur. Discrimen porro
 Legis Divinæ & Romanæ urget Scriptor plane coævus, ei δὲ
 και τοῖς ὁμοῖς Ῥωμαίων τινες προσέχοντες, ἀνεύθυνον τὴν πορ-
 νείαν εἶναι νομίζουσι, δεῖν δὲ πλανῶνται πλάνην, ἐκ εἰδότες,
 ὡς ἄλλως, θεος νομοθετεῖ, και ἕτερος ἄνθρωποι δογματίζουσιν
 Ita vero strinxit non modo L. 2 C. Theod. de repud. sed &
 Edictum perpetuum Salvii Juliani, a Gentilibus adhuc Impp.
 in L. 18 C. ad L. Jul. de adult. & L. 2 C. de incest. nupt. utcun-
 que repetitam. Zosimus contra non poterat, seu Scriptor
 itidem profanus, Valentiniano vel Edictum illud vel alias
 Leges ei superstructas exprobrare. Sed neque novam ei
 Legem exprobravit, qui τῆς δευτέρας οὐδὲ τῆς πέρι τα θεῖα τρυ-
 πείας eo ipso videbatur, quod fidem Christianorum elegisset.
 L. 4 c. 36. Quod si sub Anastasio scripssisse Zosimum contendas,
 nota fuit ei Lex illa Anastasiana de communi consensu, L. 9
 C. de repud. quæ ex anteriori lege Theodosii II & Valentinia-
 ni III desumpta, L. 8 C. d. 1. atque ab ipso Justiniano L. un.
 C. de rei uxor. adf. suo modo firmatur. Deinde Ammianus
 Marcellinus scripsit equidem ante Socratem, & ante Gra-
 tianum, Valentiniani II & Theodosii II. gratianum inter eum flo-
 ruir, ac multa etiam Valentiniani. Nec enim cetero voto
 miles, neque Legum, uti Zosimus, gnarus & profanus reli-
 gionis tenax. Ergo nec huic oportuitam videbatur, astra-
 sam tunc litem de connubiis & Principis Theodosii suam
 facere; adeo ut laudaverit potius Imperatorem nostrum,
 quod in ter religioſum (Christianum) arbitros) deoſantes
 medius

medius steterit, neque imperaverit, quomodo Valens, ut hoc eoleretur aut illud, sed intemeratas reliquerit has partes, uti receperat *Lib. 50.* Quæ autem peccaverat idem Valentinianus contra reliquas artes regnandi, multa instructus lectione Ethnicorum Scriptorum, Marcellinus congrue satis delineavit. His enim dijudicandis, dummodo tenuisset in excursionibus modum, par erat Historicus, nulla quamvis diviniore sapientia tinctus. Venisse tamen ad ejus notitiana cuncta, quæ Socrates perscripsit, non ambigas. Nam & quadrimum fuisse Valentinianum II in funere patris, & sexto adeo die post illius obitum, expedito consilio Justinæ matris, more solenni nuncupatum Augustum, accurata habita temporum ratione consignavit. Poterat igitur & Legem illam & cætera adjicere, si ita rebatur, quæ sola omissio Valesium dubium reddidit, *ad Socrat. fol. 58.* Et quum in laude etiam posuerit Marcellinus, *omni pudicitia cultu domi castum & foris fuisse nostrum Valentinianum, nihil incestum, nullo contagio conscientie violatum obscenæ,* promptum est, intactam fuisse Marcellino melioris scholæ castitatem, atque omnem ab ipso pudicitiam in hoc collocatam, quod Valentinianus non fuerit Heliogabalus. Grande postulatam. Sozomenum vero atque Theodoretum non totidem verbis attigisse, quæ sciebant a Socrate paulo ante hic tradita, non miremur. Falsum enim est, illos eodem modo ac filo res gestas Nostri per omnia profecutos. Sozomenus certe totus est in enarrandis dissensionibus Ecclesiasticis, ex Civili autem historia *Lib. 6 c. 10* satis habuit, & Gratiani & Valentiniani II, quum hic nasceretur, verbo meminisse, ita, ut nec Severam nec Justinam nominaret. Altera deinceps mentio occurrit *c. 36* post obitum Valentiniani I. Et hæc sunt, quæ de rebus Nostri is quidem commemorare voluit. Qui si apud Socratem fabulosei quidpiam deprehendisset, sinceritatem fidei historicæ & innocentiam aulæ Imperatoris utique purgaturus erat, *μάλις α τῆς ἀληθείας ἐπιμελεῖσθαι χρεὼν διὰ τὸ τῆς ἰστορίας ἀκρίβηλον, L. I c. 1.* Theodoretus autem adhuc strictius *Lib. 4 c. 6* initia imperii tetigit, ac post mortem illius

Secundum *lib. 1. v. 12 & 13* Justinae et filii memorie: signante
 professas *lib. 1. v. 12 & 13*, non nisi *ca. 12. v. 12 & 13* *lib. 1. v. 12 & 13*
lib. 1. v. 12 & 13 *lib. 1. v. 12 & 13*. Quam neque non raro con-
 feterit toto nomine errores, a Socrate et Sozomene in qui-
 busdam historicis partibus admissos, in nostra autem postenti-
 bil tale correxerit, *lib. 1. v. 12 & 13* utique eum consentaneum. Ne-
 quis porro persuasit Baronio, Severum Sulpitium, Paulum &
 Orosium scripsisse res Valentiniani? Tuto ergo illos prateri-
 bimus. Ambrosium, Hieronymum, Augustinum, singula
 hujus rei momenta habuisse percognita, ac publice privatimque
 fecisse quod debebant, idque jam ante Historiam a Socrate
 conditam, nemo dubitet. Nullum autem inde testimonium
 ad posteros dimanasse, quod quidem extet, veritati rerum
 parum afferre potuit praedictum. Certe Ambrosius cum eadem
 illa Justina, conjugae Valentiniani I, certamina uno plura su-
 stinuit post mortem Imperatoris, & ex epistola illius XXXIII
 ad Marcellinam sororem Lib. V mores, ac genius istius aulae,
 tum vero iudicium Ambrosii abunde pellucet. Ex epistola
 XLIX Hieronymi vero, sive septima libri tertii ex recensione
 Petri Canisii, nihil concludet Baronius adversus veritatem
 Socraticae historiae. Accusat ibi Consularem, non Caesarem,
 accusat ritus judiciorum Romanorum & quaestiones utpluri-
 mum truculentas atque tumultuarias etiam. Neque pugnant
 haec, si quis dicat, sub imperio Nostri complures virgines &
 nuptas nobiles suppliciiis affectas obtentu criminum, & eun-
 dem sibi indulgisse quaedam, cum sollicitus esset de firma-
 mentis domus suae atque imperii. Si fabulosa haec ultima
 ideo sunt, quia primus ea naravit Crates, quantum nobis
 constat, fabulosa est etiam narratio Hieronymi de muliere
 septies icta, in eadem illa epistola. Quid Damasus sensit,
 quum haec peragerentur, pro indole istius Socraticae *lib. 1. v. 12 & 13*
 dicitur. Neque ideo totus commovendus erat orbis Ca-
 tholicus. Dicitur enim, legem a Valentiniano non eo
 animo promulgatam, ut serio turbarentur thalami, sed tan-
 tum ne ipse videretur sibi soli vivere. Mollescent autem illa
 sophismata, quoties aura popularis quodammodo captus.

Sed

Sed ne hoc quidem dixit Socrates, voce præconis in unaquaque civitate totius Romani Imperii proclamatum fuisse legem novam. Nam *κατὰ πόλεις* in presenti argumento recte exponitur *per civitates*, non item *per singulas civitates*. Sic *κατὰ θάλαττας*, *per mare*, non per singula maria. Aristophanes *πλῆτ. τὸ βλέμμα αὐτὸ κατὰ χώραν*, *aspectus idem & immobilis in uno loco*, v. 367. Neque aliud voluit Socrates, quum bis idem poneret, *νόμον ἐν ὑπαγορεύσας δημοσίᾳ προτίθῃσι*, & statim, *καὶ ὁ μὲν νόμος πρόκειται*. Hoc est, lata lex quidem, sed non id agebatur serio, quod videbatur agi. Itaque nemo vel nobilium vel aliorum arbitrabatur, impune huic posse legi pareri, sed ignem subesse cineri. Baronius autem cum fateatur, non concitatum fuisse per universum Romanum Imperium tumultum, cum abrogaretur *lex illa a successoribus Imperatoribus*, par est intelligi, sub ipso mox Valentiniano eam iterum evanuisse, re adhuc integra, & citra invidiam consummata. Natus etiam mox ex Justina est Valentinianus II & Galla, filia, cum duabus aliis. Et Gallam hanc *ἐξ αἰσίου διαπρέπασαν κάλλι*, ipse Theodosius M. a Gratiano jam anno 379 in Consortium Imperii electus, post obitum uxoris suæ Placilla, ipsiusque Gratiani, circa annum 387 vel ipso 388 matrimonio sibi junxit. Minime ergo execratus est Theodosius M. consilium Valentiniani I, qui nosset, ne Constantino M. quidem, fundatori melioris cultus ac disciplina, licuisse simul & semel atque inter ipsa initia, sanctiorem illam Jurisprudentiam in solido collocare, quæ menti divinæ per omnia conformis sit. Caroli Sigonii censuram, contractas has nuptias esse jam ante biennium, Honorio & Evodio COSS. secundum Chronicon Comitum Marcellini, non moramur *de Imp. Occid. Lib. 9.* Nam isto anno 386 Justina ab invasione Maximi parum erat sollicita, nec cogitabat de auxiliis Theodosii. Sequenti autem anno 387 Valentiniano & Eutropio COSS. irrupit Maximus in Italiam, ubi Justina & Galla fuga sibi consulebant in Orientem mense Septembri. Itaque paulo ante illam Theodosii expeditionem, quæ fiebat anno 288 Cynegio Collega in Consulatu,

Ictu, confectum est istud negotium. Et ex isto est natus
 nubio nata Theodosio M. Placidia, uxor primum Al-
 phi Visigothorum Regis, deinde Constantii, (quem Honorius
 Collegam Imperii assumpserat,) & ex eo nupto
 Imperatoris Valentini III. Mira fatorum & Interitu-
 dia: quibus & illud postremo adjicias, quod Valentinianus
 hic III iterum Theodosii II filiam, Eudociam, uxorem ha-
 buit, curaque Dei erga rem Romanam, post Severam statim
 haud exiguis gradibus enituit. Ita vero factum est, ut post
 Valentinianum I ne in aula Imperatoria quidem extaret ali-
 ud exemplum similis connubii, & Theodosius M. anno 393
 pacata re tota, solis adhuc Judæis interdiceret cumulationem
 uxoriam, *L. 7 C. de Judæis*. Theodosius autem II ne hanc
 quidem avi sui legem Codici suo inferendam judicavit, fit-
 que adeo incertum, ubi eam repererit Justinianus, & num
 ad mentem Ecclesiæ sit intelligenda, quam exponit Justellus
innot. ad Can. Eccles. Univers. f. 84. Sed & illud præterea
 fuit insecutum, ut seculo sexto non dubitaret Jornandes, li-
 bro de *regnorum & temporum successione*, denuo firmare ve-
 ritatem Historiæ Socraticæ, procul ira studioque. Idem postea
 fecit seculo octavo Paulus Diaconus in *Historia Miscella*;
 etiam cum augmento, quod apud Socratem non extat. Ut
 recte hinc conjicias, Paulum non habendum pro plagiaro
 Socratis, quod quidem Baronio visum; sed præter Socra-
 tem etiam alios eum habuisse autores consentientes, quibus
 nos quidem destituimur hodie. Nam & Joannes Zonares,
 Scriptor Seculi duodecimi, qui tamen diserte monuit, se fu-
 isse ἐκ πολλῶν βιβλῶν τὰς ἱστορίας ἐναντιστάμενον, (ἀν᾿ ἐπι-
 σταμενον,) Socrati adstipulatur Tom. III Annalium, ἔτι πε-
 ριύσης καὶ τῆς προτέρας. Ἰστίνα ἢ ἡ δευτέρα. Et de Theo-
 dosio M. θανάσης δὲ τῆς Πλακίδας, ἔγνημε Γάλλας τὴν τῆ
 μεγάλη βαλεντινιανῆ θυγατέρα. Quod si contrarias hac in
 re Historicorum narrationes deprehendisset, omisisset eas
 plane. Sic enim constitutum sibi esse innuit initio operis,
 εἰ μὴ τι πᾶν ἄγαν εἰς σπυδαίων, καὶ ὁ παραλειπόμενος πρὸς
 τὰ καίρια, λυμανῆται τῇ συγγραφῇ. Dicendum ergo est,

aut nullam occurrisse Zonaræ narrationem Socrati contrariam, aut Socratis fidem fuisse apud se maximi momenti; ita ut ipsa historiæ integritas & contextus temporum, destructa illa, vacillasset. Omnes autem illi in ampliori versabantur campo, quam Sozomenus & Theodoretus. Constat etiam aliunde, non paucos adhuc alios extitisse Historicos ævi Constantiniani, qui nobis vix nomine noti adhuc sunt: qualis Philippus Sidetes, Sabinus, alii. In iis fuit etiam Eunapius & Philostorgius. Quorum Historiam integram habuit Photius, solam autem Philostorgii mereri censuit, quæ levi brachio manuque non transmitteretur. Ex iisdem Photii excerptis autem intelligas, Philostorgium nihil horum insuper habuisse, quæ nunc in controversiam veniunt. Sed quandoquidem Photio integrum non erat, totum Philostorgium describere, fragmentis fames nostra quocunque modo sedabitur. *Lib. 9 c. 16 & Lib. 10 c. 7.* Idem tamen Photius, si quidquam execrabile invenisset in vita Valentiniani I aut a maledicentia ortum, utique distinxisset, ceu alibi fecit toties, *γνήσια & ψευδηνύγεφα.* Quumque nihil horum factum hic ab eo sit, bene se habent libri nostri. Utrum Nicephori testimonium pro causa, Socratis allegandum mihi sit, nec ne, diu anceps hærebam; Ejusque rei causæ sunt satis obviæ. Si tamen verum est, potuisse saltem integrum Philostorgii opus in ea Bibliotheca Constantinopolitana, quæ erat Nicephori tempore adhuc in templo S. Sophia, reperiri, sicuti eo usus olim fuerat Photius ibidem, utique fides Nicephori hætenus transit cum fide Philostorgii, cum eaque in nostro quidem negotio facit paria. Illud enim extra controversiam positum est, Nicephorum plurima habere e Philostorgio. Quod si sola Photii epitoma usus esset, quod Jacobus Gothofredus etiam censuit in prolegomenis, non poterat Socrati in iis capitibus, de quibus loquimur, suppetias ferre. Nam ea omiſsa a Photio diximus. Ac si sequi voluit iudicium Photii, monachus inquam Patriarcham, rejecit aliorum Historicorum quascunque figuras. Ergo & de Nicephori testimonio bene hic sperandum est. Mens Photii, Epitomato-

DE ALERUMI
 nis Philostorgiani, dubia nō fuit Jacobo nostro L. 10 c. 7.
*Arianam, inquit, facit Gellum, quod alibi non reperio, nisi
 de Justina matre, p. 417. Eiusdem autem Iulianus anno-
 Jam nota distingui alteram ab altera. Adm. de Lit. et, et
 ἀπειρὸς ἔσται ἔξ αὐτῆς δ, ex Gellii auctoritate est Theoda-
 sio filia Placidia. Bene omnia.*

DUPLEX LAVACRUM IN COENA DOMINI
*fideliis exhibitum, alterum ex Christi mandato de la-
 cra pedum lotionis; alterum ex veteri Ecclesia disciplina,
 de expiandis altaribus. Autore FRANCISCO ORLEN-
 DO, Ord. Prædicatorum, S. Theol. Magistro, & in Uni-
 versitate Pisana publico Theologia Dogma-
 tica Professore.*

Florentiæ, typis Nesteni & Borghigiani, 1710, 4.

Alph. 1.

DE duobus ritibus Ecclesiæ Romanæ, feria quinta hebdo-
 madæ majoris peragi solitis, qua nimirum & tredecim
 pauperum pedes abluuntur, & altaria quibusdam in locis
 primo nudantur, tum aqua vinoque abluuntur, Autor disse-
 rit. Hinc in duas partes opus divisit, quarum prior *Cap. I*
 exemplis aliquot, quorum quidem primum e sæculo IV est,
 reliquis multo junioribus, probat, lotionem pedum quovis
 anni tempore primum factam esse ad testificandam animi de-
 missionem Christumque imitandum. Deinde ostendit, Gre-
 gorium M. & Sergium I Papas legem tulisse de ritu hoc in S.
 Coena observando, nondum tamen definito abluendorum nu-
 mero. *Cap. II* tradit, olim baptizandorum pedes lavari
 consueisse, imprimis in Ecclesia Mediolanensi. *Cap. III* ex-
 ponit mysticas causas, cur baptizandorum pedes loti fue-
 rint, nempe (1) ut sacerdotes humilitatem suam hoc ipso de-
 clararent: (2) ut hac pedum lotionem leviores culpæ dispun-
 gerentur: (3) ut, quemadmodum pedes ultima sunt & infima
 pars corporis, sic homo admoneretur pœnitentia descen-

dere

dere ad infimas & ultimas conscientiae suae partes. *Cap. IV* fatetur, olim non fuisse certum lavandorum numerum, ac primum Coelestinum III Papam sub finem seculi XII duodecim clericis & tredecim pauperibus lavasse pedes legi. Apud Græcos autem, Codino teste, Imperator feria V majoris hebdomadae duodecim pauperibus pedes abluere solitus est: quem ritum Noster describit pluribus. Illud notatu dignum, duodecim illos in Græca Ecclesia representasse eosdem, quos Christus lavit, Apostolos, Judæque proditoris personam semper sustinendam fuisse Ostiario. Cum vero hæc persona risum spectantibus moveret, eamque gerenti Judæ appellatio per omnem vitam maneret, hinc forte illa persona alicui deferebatur. *Cap. V* docet, Papas Rom. a multis retro seculis tredecim pauperum & duodecim clericorum pedes festo illo die lavasse: eiusque rei primam fieri mentionem seculo duodecimo, sed ita, ut appareat, illud jam antea fuisse in usu. *Cap. VI* meminit libri Lucae A. 1709 ab Anonymo editi, & ita inscripti: *Pedilavium, sive de numero pauperum, quibus lavandi sunt pedes Fer. 5 majoris hebdomadae.* In quo cum Autor contenderit, tertium decimum abluendorum representare patrem familias domus illius, in qua ultimam coenam Christus habuit, Noster hanc opinionem refutat partim ex silentio Evangelistarum, qui non meminerint, hospitem illum huic coenae interfuisse: partim ex contraria plane eorum relatione: partim denique ex autoritate Patrum, qui quemquam præter Apostolos huic coenae adfuisse vno ore negent. *Cap. VII.* eorum recensetur opinio, qui a decimo tertio representari putant Matthiam Apostolum: quam Noster non improbabilem censet, dummodo, Judæ expulso, Matthiæ etiam Paulus adjunctatur. Nam hunc constat in Ecclesia semper summo honore dignum esse judicatum. Unde Pauli & Petri reliquæ eodem clauduntur tumulto: amborum memoria eodem die celebratur: in basilicis, iconibus & diplomatibus ambo comites semper occurrunt. *Cap. VIII* proponitur sententia eorum, qui Christum a decimo tertio illo credunt representari. Ubi quidem non omnes idem sentiunt.

Alii tanquam feliciter putant, quibus lotio repræsentat lotionem discipulorum a Christo factam, Ecclesiam ad-
jecisse ipsum Christum, ut & huic pedes lavarentur. Alii,
duce Pompejo Sarnellio, cujus opinionem a Nobis quoque
A. 1687 p. 178 recenseri meminimus, & quam nuper Vir do-
ctissimus Philippus Bonannus amplexus est, subtilius id ex-
plicant. Dicunt scilicet, olim duabus vicibus hanc lotio-
nem peractam esse: semel, cum a Canonicis abluerentur pe-
des pauperum, ad repræsentandum Magdalene factum Chri-
sti pedes suis rigantis lacrymis: iterum, cum ab Episcopo
lavarentur Canonicorum pedes, ad exprimendam humilitatem
Christi, discipulorum abluentis pedes. Ultramque lotionem
secutis temporibus fuisse conjunctam, ut idem Episcopus
tredecim pauperum pedes ablueret, quorum primus Chri-
stum a Magdalena, reliqui duodecim Apostolos a Christo lo-
tos repræsentarent. Hanc tamen sententiam Noster *Cap. IX*
& sequentibus duobus refellit: eorum quoque *Cap. XII* re-
futata opinione, qui hujus ritus originem ab eo derivant, quod
Gregorio M. aliquando accidisse fertur, ut, cum sæpius duo-
decim pauperes ad prandium invitaret, aliquando angelus
aliquis inter hos comparuerit locum occupans decimum ter-
tium. *Cap. XIII* ea defenditur sententia, quæ Paulo Apосто-
lo tertium decimum locum assignat: & *Cap. XIV* ea, quæ
locum istum tribuit Christo: quam sententiam priore etiam
verosimiliorem censet. Si nobis, quid sentiamus, addere
licet, arbitramur, eo tempore, quo duplex adhuc lotio per-
agebatur, primo tredecim pauperum, deinde duodecim Cle-
ricorum, primum factum esse imitatione Gregorii M. & ex
historiola de eodem jam allata additum esse decimum tertium,
qui angeli personam sustineret: alterum imitatione
Christi Apostolos lavantis. Postea putamus imitationem Gre-
gorii M. sublatam esse, retenta sola imitatione Christi illi tem-
pori conveniente: ita tamen, ut, excluso Juda, quod fatetur
Noster *Cap. XIII* §. 6, 7, 8, nempe ob contumeliam ei perfe-
rendam, qui ejus sustinebat personam, substitutus sit Matthi-
as atque Paulus. Ex quo & colligi potest, ritum hunc a Græ-
cis ad Latinos translatum esse.

Par-

Parte altera de ablutione altarium agitur. In cuius pro-
 oemio Noster fatetur, jam A. 1702 Romæ conjunctim prodii-
 se Jo. Christophori Battelli, & Josephi Mariae Suaresii de eo-
 dem argumento opuscula. Sed cum librum suum ante ab-
 solverit, quam id resciceret, eum quoque evulgare non du-
 bitavit. *Cap. I* ex Eligio, Alcuino, aliisque docet, templo-
 rum pavimenta olim in Cœna Domini abluta fuisse, decla-
 ratis hujus ritus mysteriis: eumque ritum ad seculum usque
 decimum quartum durasse, ex Beletho ac Durando probat:
 a quo tempore plane interciderit. *Cap. II* Alcuino, Amala-
 rio, aliisque testibus demonstrat, olim in Cœna Domini de-
 nudari solita esse altaria: ejusque rei mysticis exponit cau-
 las. *Cap. III* agit de ablutione altarium eodem die facta,
 cujus antiquissima est apud Græcos mentio. Unde & hanc
 consuetudinem Latinos a Græca ecclesia accepisse, nobis sit
 verosimile. *Cap. IV* reliquas illius ablutionis circumstantias
 edisserit, additis & hic mysticis significationibus. *Cap. V*
 agit de voce *Oenante*. Nam in *Typico S. Sabæ* dicuntur alta-
 ria apud Græcos abluï *aqua tepida, cui Oenante & aqua ro-
 facea admixta sint*. Hic Noster Simeonis Thessalonicensis
 sequens sententiam per id intelligit vinum fragrans seu odo-
 ratum. *Cap. VI* docet, eundem morem lavandi altaria feria
 V in Cœna Domini, in Latina Ecclesia viguisse ante seculum
 septimum, eamque lotionem aqua & vino perfectam esse:
 quod hodiernum Romæ fiat in Basilica S. Petri, cujus ritus de-
 scribuntur ex Battello. *Cap. VII* recenset monumenta, quæ
 ritum hunc in Gallia olim fuisse & adhuc esse usitatum testan-
 tur. Quod idem persequitur *Cap. VIII* de Ecclesiis Hispani-
 æ, ubi olim: Belgii, Germania & Polonia, ubi etiamnum
 quibusdam in locis id moris retineatur. *Cap. IX* agit de ri-
 tu Ordinis Prædicatorum abluendi altaria aqua & vino in
 Cœna Domini: quem & aliis monachorum ordinibus rece-
 ptum esse offendit. *Cap. X* docet, hanc altarium ablutio-
 nem quibusdam locis ipsa Parasceves die: in plerisque vero
 feria quinta majoris hebdomadæ factam esse. *Cap. XI* ori-
 go ablutionis altarium investigatur, ac refertur ad purificatio-

nes legis Mosaicae, ex qua complures ritus in Ecclesiam derivatos esse, Noster non diffitetur. *Cap. XII & XIII* mysteria hujus ablutionis enarrat. Denique *Cap. XIV* causam indagat, cur præ ceteris ecclesiis Romana S. Petri basilica & Dominicanorum templa hunc ritum semper servarint. Si recte conjicit Autor noster, hæc quidem hujus rei causa est. Nimirum per vinum significatur Dei verbum, per aquam populi. Cum igitur Romana Ecclesia populos ad Christi fidem perducat, fas omnino erat, Basilicam illam, omnium ecclesiarum matrem, eum ritum perenni observatione tenere, quo susceptorum fidei sacramentorum mysteria recoluntur. Porro cum Petrus S. Dominico apparens, ei tradiderit potestatem omnes populos convertendi, hinc merito Dominicani ritum, quo id adumbratur, tenacissime retinent. En summam totius operis, cujus priori parte *Cap. 1, 2 & 3*, quod obiter notamus, Cypriano liber de unctione chrisimatis, Ambrosio vero libri de sacramentis, & de initiandis tribuuntur tanquam veris autoribus: quæ scripta *Ψευδωνυμοῦ* esse, doctiores jamdudum probarunt.

Gluckwünsche und Freuden-Bezeugungen ic.

id est:

GRATULATIONES PUBLICÆ ET VOTA
solemnia de servata per L. annos dignitate senatoria in
jubilæo HAUNOLDIANO anno MDCCX.
facta.

Vratislaviæ, apud Christ. Brachvogel, 1710, 4.

Alph. 1 pl. 4.

Rata & posteris omnino memoranda est ea felicitas, si quis mortalium dignitatem senatoriam amplissimam supra quinquaginta annos servaverit, & cum civium totiusque Republicæ suæ adplausu communi ornaverit. Obtigit ista felicitas, prorsus singularis, nostra ætate Duumviris valde illustribus, **HENRICO ESCHERO, & JO. SIGISMUNDO ab**

HAV-

TAB. I ad Suppl. Tom. V Sect. IV pag. 181

N^o. III.



N^o. VI.



HAV-

HAVNOLD: illi Reipublicæ Tigurinæ Consuli Seniori; huic autem S. Cæs. Maj. Consiliario & Reipublicæ Vratislaviensis Præsidi illustri. Uterque, meritis suis & senio onustus, fatis haut ita pridem concessit. Sed cum meritis *HAVNOLDI*, cujus gens illustris supra 367 annos Reipublicæ Vratislaviensi senatores amplissimos dedit, hic honos fuerit habitus, ut dum ille annum ætatis 75 supergressus, & præsidis munere per 19 annos jam functus, annum senatoriæ dignitatis 51 die quinto Martii 1710 ingrederetur, eodem die singulare *Jubileum senatorium* Vratislaviæ publico decreto fuerit celebratum & vota solemnia Haunoldo facta, juxta cum imaginibus numismatum, in memoriam hujus solemnitatis cuforum aut æri incisorum, in præsentem fasciculum collecta fuerint: rei istius memoriam in his etiam Actis ad posteritatem transferri pii cives voluere. Sistitur autem in hoc fasciculo, post Præsidis illustris effigiem, editorisque præfamen, primo loco *Samuelis de Kanigsdorff*, Reip. Vratisl. Syndici supremi, oratio pergravis, acuminibusque plena, quam, argumento a laude senectutis, cum dignitate senatoria & diuturna rerum experientia ac prudentia conjunctæ, deprompto, ex decreto Senatus in consensu publico ad *HAVNOLDVM*, Præsidem, prædicto die habuit, quaque finita eidem nomine Senatus numisma mnemonicum exhibuit. Pars anterior numismatis hujus Reipublicam Vratislaviensem repræsentat sub imagine femine sedentis, corona murali caput cinctæ, & dextra insignia urbis Vratislaviensis tenentis. Ad sinistram vero hujus femine urna aqualis, aquam effundens, Viadram notat fluvium, Vratislaviam alluentem. Supra caput femine leguntur verba: *JOSEPHI sub imperio*; ad pedes autem ejusdem femine: *S. P. Q. Vratislaviensis MDC CX, III Non. Mart.* Frontispicium partis posticæ exhibet insignia gentis illustris Haunoldianæ, juxta cum duabus ad utrumque latus coronis quercinis; quibus subjecta est hæc inscriptio: *Johann. Sigismundò ab Haunold, S. Cæs. Maj. Consiliario, Reipubl. Vratislav. Præsidi, quod novo exemplo anno ætatis LXXVI, senatoria dignitas L, in communem utilitatem superstes nobis relictus, solemnia*

TAB. I
Fig. I.

pra

pro eo concipientes vota gratulamur. Koenigsdorffii eloquentissimi, cujusque vis dicendi mascula & vere senatoria, ex panegyrico, in obitum divi *LEOPOLDI*, Imperatoris, auctoritate Senatus Vratislaviensis olim habito, orbi literario jam etiam innotuit, orationi succedit alia, quam *Daniel a Riemer & Riemberg*, Reip. Vratisl. Syndicus, nomine Syndicorum & Secretariorum ad eundem Praesidem illustrem multo cum rerum adparatu publice habuit. Hanc excipit oratio *Guiljelmi Petri Schraeeri*, J. V. D. qui materiam dicendi ex insignibus Reip. Vratislaviensis, beneficiisque divinis ei haecenus exhibitis, nactus, nomine Scabinorum reliquorumque Senatus membrorum Haunoldo, Praesidi, jubilaeum suum semi-seculare & senatorium eodem die publice est gratulatus. Die proximo Jovis, qui erat sextus Martii, auctoritate Senatus Vratisl. in gymnasio Elisabethano, moderante *Gottlob Krantzio*, Rectore & Bibliothecario, in Actu dramatico adplausus semisecularis eidem Praesidi factus est, cujus programma invitatorium & Synthesis, juxta cum odis decantatis, integre itidem in hoc fasciculo exhibetur. Die veneris Praesidi pluries laudato Collegium mercatorum, quod Vratislaviae floret, per *Jo. Rudolphum a Schreyvogel*, societatis suae seniores, congratulationem & vota in curia exposuit, oblato simul in lance argentea, munere numismatis mnemonici, ex auro & argento, numero sat multi fabricati. Postremum die dominica quadragesimae, qui erat nonus Martii, in templo Vratislaviensium Elisabethano *Caspar Neumann*, Ecclesiarum & Scholarum Vratislaviensium Inspector venerandus, concionem suam ordinariam cum excitatione solemnem & pia ad laudem divini nominis, e felicitate jubilaei senatorii Haunoldiani amplificandam, finivit; & a meridie ejusdem dominicae Chorus Musicus Elisabethanus solemnem vesperam suavique concentu toti jubilaeo colophonem gratum & devotum imposuit. Omnes actuum horum panegyres & vota solemnia, una cum privatorum multorum gratulationibus in fasciculo hocce exhibentur. Additae iisdem sunt delineationes sex numismatum, in memoriam jubilaei Senatorio-Haunoldia-

ni vel in auro & argento percussorum, vel æri incisorum; quæ inter quartum numero effigiem Præsidis illustris sistit basi cuidam quadratæ innixam. Ad dextram effigiei & baseos Astræa, cui a tergo tempus adstat, coronam civicam; ad sinistram vero Prudentia, quæ Senectutem a tergo habet, coronam lauream Haunoldo nostro porrigit. Supra effigiem relucet verba: *Vir secula Troica dignus*. Basis autem ipsa hanc epigraphen sustinet: *Johann. Sigism. ab Haunold & Rumberg, Reip. Vratisl. Præses*. In pede baseos: *A. M DCC X etat. LXXVI*. Sub basi: *Elect. Senator A. MDGLX. Præses factus A. M DC XCI*. In postica numismatis parte septem circumpositæ sunt arbores, cum adpensis totidem armis gentilitiis Præsidum Vratislaviensium. In medio autem harum octava quædam arbor, super reliquas omnes eminens, adpensum ostentat insigne Haunoldianum, cum hoc lemmate: *Tantum caput extulit una*. Ad radicem arboris apposita sunt hæc verba: *tot. V decennal*. In margine totius numismatis hæc exscripta leguntur verba: *Quinquaginta annos gesti monumenta Senatus*. Sed lubet numos omnes oculis representare, quos prolixius hoc loco describere super sedemus.

TAB. X
Fig. 4.

Fig. 1, 2, 3, 4,
5, 6.

Sonderbare und Curieuse Magen-Börste.

h. e.

PENICVLVS VENTRICVLI SINGVLARIS,
quo nempe ventriculus detergitur & expurgatur.

Lipsiæ, apud Joh. Theodorum Boëtium, 1711, 8.

Constat Plag. 1.

Mechanicum sistimus ventriculum a pituita aliisque facibus purgandi remedium: quo non sine successu usos esse complures ipsimet testamur. Quandonam & a quo inventum fuerit, non satis constat, nec a quo primum evulgatum sit, novimus. Constructio vero talis est. Stylus ACB ex filo orichalceo duplicato & satis spisso, postquam ean defactus

TAB. I.
Fig. 7.

A a

calorem

calorem lente expiravit, contorquetur, ita ut diametrum culmi adaequet. Longitudo ejus 26 digitorum. Et ne gula aut ventriculum ullo modo laedat, non modo filum orichalceum in A incurvatur; sed alio etiam filo sericeo obvolvitur. Ipse autem peniculus DEFG sub initium ex pilis ex barba caprarum evulsis, dein ex fetis equinis paratur, ubi ventriculo familiaris evasit. Antequam gula immittitur, aliquid vini cremati, praesertim Gallici, hauritur, cui haustus largior aquae fontanae accedere debet, & hac etiam peniculus imbuitur. Gula immissum ubi agitaveris, ventriculus aquam cum omnibus facibus per eam ejiciet.

BIBLIOTHEQUE CURIEUSE ET IN-
structive &c.

hoc est

BIBLIOTHECA CURIOSA, IN QVA AGI-
tur de diversis operibus veterum & recentiorum,
de litteratura & de artibus.

Tomi II.

Trevoltii, apud Joannem Boudot, 1704, 12.

Plag. 17½.

Non ignota sunt eruditis *Memoria Trevoltienses* singulis mensibus edi solita eodem consilio, quo a nobis haec *Acta Eruditorum* triginta jam per annos publicantur. Illas autoritate & auspiciis Serenissimi Principis de Dombes scribi coeptas esse, praesentis Bibliothecae Autor (quem Claudium Menestrierium esse creditum est, cujus & morte paulo post interruptam hujus Bibliothecae continuationem putant) certiores nos facit, cum in Dedicazione isti Principi facta, tum in exordio libri p. 1 & 2. Addit, eundem voluisse, ut & haec *Bibliotheca curiosa* ederetur eorum in gratiam, qui non ex professo, quod ajunt, litterarum studiis operam dant, & tamen notitiam rei litterariae nonnullam desiderant, qua uti queant cum doctis viris colloquentes. Etiam vero non erudi-
tis,

tis, sed rudibus consultum ire videri vult Autor: fatendum tamen nobis est, doctis quoque hominibus hujus libri lectionem haud fore inutilem, ut ex ejus recensione, quæ jam sequitur, elucebit.

Toto primo Tomo Autor quidem nihil aliud agit, quam ut instituti sui rationem explicet, capitaque, de quibus in sequentibus tomis acturus sit, describat ac recenseat. Attamen & hic multa sunt immixta rei litterariæ studiosos oblectatura. Nam *p. 14 sqq.* agit de iis, qui libros ediderunt sub titulo *Bibliotheca*. *P. 20, sq.* libros de instruenda ordinandaque bibliotheca scriptos affert. *P. 22 sqq.* libros de illustrioribus bibliothecis editos recenset. *P. 27 sqq.* scriptores ejus generis adducit, qui catalogos dedere librorum, in variis disciplinis, vel a certæ nationis aut professionis hominibus scriptorum: ubi tamen existimat, hujusmodi libros rectius *Nomenclatores*, quam *Bibliothecas* inscribi. *P. 25 sqq.* permultos libros rariore enumerat. *P. 26 sqq.* de *Musæis* agit, in quibus rariore res antiquæ, novæ asservantur, deque libris ea describentibus.

Tomus II in duodecim capita distinctus est, quorum *primo* generatim differit de variis librorum generibus, eosque in certas refert classes. *Cap. II* regulas quindecim tradit, quibus observatis majores fieri in studiis posse progressus censet. Inter alia jubet selectum facere librorum ac non nisi optimos quosque legere: in quavis disciplina præstantissimum habere scriptorem, cumque sibi reddere familiarissimum: frequenter interesse colloquiis eruditorum: quotidie semihorulam impendere ad singula, quæ per diem legeris audierisve, memoria repetenda. *Cap. III* de linguarum notitia comparanda agit. Ubi *p. 29* suadet lectoribus suis, ut addiscant linguam Italicam & Hispanicam, cum hæc duæ nationes sint politissima & ingeniosissima totius Europe. *P. 31 sqq.* præscribit generales aliquot easque utilissimas observationes, ad duas illas linguas facilius cognoscendas. *Cap. IV* de peregrinatione erudita instituenda præcipit. Hic in primis lectu digna est *Idea* peregrinationis per Italiam suscipiendæ,

quæ p. 48-78 proponitur. *Cap. V* de Manuscriptis vulgaria tradens, ineditam epistolam producit p. 89 sqq. qua historia coronationis Caroli VII, Gallia Regis, exponitur: unde refutari posse ait multos historicorum errores. *Cap. VI* de colloquiis eruditis agens, prædicat utilitatem Academiarum, seu doctarum illarum societatum, quarum maximus est in Italia numerus. Hac occasione p. 128 commendat lectionem epistolarum eruditarum, quippe quæ sint doctorum absentium colloquia. *Cap. VII* agit de Versionibus, Commentariis, Paraphrasibus, & de librorum editionumque collationibus. Qua occasione recenset p. 129-140 præstantissimorum autorum versiones Gallicas. *Cap. VIII* agit de Compendiis. Ubi p. 146 compendia historica non laudat, quippe cum potissimas circumstantias omittant. Ceterum capitum summaria & analyses valde judicat utiles esse ad eorum, quæ didicimus, facilem repetitionem. *Cap. IX* de collectionibus variarum rerum disserit, id est, de operibus, in quibus multa collecta exhibentur, e. g. Diarii Eruditorum, Sammarthiani Gallia Christiana, Ughelli Italia sacra &c. *Cap. X* agit de studiorum inter plures partitione: eaque occasione p. 153, 54, recenset Autores omnes notarum in libros in Delphini usum editos, inter quos hunc laborem dispertitus erat, qui tum Delphini teneram ætatem regebat, Dux Montausierus. Pari modo in Gallia Historia Romana per numismata & inscriptiones illustranda suscipiebatur: recensenturque a Nostro p. 156, 157 & 158 pensa singula, virique docti, quibus ea fuerant assignata. Sed interveniente bello consilium hoc successu caruit. *Cap. XI* disserit de exercitatione memoriae. *Cap. XII* agit de principiis scientiarum & artium in formam ludorum dispositis. Hic multa memorabilia exponit de ludorum antiquitatibus, maxime chartarum lusoriarum, quas tribus abhinc sæculis in Gallia repertas esse conjicit. P. 186 refert, Thomam Murnerum, monachum Argentoratensem, primum fuisse, qui scientias docuerit disci posse per usum chartarum lusoriarum, meminitque p. 189 libri A. 1629 Parisiis editi sub hoc titulo: *Chartiludium Logica seu Logica poetica vel memorativa.*

moravia R. P. Thomæ Murner, Argent. Ordin. Minorum. Opus, quod centum amplius annis in tenebris latuit, erutum & in apertam sæculi hujusce curiosi lucem productum, opera, notis & conjecturis Joannis Balesdens, in Senatu Gallico Advocati. Recenset & alios hujus generis Scriptores p. 189 sqq. Ipse tamen p. 197 judicat, ad studiorum profectum non magnopere utiles esse hujuscemodi libros.

JOANIS FRANCISCI BVDDEI, D. ET P. P.
Analec̃ta Historiæ Philosophicæ.

Halæ Saxonum, sumptibus Orphanotrophii, 1706, 8.
Alph. 1 pl. 10.

DElineationi historiæ Philosophicæ, quam celeberrimus Autor alibi tradidit, in nonnullis instar commentarii & uberius explicacionis inservire possunt undecim *μελετήματα*, quæ antehac in Academiis tum Salana tum Fridericana publico examini exposita fuerunt, & in hoc opere collecta junctim comparent. Primum agit de peregrinationibus Pythagoræ, ubi enarratis ejus itineribus in Phœniciam, Ægyptum & Babyloniam susceptis, de patria Philosophi, præceptoribus, Nazaratò inprimis, quem nonnulli cum Ezechiele unum eundemque faciunt, circumcissione, captivitate disseritur, & adversus Marshamum, Vossium patrem, ac Huetium disputatur. In secundo *Φιλόσοφος Φιλόμυθος* secundum Aristotelem lib. I Metaph. cap. 1 delineatus sistitur, & consuetudinem fabulis occultandi veritatem ab Ægyptiis, Mercurio præcipue, ortam, inde ad Chineses, Syros, Arabes aliasque gentes, Græcorum pariter ac Romanorum, propagatam esse probatur. Quatuor sequentia errores Stoicorum in philosophia morali detegunt, septimum vero Scepticismum moralem proponit, cujus arguuntur, vel qui summam hominis felicitatem in *ἐποχή* constituunt, vel qui jus naturæ, turpisque & honesti discrimen tollunt, vel qui disciplinis moralibus certitudinem denegant, vel qui ex consensu gentium honestatis fontem accersunt, vel qui recte fieri ajunt, quæcunque

cunq̄ue ex probabili opinione fiunt, vel demum qui in moralibus alias opiniones ad scepticismum ducentes fovēt. In octavo de superstitioso mortuorum apud Chineses cultu iudicium fertur, eaque occasione historia controversiarum, quæ partim inter Jesuitas & Dominicanos, partim inter Juræum & Arnaldum intercessere, commemoratur. Nonum representat Spinozismum ante Spinozam, & post recensitam doctrinæ Spinozianæ summam ex antiquis Philosophis Strattonem Lampfacenum, Xenophanem Colophonium, plerorumque Eleaticorum cohortem, Dinantii præceptorem Almaricum & plures alios Spinozismo patrocinari docet. In decimo de καθάρσεις Pythagoræo-Platonica, ac in ultimo denique de ἀσκήσεις Philosophica sive exercitatione ad majorem virtutis gradum acquirendum comparata, qua præcipue Philosophi, ut cæteris virtute præstarent, uti solebant, nonnulla afferuntur. Huic autem collectioni clarissimus Autor more suo Præfationem præmittit, ac in illa occasione primi *μειλίκεα* rationes chronologicas, quas antea non attigerat, Henricum Dodwellum, magni nominis Chronologum secutus, potissimum enumerat. Circa secundum monet, ex Jesuitarum ordine P. Tournemine, quem præcipuum *Memoriarum Trevoltiensium* Autorem esse constat, magno animo aggressum esse, ut origines fabularum, in quibus detegendis tot viri eruditi studiosè elaborarunt, exploratas redderet. Opiniones ejus in compendium mittit, quidve in iis vel admittendum vel rejiciendum sit, libere exponit, nec historiam controversiæ, de Confucii apud Chineses cultu Jesuitas inter & Dominicanos agitata, quam in octava exercitatione exorsus fuerat, pertexere omittit.

AUGUSTANA CONFESSIO BREVIORIBVS A-
phorismis illustrata, per CHRISTIANUM SPECH-
TIUM, Cœnobii Riddagesbusani
Abbatem.

Brunsvigæ, literis Zilligerianis, in 4.

Alphab. 1 plag. 15.

ET si perdoctæ plurimorum Theologorum, Mylii sigillatim, Mentzeri, Graueri, Hulfemanni, Carpzovii, Calovii, Pfeifferi, Alberti, aliorumque lucubrationes in Augustanam Confessionem existent, nec his doctorum Virorum laboribus quidquam derogatum velit Summe Reverendus Autor, nihilo tamen secius sibi etiam aliquid tentandum esse ratus, ad illustrandos sanctissimi symboli articulos animum adjecit. In quo instituto ita se gessit, ut textum imprimis ad emendatissima, quibus in Guelpherbytana & Rudolphina Bibliothecis potiri potuit, exempla, & ad binos præcipue codices exigeret ac recenseret, quorum alter in forma octavi ordinis, alter in forma quadruplicata A. 1531 prodiit. Deinde cum plerique, qui *invariata* Aug. Confess. subscribant, *variantam* Confessionem nunquam viderint, nec satis cognitum habeant, quid inter variatam & invariata discriminis interfit, ex Georgii Mylii *Augustana Confessione* partim, partim vero ex ipsius Melancthonis scriptis variationes, quæ in Mylio, ad septem abusus quod attinet, desiderantur, addidit, & de iisdem, ubi opus fuit, Mylii iudicium subjunxit. Ipsos articulos idoneis Scripturæ testimoniis confirmatos minutissima quasi anatome in certos Aphorismos distinxit, & articulorum scopo pressius inhærens, necessaria nec omisit, nec aliena admiscuit, omniaque ita confecit, ut colloquiis publicis inter Antistites & Pastores Dicecesanos in Ducatu Guelpherbytano, jussu & autoritate Serenissimorum Principum quotannis instituendis, inservire possint. Ceterum ut specimina ex hoc opere producamus, prorsus putamus supervacaneum.

M. JUNIANI JUSTINI EX TROGO POMPEJO libri XLIV MSS. Codd. collatione recogniti, annotationibusque illustrati.

Oxonii, e Theatro Sheldon. 1705, 8.

Plag. 20.

Qui

Qui jam pridem industriam suam eo retulit, V. C. Thomas Hearne, ut beneficio Codicum MSS. instituta accurata collatione veteres Scriptores pristinae integritati partim ipse vindicaret, partim aliis idem tentandi copiam, varietatibus lectionum sedulo annotatis, faceret; idem novum hujus instituti exemplum dedit, recognita hac Justiniani editione. In ea enim adornanda non solum præstantissimas quasque, quæ superioribus annis lucem viderunt, editiones consuluit, sed exaratos manu codices, quotquot Oxonium suppeditat, ad partes vocavit, ac, optima lectione in textum recepta, ceteras contextui in inferiori ora subjecit, & inter eas suæ lectionis plerumque causam reddidit, atque subinde ad aliorum Virorum doctorum auctoritatem provocavit. Ad exteriorem paginae oram Guilielmi Loydii, Præfulis Vigorniensis, Chronologiam, ex Annalibus Usserianis concinnatam, collocavit, in calce vero libri Prologos a Cl. Bongarsio editos extare voluit. Hos sequuntur notæ, numero paucae, sed dignæ quæ legantur, cum partim ad illustrandum, partim ad emendandum Scriptorem pertineant. Sic p. 289 vel Trogum vel Justinum memoria lapsum esse ostenditur, quando alteruter vel forte uterque Byzantium a Pausania primum exstructam refert, cujus originem Byzanti deberi, præter cetera argumenta, vel Byzantinorum numismatis probant, quorum alterum latus senile caput galeatum cum nomine ΒΥΖΑΣ representat. Ibidem castigatur Scriptores *αἰώνων* & *αἰώνων*, qui ante tempora Trojana urbem hanc exstructam sibi persuasit. De Sole, Persarum Deo, nonnulla p. 290 crudita monentur. Specimen quoddam vitæ Alexandri M. Latine descripta, quæ inter Codices Laudinos H. 39 existat, legitur p. 192, & videtur eadem esse cum ea, quam Sylvester Gyraldus, Caspar Barthius & Franciscus Juretus laudarunt. Nihil addimus, præterquam quod rogatus doctissimum Editorem, ut de vetustis Scriptoribus ita bene mereri pergat.

* * *

ACTORUM
ERUDITORUM,

Qua Lipsia publicantur,

SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. V.

HISTOIRE DU REGNE DE LOUIS XIII
Roi de France &c.

i. e.

*HISTORIA LUDOVICI XIII, GALLIÆ REGIS RES
gestas ejus ab A. 1610 usque ad A. 1643 complexa; Au-
tore MICHAELE LE VASSOR.*

Tomi X.

Amstelodami, apud Petrum Brunellum, T. I, II, III, 1701,
IV, 1702, V, 1703, VI, 1704, VII, 1705, VIII,
1707, IX, 1708, X, 1711, 12 maj.
Constat Alph. 17 & icon. plurimis.

Altor noster, gente Gallus, Reformatis Sacris in-
nutritus, relicta religionis causa Patria, in Angliam
profectus, Vice-Comiti a Woodstock, celebratissimi
Portlandiæ Comitibus filio, cui & Historiam hanc sacram es-
se voluit, a studiis Historicis, ad scribendam memorabilem
Historiæ Gallicanæ partem animum appulit, Ludovici XIII,
cognomine Iusti insignis, res gestas, conquestis undique sin-
gularibus ac fide dignis monumentis, L Libris, in X Volu-
mina redactis, accuratè diligenterque complexus. Diu
autem multumque in exornando perpoliendoque hoc Opere
elaboravit, nec minori fide quam studio ac labore usus, il-

B b

lad

lud perfecit. Quum vero ipse in erudita ac luculenta, quam ei præfigendam curavit, Præfatione, instituti sui rationem edidisset, operæ pretium fuerit, nonnulla hinc delibare, atque in rem nostram conferre. Quod eo cum primis spectabit, ut B. L. intelligat, quem usum fructumque ex lectione ejus percipere queat. Principio itaque bene sapienterque monet, Historiam, si cum cura & judicio legatur, optima excolendi animum hominumque actiones moderandi subsidia atque adminicula suppeditare, iis præsertim, qui in summo aut ab hoc proximis locis constituti, rebus belli pacisque tempore administrandis præficiantur. Quemadmodum vero peregrinantibus usu venire solet, ut plurimi, non ad formandos mores, animumque virtutibus excolendum, sed ad liberius vivendum, ac voluptatibus indulgendum, varias regiones peragrent, ac celebriores in iis urbes adeant: ita major hominum pars oblectandi se temporisque fallendi causa Historicorum veterum ac recentiorum monumenta pervolvunt, ex infinita exemplorum in iis occurrentium multitudine vix quicquam proficiens, neque eo se adigi facile patiens, ut misso vitiiis graphice in iis descriptis nuncio, virtuti atque honestati operari discat. Quo in antecessum observato de antiquioribus, Græcis Latinisque Scriptoribus, *Herodoto*, *Xenophonte*, cujus *Cyropædiam*, boni justique Principis ideam exhibentem, illius elegantissimi quidem sed fabulosi Autoris *Novem Musas* multis modis antecellere putat, *Thucydide*, *Polybio*, cordatissimis ac veritatis studiosissimis, *Tito Livio*, *Sallustio* ac *Tacito*, Romanæ Historiæ Triumviris celeberrimis, judicium fert, quæ fide ac dexterritate in condendis Historiis suis usi fuerint, sedulo percreset. Semetipsum autem, *Livii Tacitique* exemplum secutum, posthabitis rarioribus reconditisque, quas vocant, *Relationibus* ac *Memoriis*, omnis generis libros, ac melioris notæ Commentarios, in lucem jam emissos, quorum in Angliâ copiam habere potuerit, magno studio conquistasse, atque ad horum ductum Historiam rerum a *Ludovico XIII* Galliarum Rege gestarum continua serie perdu-

ctam

tam atque absolutam eum in finem literis mandasse, fidem nobis facit, ut Lectorum commodo atque utilitati quovis modo ac ratione, quantum in ipso esset, consuleret, neque incertis rumoribus eos falleret, aut lepidis fabellis detineret. Inprimis autem Taciti, qui summo judicio Annales suos consignavit, vestigiis insistere voluit, scopi potius & argumenti, quam styli ac mysteria affectantis, ut ipsi quidem videtur, scribendi generis ratione habita, sigillatim ostensurus, quomodo, post interfectum Henricum IV libertas, qua Galli ex parte adhuc gaudebant, prorsus sublata, Ordines Regni, Sacerdotes, Nobiles ac Populus oppressi, summaque & nullis limitibus circumscripta totique adeo Europæ nostræ ætate formidolosa Regum potestas fundata fuerit, captisque majoribus incrementis firmata. Obtestatur vero, se a partium studio alienum nihil gratiæ aut invidiæ odioque daturum, sed boni Historici officio fungentem, exactam veritatis, aut, ubi hanc assequi non licebit, verisimilitudinis rationem habiturum, ac maxime Richelium, qui tantis laudibus a Politicorum vulgo exceptus sit, Patriæ libertatem, & universæ Europæ tranquillitatem abominandæ ambitioni suæ sacrificantem, quem ceteroquin summis ingenii animique dotibus conspicuum fuisse, haud inficiatur, vivis coloribus esse representaturum. Ac fatendum omnino est, Autorem nostrum idoneis harum rerum arbitris se non solum candoris ac fidei sed & prudentiæ atque accurationis nomine probaturum facile esse: quippe qui ex hoc capite jure quodam suo promereri videtur, ut cum præstantissimis superiorum temporum Historicis, Sleidanis, Thuanis & Buchananis horumque similibus conferatur. Unde Ammiani Marcellini, magnæ fidei scriptoris, de Historia a se confecta loquentis verba, quæ libro ejus XXXI extant, apud Autorem nostrum in fronte Tomi X leguntur, & ita habent: *Opus veritatem professum nunquam, ut arbitrator, sciens silentio ausus corrumpere, vel mendacio: scribant reliqua potiores, atque doctrinisque florentes; sua quodammodo facere, atque ad præsentem Historiam accommodare, non*

dubitaſſet. Etenim popularium ſuorum facinora, ſi res ita fert, magna cum libertate animi reprehendit ac deteſtatur, neque eos ceteras Nationes, quæ plerorumque Gallorum ridentia & explodenda opinio eſt, multum antecellere, ingenue fatetur. Quid? quod Gentes, quas Galli, cultioris ingenii, ſolidioris iudicii morumque elegantia laudem vel principatum temere ſibi vindicantes, ſimplicium, incultarum ac male moratarum nomine traducunt, vera ſæpiſſime prudentia, ſubacto iudicio, laudabili contantia magnaque morum probitate longe multumque Gallos ſuperare, aperte ac palam profitetur. Ne vero quis forte exiſtimaverit, odio quodam ac ſimultate in Patriam & populares ipſum flagrare, propterea quod de Gallia ac hodierna Reipublicæ huius forma data occasione minus honorifice ſenſerit; fidem ſuam interponit, ſeſe, utut apud exteros degentem, optime nihilominus erga natale ſolum affectum eſſe, nihilque magis in votis habere, quam ut ſtatus ejus quondam feliciffimus florentiffimusque poſtliminio reſtituatur. Interea Regum, Machiavelliſticæ diſciplinæ alumnorum, ambitionem inauditam, tyrannidemque, quam in ſubditos contra jus faſque divinum æque ac humanum exercere cœperint, maximo pere deteſtatur, Galliamque multo feliciorẽ fore prædicat, ſi vicinos res ſuas ſibi habere patiatur, neque alienis provinciis inhiare pergat. Regis itaque gloriam & potentiam nullis legum vinculis adſtrictam, atque a Pſeudo-Politicorum vulgo miris læudum præconiis celebratam, non modo improbat, ſed & eundem, in ſubditos eorumque bona pro libidine ſua graſſantem, ſummaque imis miſcentem, in Tyrannorum numerum referre non obſcure videtur. Præſatione denique extrema ſubjungit, ſeorſim ſe ſingula Hiſtoriz ſuæ Volumina, quam junctim, publici juris fieri maluiſſe, partim ut Lectorum, a vaſtæ molis operibus perſequeſcentibus fere abhorrentium, tædio faſtidiove occurreret; partim vero, ut ex aliorum monitis, benevole ſecum communicatis, nonnulla addendi emendandive facultatem naniſceretur. Ceterum cum editis aliquot Tomis quidam non admo-

admodum magnifice de hoc opere censuissent, imprimisque Autor Gallus *De S. Remi* ejusque occasione Diarii Trevolientis Autores acrius in Nostrum invecti essent, causam suam præmissa Tomo VI nova Præfatione mascule egit; quam iis, quorum interest, evolvendam relinquimus.

Ad ipsam potius Historiam convertimur, in qua princepe quidem loco res Gallicanæ, ab ineuntis Sæculi XVII anno X usque ad annum ejusdem XLIII, in quem Ludovici XIII Regis mors incidit, gestæ continentur. Nihilominus tamen aliorum quoque Europæ Imperiorum, Regnorum ac Rerumpublicarum Historia, ad meliorem Gallicarum rerum intelligentiam cum his conferenda & consocianda, a Nostro subministratur; atque hinc Historiæ universalis elogium ac titulum tueri facile potest. Perspicimus itaque ex luculenta hac superioris sæculi ineuntis adultique Historia, ac veluti coram intuemur, Imperium Romano-Germanicum dînturno bello, Religionis præcipue causa moto, ac varia fortuna gesto, gravissime afflictum, & ad incitas fere redactum, subsecuta deinceps pace Monasteriensis novam quodammodo faciem conditionemque induisse. Deinde initia & causas debilitatæ ac fractæ potentæ Hispanicæ, vicinis suis olim vehementer metuendæ, observare licet. Porro Galliæ, caput extollentis atque arte potissimum & industria Cardinalis Richelii, gravioris potentæ & negotiorum Administri, emergentis, fortunam admirari poterimus. Purpuratus enim iste, callidæ & violentæ Politicæ præceptionibus usus, Regem suum domi, coercendo atque in ordinem redigendo regii sanguinis Principes Regni que proceres, potentem reddidit; foris autem, initis cum Suecorum Rege & Foederati Belgii Ordinibus foederibus, formidolosum effecit. Qua in re non parum adjutus fuit ab Arausionensium Principe bellicosissimo, Friderico Henrico, quocum Richelius diligens literarum commercium instituit, ac frequentavit. Singulare autem prudentissimi Principis hujus effatum, aut potius de præpotentibus in Europa Austriorum ac Burboniorum familiis Imperatoriis Regiisque vaticinium

animum extitit, dignumque, cui locum hic assignemus. Ille enim morti vicinus, posteros suos eadem ratione Gallicanæ potentia obicem aliquando posituros, qua ipse Austriorum ambitionem fregisset, vastissimasque Hispanorum spes in fumum abire fecisset, pronunciasse fertur. Quod sapientissimum effatum nostra ætate in gloriosissimo & æternæ memoriæ Anglorum Rege, Guilelmo Magno, hujus nominis III, quem liberatorem Europæ invictissimum grata semper, si quæ futura est, posteritas salutabit, complementum suum invenit. Tum vero legimus, Suecos, initio re nulla fere alia commemorabili, quam bellis, cum Danis, Polonis Moschisque actis, ac singularibus quibusdam in religionis in regnum suum introductæ ac defensæ negotio factis & eventibus notos; postea autem, duce Gustavo Adolpho, Rege scientiæ militaris peritissimo, e Septentrione movisse, atque ad liberandam Germaniam, tuendamque & conservandam in ea emendatiorem rituum doctrinam, cum exigua militum manu festinasse, nostramque Patriam a Ferdinando II Imp. Rom. graviter læsam ac conculcatam, & propemodum sub jugum, quod paullo liberalius Noster affirmare videtur, missam, victoribus armis brevi peragrassæ, atque a Mari Codano ad Rhenum usque victoriarum, ab hostibus Protestantium cœtui insensissimis reportatarum, cursum protendisse. Fufius quoque explicatur, qua occasione Fœderatum Belgium, ductu Mauritiæ ac Friderici Henrici, Arausiæ Principum, ac fortissimorum sua ætate belli ducum reliquosque facile omnes, si ab Ambrosio Spinola, incomparabili Hispanorum in Belgio Imperatore, discesserimus, scientia rei militaris superantium, Hispanis ereptum, magnoque animo & successu prorsus admirando in libertatem fuerit assertum. Neque hæc sola Hispaniæ fuit calamitas, quum & Catalaunia jugi, suafu Olivarii violatis privilegiis atque immunitatibus antiquitus sibi datis concessisque, impositi impatiens, arma ceperit, Regique Gallorum ultro se subjecerit; ac denique Lusitania, in provinciæ formam, pereunte in expéditione Africana Sebastiano, a Philippo II redacta,

ctæ,

ta, dominatum Hispanorum excusserit, Ducemque Bragan-
 tia, Joannem IV, e veteri Portugalliae Regum familia ori-
 undum, omnium suffragiis in Regem elegerit, solen-
 nique ritu coronatum renunciarit. Ex Anglicanis præ-
 terea rebus discimus, Jacobum I Theologorum certamini-
 bus, de religionis capitibus motis, sese immiscere, moxque
Contraremonstrantibus, mox *Remonstrantibus*, sive *Arminia-
 nis*, apud Batavos inclarescentibus, haud obscure favere, su-
 umque ipsius calamum adversus Ignatianos Patres, nomina-
 tim Bellarminum, R. S. Purpuratum, stringere, quam Re-
 gni negotia tractare, & de restituendo genero Septemviro
 Palatino serio cogitare maluisse: filium autem ejusdem
 & Regni heredem, Carolum, uxoris Gallicae mirae supersti-
 tionis feminae, cui emancipatus, & Jesuitarum vehementio-
 ribus consiliis abreptum, omnia perdidisse, vitæque tandem
 discrimen sibi met ipsi accelerasse. Quæ licet paullo aliter
 a Clarendonio Comite, cujus Historiam nuper recensuimus,
 referantur, præstabit tamen, Nostrum cum eo contulisse,
 propterea quod illustrium documentorum fide nitatur; il-
 le autem nonnunquam gratiæ prolixissimoque in Regem af-
 fectui quid tribuisse videatur. Denique quoad conversio-
 nes Septentrionis, Sigismundum Augustum, recens electum
 Polonorum Regem, desertis emendatæ religionis sacris, vio-
 latisque Ordinum Sveciæ privilegiis, superstitionis Roma-
 norum in patria iterum stabiliendæ haud temere suspec-
 tum, avito Regno pulsum, illudque patruo ejus Carolo da-
 tum, ac Pseudo-Demetrios, a Polonis furtos, in Russia in-
 terfectos esse, aliæque hujus generis, suo loco & tempore
 doctissimus Autor, perpetuo synchronismo, quem vocant,
 usus, copiose accurateque exponit. De reliquis cursim me-
 nemus, Bohemicas etiam, Ungaricas, Transylvanicas ac
 Turcicas res, Austriis Imperatoribus sæpe exitiosas, minime
 hic prætermittas fuisse. Sigillatim vero Historia hæc cum
 usum præstat, ut civilia juxta externaque Gallorum bella,
 prælia cruenta, munitissimas urbes, partim oppugnatas, par-
 tim vero mira constantia ac fortitudine defensas, ac Prote-
 stantes

animum extitit, dignumque, cui locum hic assignemus. Ille enim morti vicinus, posteros suos eadem ratione Gallicanæ potentiaæ obicem aliquando posituros, qua ipse Austriorum ambitionem fregisset, vastissimasque Hispanorum spes in fumum abire fecisset, pronunciaſſe fertur. Quod sapientissimum effatum nostra ætate in gloriosissimo & æternæ memoriæ Anglorum Rege, Guilelmo Magno, hujus nominis III, quem liberatorem Europæ invictissimum grata semper, si quæ futura est, posteritas salutabit, complementum suum invenit. Tum vero legimus, Suecos, initio re nulla fere alia commemorabili, quam bellis, cum Danis, Polonis Moschisque actis, ac singularibus quibusdam in religionis in regnum suum introductæ ac defensæ negotio factis & eventibus notos; postea autem, duce Gustavo Adolpho, Rege scientiæ militaris peritissimo, e Septentrione movisse, atque ad liberandam Germaniam, tuendamque & conservandam in ea emendatiorem rituum doctrinam, cum exigua militum manu festinasse, nostramque Patriam a Ferdinando II Imp. Rom. graviter læsam ac conculcatam, & propemodum sub jugum, quod paullo liberalius Noster affirmare videtur, missam, victoricibus armis brevi peragrassæ, atque a Mari Codano ad Rhenum usque victoriarum, ab hostibus Protestantium cœtui insensissimis reportatarum, cursum protendisse. Fufius quoque explicatur, qua occasione Foederatum Belgium, ductu Mauritiæ ac Friderici Henrici, Arausiæ Principum, ac fortissimorum sua ætate belli ducum reliquosque facile omnes, si ab Ambrosio Spinola, incomparabili Hispanorum in Belgio Imperatore, discesserimus, scientia rei militaris superantium, Hispanis ereptum, magnoque animo & successu prorsus admirando in libertatem fuerit assertum. Neque hæc sola Hispaniæ fuit calamitas, quum & Catalaunia jugi, suafu Olivarii violatis privilegiis atque immunitatibus antiquitus sibi datis concessisque, impositi impatiens, arma ceperit, Regique Gallorum ultro se subjecerit; ac denique Lusitania, in provinciæ formam, pereunte in expeditione Africana Sebastiano, a Philippo II redacta,

Æta, dominatum Hispanorum excusserit, Ducemque Bragan-
 tia, Joannem IV, e veteri Portugallia Regum familia ori-
 undum, omnium suffragiis in Regem elegerit, solen-
 nique ritu coronatum renunciarit. Ex Anglicanis præ-
 terea rebus discimus, Jacobum I Theologorum certamini-
 bus, de religionis capitibus motis, sese immiscere, moxque
Contraremonstrantibus, mox Remonstrantibus, sive Arminia-
nis, apud Batavos inclarescentibus, haud obscure favere, fir-
 mumque ipsius calammum adversus Ignatianos Patres, nomina-
 tum Bellarmionum, R. S. Purpuratum, stringere, quam Re-
 gni negotia tractare, & de restituendo genero Septemviro
 Palatino serio cogitare maluisse: filium autem ejusdem
 & Regni heredem, Carolum, uxoris Gallicæ miræ supersti-
 tionis femina, cui emancipatus, & Jesuitarum vehementio-
 ribus consiliis abreptum, omnia perdidisse, vitæque tandem
 discrimen sibi met ipsi accelerasse. Quæ licet paullo aliter
 a Clarendonio Comite, cujus Historiam nuper recensuimus,
 referantur, præstabit tamen, Nostrium cum eo contulisse,
 propterea quod illustrium documentorum fide nitatur; il-
 le autem nonnunquam gratiæ prolixissimoque in Regem af-
 fectui quid tribuisse videatur. Denique quoad conversio-
 nes Septentrionis, Sigismundum Augustum, recens effectum
 Polonorum Regem, desertis emendatæ religionis sacris, vio-
 latisque Ordinum Sveciæ privilegiis, superstitionis Roma-
 norum in patria iterum stabilendæ haud temere suspec-
 tum, avito Regno pulsum, illudque patruo ejus Carolo da-
 tum, ac Pseudo-Demetrios, a Polonis fukes, in Russia in-
 terfectos esse, aliaque hujus generis, firo loco & tempore
 doctissimus Autor, perpetuo synchronismo, quem vocant,
 usus, copiose accurateque exponit. De reliquo cursim mo-
 nemus, Bohemicas etiam, Ungaricas, Transylvanicas ac
 Turcicas res, Austriis Imperatoribus sæpe exitiosas, minime
 hic prætermittas fuisse. Sigillatim vero Historia hæc cum
 usum præstat, ut civilia juxta externaque Gallorum bella,
 prælia cruenta, munitissimas urbes, partim oppugnatas, partim
 vero mira constantia ac fortitudine defensas, ac Prote-
 stantes

aniam extitit, dignumque, cui locum hic assignemus. Ille enim morti vicinus, posteros suos eadem ratione Gallicanæ potentia obicem aliquando posituros, qua ipse Austriorum ambitionem fregisset, vastissimasque Hispanorum spes in fumum abire fecisset, pronunciasse fertur. Quod sapientissimum effatum nostra ætate in gloriosissimo & æternæ memoriæ Anglorum Rege, Guilelmo Magno, hujus nominis III, quem liberatorem Europæ invictissimum grata semper, si quæ futura est, posteritas salutabit, complementum suum invenit. Tum vero legimus, Suecos, initio re nulla fere alia commemorabili, quam bellis, cum Danis, Polonis Moschisque actis, ac singularibus quibusdam in religionis in regnum suum introductæ ac defensæ negotio factis & eventibus notos; postea autem, duce Gustavo Adolpho, Rege scientiæ militaris peritissimo, e Septentrione movisse, atque ad liberandam Germaniam, tuendamque & conservandam in ea emendatiorem rituum doctrinam, cum exigua militum manu festinasse, nostramque Patriam a Ferdinando II Imp. Rom. graviter læsam ac conculcatam, & propemodum subjugum, quod paullo liberalius Noster affirmare videtur, missam, victricibus armis brevi peragrassæ, atque a Mari Codano ad Rhenum usque victoriarum, ab hostibus Protestantium cœtui inferentissimis reportatarum, cursum protendisse. Fusius quoque explicatur, qua occasione Foederatum Belgium, ductu Mauritiæ ac Friderici Henrici, Arausiacæ Principum, ac fortissimorum sua ætate belli ducum reliquosque facile omnes, si ab Ambrosio Spinola, incomparabili Hispanorum in Belgio Imperatore, discesserimus, scientia rei militaris superantium, Hispanis ereptum, magnoque animo & successu profus admirando in libertatem fuerit assertum. Neque hæc sola Hispaniæ fuit calamitas, quum & Catalaunia jugi, suasu Olivarii violatis privilegiis atque immunitatibus antiquitus sibi datis concessisque, impositi impatiens, arma ceperit, Regique Gallorum ultro se subjecerit; ac denique Lusitania, in provinciæ formam, pereunte in expeditione Africana Sebastiano, a Philippo II redacta,

da, dominatum Hispanorum excusserit, Ducemque Bragan-
 tia, Joannem IV, e veteri Portugalliae Regum familia ori-
 undum, omnium suffragiis in Regem elegerit, solen-
 nique ritu coronatum renunciarit. Ex Anglicanis pra-
 terea rebus discimus, Jacobum I Theologorum certaminibus,
 de religionis capitibus motis, sese immiscere, moxque
Contraremonstrantibus, mox *Remonstrantibus*, sive *Arminia-*
nis, apud Batavos inclarescentibus, haud obscure favere, su-
 umque ipsius calanum adversus Ignatianos Patres, nomina-
 tim Bellarminum, R. S. Purpuratum, stringere, quam Re-
 gni negotia tractare, & de restituendo genero Septemviro
 Palatino serio cogitare mahuisse: filium autem ejusdem
 & Regni haeredem, Carolum, uxoris Gallicae mirae supersti-
 tionis feminae, cui emancipatus, & Jesuitarum vehementio-
 ribus consiliis abreptum, omnia perdidisse, vitaeque tandem
 discrimen sibi met ipsi accelerasse. Quae licet paullo aliter
 a Clarendonio Comite, cujus Historiam nuper recensuimus,
 referantur, praestabit tamen, Nostrum cum eo contulisse,
 propterea quod illustrium documentorum fide nitatur; il-
 le autem nonnunquam gratiae prolixissimoque in Regem af-
 fectui quid tribuisse videatur. Denique quoad conversio-
 nes Septentrionis, Sigismundum Augustum, recens electum
 Polonorum Regem, desertis emendatae religionis sacris, vio-
 latisque Ordinum Sveciae privilegiis, superstitionis Roma-
 norum in patria iterum stabilienda haud temere suspen-
 dum, avito Regno pulsum, illudque patruo ejus Carolo da-
 tum, ac Pseudo-Demetrios, a Polonis fultus, in Russia in-
 terfectos esse, aliaque hujus generis, suo loco & tempore
 doctissimus Autor, perpetuo synchronismo, quem vocant,
 usus, copiose accurateque exponit. De reliquis cursim mo-
 nemus, Bohemicas etiam, Ungaricas, Transylvanicas ac
 Turcicas res, Austriis Imperatoribus saepe exitiosas, minime
 hic praetermissas fuisse. Sigillatim vero Historia haec cum
 usum praestat, ut civilia juxta externaque Gallorum bella,
 praecia cruenta, munitissimas urbes, partim oppugnatas, par-
 tim vero mira constantia ac fortitudine defensas, ac Prote-

stantes

stantes in Gallia quidem oppressos, in Ungaria tamen, Germania, & Foederato Belgio fultos animadvertamus, ac praefertim in Gallia, quae *Parliamenta* vulgo dicere consueverunt, Nobiles, Clericosque cum universo populo servitii jugum subiisse, Regem, moderandis negotiis imparem, Ministrorum arbitrio totum se permisisse, necessariisque, Matri, Conjugi ac Fratri, omnibus infensorem, hunc ad conciliandos sibi domi ordines quosdam & quaerenda foris pro defensione sua hostium Galliae auxilia vel invitum adegisse, Principes ac Proceres regni, administratam, Rege infra legitimae aetatis annos adhuc constituto, a Regina matre Republicam, nimiamque Richelii auctoritatem aegerrime ferentes, specioso salutis publicae conservandae titulo motus excitate, atque Reformatos, violatis & abrogatis edictis ac diplomatibus, in quibus de religionis securitate cautum ipsis fuerat, pro tuenda conscientiae libertate ac salute sua arma tandem capessivisse, rectius distinctiusve intelligamus. Accedit, quod virtutum vitiorumque exempla magno hic numero suppeditentur. Videmus enim ac dolemus, nequissimos amplissimis saepe compensari praemiis, summas dignitates pessimorum atque enormium flagitiorum fieri mercedem, multos vitam ac bona sua indignissime redimere, & Cardinalis Richelii, ambitionis non minus quam vindictae miserrimi mancipii, gratiam ac favorem exemplo ad omnem posteritatis memoriam infami aucupari. Ex contraria autem parte gaudemus & laetamur, virtutis ac meritorum aliquando, etsi rarius, rationem haberi, maximosque honores a quibusdam, religionis sanctitate pariter ac morum probitate ductis, semel iterumque negligi & generoso animo contemni, eodemque ignominiosissimae mortis admirabili ac profus heroica constantia subire supplicium, nec ullis minis praemiisque eo adduci posse, ut amicos turpiter trahant aut superbissimo Ministro obsequantur. Istud vero singulare, ac laude inprimis dignum in Autore nostro reputamus, quod Scriptorum, quos consuluerit, mentionem ingenue, prout bonum virum decet, fecerit, atque ut eo majorem dictis viris

Lector

Lector habeat, fontes, e quibus hortulos suos irrigaverit, studiose indicarit, variorum Autorum nominibus ac monimentis in ora libri accurate adscriptis. Ac ne ullum præstantissimo operi ornamentum deesset, lectissimis atque in æs elegantissime incisus Imperatorum, Regum, Principum, belliducum, aliorumq; summorum Virorum, de quibus sermonem instituit, imaginibus & figuris ornari ac locupletari librum curavit. His itaque generatim observatis, acquiescere nunc & copiosiori singularium rerum factorumque enumeratione superledere possemus. Ne vero hac etiam in parte officio nostro plane defuisse videamur, distinctius quædam annotabimus atque huc transferemus, ut Lectori B. facilius persuadeamus, ipsum in consulenda ac perlegenda memorata Historia oleum & operam, quod ajunt, nequaquam esse perditurum. *Historiæ* igitur *Ecclesiasticæ* studiosi *Loiolitarum* artes & perniciosas opiniones passim hic legent, & *Mariana*, Hispani *Jesuitæ*, librum *de Rege & Regis Institutione* inscriptum, plurimaque in summorum Principum, ac nominatim *Henrici III.* G. R. a *Monacho* necati, majestatem injuriola atque execranda dicta complexum, & *Probabilissimi* monstrum incrustantem, jussu *Parisiensis* Senatus publico in loco a carnifice igni subjectum; *Bellarmini* autem foetum ingenii, de *Romani Pontificis in Rebus Temporalibus Potestate*, adversus *Jacobum* *Britanniæ* Regem scriptum, in *Galliæ* Regno divulgari, auctoritate publica prohibitum fuisse, deprehendent. De *Reformatorum* quoque *Conventibus*, religionis causa institui solitis, ac *Synodis Nationalibus*, quarum pleniorum & omaibus numeris absolutam *Historiam* *B. ITTIGIUS* noster ex *Actis* & documentis *authenticis* consignare voluit, multa singularia & notatu digna in medium proferuntur, quantasque turbas doctissimi *Philippi Mornæi* de *Mysterio Iniquitatis*, sive *Historia Papatus*, libellus in *Romanensium* cœtu excitarit, utque a *Theologis Sorbonicis* acri censura notatus fuerit, longius percensetur. *Mornæus* autem invidendis laudum præconiis a Nostro ornatur, judicii-que, candoris, prudentiæ, variæ doctrinæ, diviniioris huma-

Tom. I.
P. 46, 47.

92, 93.

13 199.

548.

morisque elogio celebratus, cum præstantissimis quibusque
 Græciæ ac veteris Romæ Heroibus, qui virtutibus suis sem-
 piternam nominis memoriam consecuti sunt, diserte com-
 paratur, ipsumque Aristidem & Catonem, at quantos viros,
 p. 561. justitia ac probitate morumque gravitate longe multum-
 que superasse, perhibetur. Qui vero in Gallia Pontificiis
 graviter vexabantur Reformati, apud Batavos, orto memo-
 221 sqq. rabili hodiæque durante *Arminianos* inter & *Gomaristas*
 439 sqq. de nonnullis maximi in Religione momenti capitibus, acer-
 rime se invicem oppugnare cœperunt. Cujus *Schismatis*
 initia atque incrementa, *Remonstrantiumque* & *Contra-Re-*
monstrantium contentiones ac machinationes a Nostro
 Jacobi Arminii & asseclorum moderationem animi insignem
 non mediocriter laudante, Francisci autem Gomari ac soci-
 orum vehementiam, ac simultates minime dissimulante, non
 224. indiligenter exponuntur. Cujus controversiæ arbitrum sese
 præbiturus Jacobus I Angliæ Rex, præpotentes Fœderati Bel-
 gii Ordines per Legatum suum monuit pariter atque horta-
 tus est, ut Arminianos, novæ Sectæ conditores, mature co-
 ercerent, Academiamque Leidensem, in qua complures Ang-
 gli studiorum causa degerent, ab iis purgarent. Scriptis e-
 nim ad ordines literis, Arminium *hostem Dei*; Vorstium au-
 tem, Sociniani veneni haud-obscure suspectum, & Remonstran-
 tium commendatione fultum, qui, Sue infurto accersitus, in
 Arminii locum sufficiens erat, *Arheum* conceptis verbis
 nuncupabat, hujusque libros publice prostantes Londini,
 235- Oxonii & Cantabrigiæ in ignem conjiciendos curabat. Ad
 extremum etiam, nisi Vorstium, perniciosissimorum errorum,
 quorum, ex scriptis ejus sua manu collectorum, catalogum
 suppeditabat, propagatorem, rursus ex Academia & terris
 suis expellerent, ab *Ecclesiæ* ipsorum *Communione* se recessu-
 rum esse, conminabatur.

Politicarum rerum cupidi potissimum observare poterunt,
 245, sq. Sigismundum Augustum, recens tum creatum Sarmatarum
 Regem, acceptæ coronæ Polonicæ, plus splendoris quam po-
 testatis habentis, mox pertæsum, Henrici III Galliarum Regis
 exemplo

exemplo, in paternum Sueciæ Regnum perlibenter redire voluisse, si per Polonos id integrum ipsi extitisset. Britannos autem præmaturus Henrici, Jacobi Regis filii majoris, non sine veneni suspitione interfecti, obitus maximo dolore affecti, propterea quod Principem hunc juventutis, tanquam alterum Germanicum, Amorem & Delicias suas salutarent. Etenim Protestantium Sacris addictissimus, summo Romanenses odio prosequeretur, populumque Anglicanum, se Rege, privilegiis ac libertatibus suis ex animi sententia gavissimum esse, indiciis minime fallentibus testatum faciebat. Itaque omnes, virtutes ejus vere regias maximopere suspicientes, veterum Angliæ Regum, subditos suos imponere amanti, quam Scotorum, sui que ipsius Parentis, avaritiæ vitio nimium dediti, similiorem futurum fuisse, palam que aperte profitebantur. Memoratu vero in primis dignum est, quod generoso animo præditus, assentatorem, ad recuperandum extincto Henrico IV Galliarum Regnum, hujusque filio, annis adhuc minori, eripiendum, hortantem durius exceperit, seque Ludovicum XIII adhuc puerum adversus omnes aggressores, facta sibi potestate, defensurum esse, raro moderationis ac justitiæ exemplo pronunciarit. Accedit, quod funestum memorati Henrici, qui sacro lavacro ablutum eum susceperat, ex hac vita discessum etiam atque etiam defleverit, alterum Parentem, sub cujus auspiciis scientiam militarem discere voluisset, amisisse, confessus.

p. 346 sqq.

314

350.

Atque hæc fere sunt, quæ ex primo luculentæ hujus Historiæ Voluminae speciminis loco in medium afferenda duximus. Reliqua autem non minorem rerum observatu dignissimarum copiam B. L. subministrabunt. Ex ultimo tantum Tomo cursim vel unicum illud annotare lubet, quod Anna Guevara, prudentissima foemina, suavis hortatuque Regiæ, Philippum Hispanorum Regem, cujus nutrix fuerat, miserrimum, Olivario summæ rerum præfecto, Regni sui statum conditionemque, quod nemo Consiliariorum metu Comitum ante illam ausus erat, palam & aperte edocuerit. Quod felicissimo cum successu præstitit,

T. X P. II.
p. 741 sqq.

tit, atque ex hoc capite promeruit, ut Thecoenſi mulieri, cujus divinioreſ Annales II Sam. XIV mentionem fecerunt, multo ſapientiſſimæ æquipararetur.

C. A. H. UBERIOR ILLUSTRATIO VOCIS

διχοτομῆν ex Matth. XXIV, 51.

Cum hujus Anni MDCCXII M. Jan. p. 26 & 27, confuta Martianzi opinione, meam expoſuiſſem iſthoc de loco ſententiam, Vir doctus nescio quis, ἀνωνύμως miſſa ad Virum quendam Cl. diſſertatiuncula, diſſenſum ſuum ſignificavit, additis, cur mihi non adſtipuletur, rationibus. Ad quas cum reſponſio firma eſſet in promptu, majorem illi loco lucum inferendam & ut compendium fieret ex diſſertatiuncula, objectiones bona fide excerpendas, exiſtimavi.

Anonymo videtur τὸ τέμνειν apud Arrianum & Homerum ſignificare graviorem, quam ſervilem illam flagelli poenam. Vellem id probaſſet. Nam Arriani locum plane miſſum facit: ab Homero autem ait *induci Ulyſſem tanquam valde iratum mulieri peſſima quaque minantem*. Provocat ad noſtratē linguam, qua ira perciti dicant: ego te fruſtillatim diſcerpam. Addo, Latinos quoque ita loqui. Vide Curtium VI, 11, 8. Sed ab Homeri quidem loco id alienum eſt. Neque enim Ulyſſes ait: *te ſecabo*; ſed *berus te tuus ſecabit*. Præterea probandum erat, τέμνειν ſignificare *diſcerpere*. Hoc nec probavit Anonymus, nec probavit. Ego vero probavi, τέμνειν aliquando ſignificare *flagello aliquem verberare*. Ille quidem me ſatis id probatum dediſſe negat. Sed miror, oculos ejus effugiſſe loca Cypriani ac Prudentii a me adducta, quibus manifeſto dicitur *ſcindere & ſecare aliquem flagello*, hoc eſt, τέμνειν. Producam nunc plura loca, idque eo libentius, quo rarior eſt ſignificatus ille. Ovidius in Ibin v. 185: *Sic tibi de furiis SCINDAT latus una FLAGELLO*. Vis ſcire, quid ſit *ſcindere latus flagello*? Audi eundem ipſum Faſtor. II, 695: *Qui mihi crudeli laceravit verberare terga*. Alter teſtis accedat Tibullus,

bullus, lib. I eleg. 10 v. 22 scribens: *Intorto verbera terga SECA*. Per *intorta verbera* denotat flagellum. Sic eleg. 7 v. 52 dixerat: *verbera torta timet*. Qua occasione obiter noto, apud Ovidium carmine citato v. 161 pro *verbera torta* male reponi a nonnullis SÆVA. Nam, quid sint *verbera torta*, jam constat ex Tibullo. Tertium autorem cito Silium Italicum, qui lib. I v. 35 *verbera lacerum scindentia corpus* dixit. Prorsus idem hujus vocis usus est, cum *glacies* dicitur *secare* pedes, id est, dilacerare, vulnerare: item, cum *vepres* *secare* dicuntur corpora transeuntium pecorum. Utrumque Virgilius habet: & quidem Georg. III, 444 existat: *Hirsuti secuerunt corpora (ovium) vepres*, & ecl. X, 49 *glacies aspera secare plantas* dicitur, id est, pedes dilacerare, vulnerare, ut recte exponit Minellius. Unum addo, nostrates etiam τὸ τέμνειν usurpare de verberibus, cum dicunt: *der Schulmeister hat den Jungen wacker zerhauen*. Atque ita satis probari significatum vocis *secare* & τέμνειν de verberibus, atque adeo etiam de flagellorum, poena, quæ ferorum erat propria.

Anonymum tamen prævideo his probationibus nondum acquieturum. Nam ut *Largiar*, inquit, *denotare τὸ τέμνειν utroque in loco (Arriani & Homeri) servilem istam flagellorum poenam: inde tamen neutiquam sequitur, compositum διχοτομῆν idem significare. Hoc enim denotat aliquid in duas aequales partes secare, cum τέμνειν tantummodo no- tet secare*. Sed hoc certe leve est. Etenim τέμνειν & διχοτομῆν propterea sint synonyma oportet, quod omnis sectio sit *διχοτομία*, hoc est, divisio in duas partes. Unde & nostrates dicunt in *zwey schneiden / in zwey hauen / in zwey spalten / in zwey reißen* / etiam cum non est sermo de partibus æqualibus. At Anonymus, fortasse sequens auctoritatem Henrici Stephani, (in Thes. L. Gr.) putat, *διχοτομίαν* esse solam dissectionem in duas partes *æquales*. Sed unde id confirmabitur? Δίχα divisionem significat, sed non necessario divisionem in partes æquales. Imo Hesychius & Phavorinus in Lexicis aperte contradicunt, *διχοτομήματα*

τα & τμήματα conjungentes pro synonymis. Pollux quoque meminit, quatuor anteriores dentes, scilicet molares, Græcis dici διχασήρας οδόντας. Jam vero dentes cibum haud sane scindunt in æquales partes. Imo διχα notare quamvis divisionem in partes, adeoque διχοτομεῖν & τήμνειν posse esse synonyma, ex eo patet, quod Pollux eosdem dentes, qui διχασήρας appellantur, dici etiam refert τομείς. Illud vero facile largior, emphaseos quiddam inesse in διχοτομεῖν, ut sensus sit, *τοτο corpore lacerare aliquem verberibus*, ut loquitur Justinus Hist. lib. 1 cap. 10 n. 15, qui idem *laceratum verberibus corpus* dixit II, 8, 7. Neq̄ aliud inter τήμνειν & διχοτομεῖν intercedit discrimen, quam inter *lacerare & dilacerare Rempublicam*, quorum utrumque est in Cicerone. Atque hæc eadem emphasis inest Homeri verbis: *ἴνα σ' αὐδὶ διαμυλαῖσι τάμνησιν*. Est enim hoc per tmesin Poetis frequentissimam positum pro *μυλαῖσι διατάμνησιν*, id est, ut toto corpore per omnia membra te flagello laceret.

Anonymus pergit, ajens, si vel maxime probari a me posset, τήμνειν significare aliquando *flagellis aliquem cedere*, ac τήμνειν & διχοτομεῖν esse posse synonyma: tamen non optime huc quadrare meam interpretationem, eo quod nullam prorsus cum ea, quam Christus per hanc similitudinem intendit, impiorum pœna haberet proportionem. Sane profecto (ita pergit) non ita clementer cum iis, quos incautos judicium opprimeret extremum, agatur, utpote qui ad inferos detrusi exquisitis cruciatibus æternum excarnificabuntur. Vellem, sui magis memor fuisset Vir doctus. Ita non incidisset in eundem errorem, quem ipse merito in Martiano reprehendit. Initio enim suæ dissertatiunculæ recte monet, hunc aliosque complures *ad id solummodo, quod hac similitudine Christus innuit, oculos intendisse*. Christus enim per τὸ διχοτομεῖν non describit pœnam æternam impiorum, sed pœnam ab hero inflictam infideli servo. Quem admodum talis ab hero flagello cæditur: sic Deus improbos aliquando non quidem flagellis, sed aliis gravissimis pœnis afficiet. Vulgatum est illud: *Simile non extendendum*

dupa

dum ultra certium comparationis. Fortasse in hunc errorem Anonymum induxit mentio stridoris dentium, qui a multis refertur ad descriptionem æternæ poenæ. Sed id potius pertinet ad poenam maleferiati servi, qui in frigidum & caliginosum conjectus carcerem, dentium stridorem sentiat necesse est. Pari modo Matth. XXII, 13 & VIII, 12 improbi homines in externas tenebras conjecti leguntur, stridorem dentium ejulatu miscentes: quod accurate interpretatur Hieronymus, ad Matth. VIII, 12 scribens: *quia, qui a domino foras expellitur, (addo, & in carcerem conjicitur tenebrosus) lumen relinquit, idcirco exteriores tenebrae appellatae sunt.* Adi Clericum Art. Crit. P. I c. 1 §. 3 n. 2, ubi eundem in modum *externas tenebras* exponit: & Bibl. sel. T. XIX p. 422 sq. ubi contra Cl. Burmanni censuram recte tuetur suam sententiam.

Hactenus satis pro mea mihi sententia dixisse videor. Ceterum Anonymus suam quoque de isthoc loco subjecit opinionem. Judicat nimirum, *esse hic synacdochen speciei, Christumque tam crudelis supplicii speciem nominantem indicare gravissimam poenam, qua verus sceleratum servum sit interfecturus.* Facile suam cuique sententiam relinquo. Sed cum non sit boni interpretis, ad tam violentam expositionem confugere, nisi forte ea ex locis parallelis confirmari queat, vel aliæ eam rationes persuadeant, vereor, ut multi suam faciant Anonymi sententiam. Locus enim, quem affert ex Historia Sulannæ v. 55 & 59, huc non facit. Fit enim ibi allusio ad nomina arborum, quæ hoc genus poenæ memorandi causam præbuere. Nec ad seria trahi debet nugatorius ille literarum lus, profectus quippe ab homine Judæo, eoque satis inepto & vervecum in patria nato. Ad postremum Viro docto gratias ago, quod lucidius exponendæ sententiæ meæ, tenebrarumque, quæ & aliis Lectoribus oboriri poterant, dissipandarum occasionem mihi supeditavit. Illud unum de Arriani loco, supra p. 27 recitato, addiderim, τὸ ἔτιον a Scheggio, cujus totam Arriani versionem magnorum navorum accusat Casaubonus Epist.

9 p. II, (edit Grav.) male redditum esse *medium dividet*. Debebat vertere *secabit* vel *dissecabit*, si verbo inhaerere voluisset: sin sensum exprimere, *verberibus cadet*.

AN HISTORICAL PREFACE.

i. e.

**PRAEFATIO HISTORICA CHRISTIANISMO PRIMA
aero resuscitato praemissa: cum Appendice, qua con-
tinetur actionis Auctori in Academia Cantabrigien-
si intentata, ejusdemque ex ea expulsionis Hi-
speria; Autore GUILIELMO
WHISTON, A. M.**

Londini, impensis Auctoris, 1711, 8.

Plag. 18.

UT prolixam, quam exhibemus, Praefationem Operis novi, quod sub *primaevis Christianismi resuscitati* nomine molitur, Editioni praemitteret V. Cl. Gvil. Whistonus, duae ipsi persuasere rationes. Altera quidem, ut Reverendissimo Cantuariensium Archiepiscopo ceterisque ejusdem Provinciae Episcopis Clericisque in Synodo Provinciali (Convocationem vocant) tum congregatis, quibus libellus hic inscriptus est, causae suae operisque, quod meditato ~~ex~~amen serio commendaret. Altera, ut Lectores majoris operis hac veluti apologetica narratione prepararet, & quomodo ad ea paradoxa, in quibus asserendis laborat, invenienda ac defendenda pervenerit, explicaret. Primam itaque in doctrinae de S. S. Trinitate momenta curatius inquirendi occasionem sibi datam esse refert, cum A. 1708 ad amicorum desideria Methodum studii Theologici, ex parte publici juris factam inter Sermones & Conatus (de quibus diximus Supplem. T. IV Sect. IX p. 369) scripto componeret. Nempe cum in eo pariter scripto & inter colloquia amicorum, quae ipsi jam tum suboluerat, hodiernae de Trinitate fidei a trifecularis primitivae Ecclesiae doctrina insignem diversitatem libere perstrinxisset,

xisset, & quantos ad motus ea res spectaret, liquido intellexisset, tum quidem, inquit, visum sibi esse, omni studio in id incumbendum, ut de tota re ex antiquitate Ecclesiastica divinaque quicquid possit haberi lucis, sibi compararet. Enimvero non in modernis Controversiarum libris, (*magna ista, ipsius sunt verba, impostura Christiano Orbi fieri solita melioro,*) eam quaerendam esse ratus, bis perlecto P. 3.
 Novo Fœdere, relectisque cum cura omnibus, qui supersunt, Scriptorum Catholicorum usque ad finem secundæ Sæculi libris fragmentisque, quicquid ullo modo ad hanc doctrinam spectans invenerat, excerptum separatimque descriptum collegit. Quin, ne quicquam, quod modernis doctrinis favore videretur, ipsi elabi posset, percurrere *Defensionem Fidei Nicænae Georgii Bulli*, ejusque testimonia cum ipso Patrum textu collata excerptare non gravatus est. Quæ dum agit V. Cl. novam ac valde insolentem fert sibi occurrisse alicubi assertionem, qua *Christum humanam vel rationalem* 5. 6.
animam a λογῶν distinctam habuisse negaretur, quamque postea compererit, ut notum est, Arianis olim ac Apollinari in singularibus fuisse. Eam quidem doctrinam novitate ipsa placuisse V. Cl. verisimile est, cui proinde si quid non dissimile in Ecclesiasticis monumentis invenerat, id diligenter se notasse, atque in ea mirum in modum confirmatum se fuisse fatetur. Etenim subito visus est Viro docto omnia ista destruere *Justini Martyris* locus Apolog. II, vulgo Ima, p. 48, qua diserte ille docet, τὸν Φανέντα δι' ἡμᾶς Χριστὸν γεγονέναι ἢ σῶμα ἢ λόγον ἢ ψυχὴν. Istam vero dubitationem, inquit, sustulit examen rei illius accuratius, quo comperisse se ait, *semper antiquorum eam fuisse sententiam, hominem tribus constare partibus, præter σῶμα, & ejus ψυχὴν sive animam sensitivam, instructum etiam πνεύματι, qua sit anima rationalis & τὸ ἡγεμονικὸν reliquorum.* Hancque ipsam hominis in tres partes divisionem ipsi Justino fuisse pro vera agnitam, persuasit sibi Vir doctus ex fragmento Martyris e libro de resurrectione, quod exhibuit *Græbius Spicileg. T. II p. 192*, ubi σῶμα, ψυχὴν ἢ πνεῦμα in resurre-

surrectione hominis memorat. At vellemus hac in re, ut hoc monere liceat, non nimis facilem fuisse fidem Viro docto, qui si verba Iustini adspexisset cum cura, statim videre poterat, Martyrem non loqui de hominibus universis, sed de iis tantum, qui per fidem Dei Spiritum accipere ac retinere. Verba enim sunt: *δικος γὰρ τὸ σῶμα ψυχῆς, πνεῦμα δὲ ψυχῆς οἶκος. Τα τρία ταῦτα τοῖς ΕΛΠΙΔΑ ΒΙΔΙΚΡΙΝΗ ΚΑΙ ΠΙΣΤΙΝ ΑΔΙΑΚΡΙΤΟΝ ΕΝ ΤΩΙ ΘΕΩΙ ΕΧΟΤΣΙ σωθήσεται.* Atque his folis regeneratis, non vero reprobis Spiritum præter *σῶμα ἢ ψυχὴν* unice tributum fuisse a Patribus primævis, docere poterat Virum doctissimum Irenæus illustri loco L. II adv. Hær. C. LXII, ubi postquam dixisset: *πάντες οἱ ἐγγραφέντες εἰς ζωὴν ἀναστήσονται, ἴδια ἔχοντες σῶματα ἢ ἴδιας ἔχοντες ψυχὰς, καὶ ἴδια ΠΝΕΥΜΑΤΑ, ΕΝ ΟΙΣ ΕΤΗΠΕΣΤΗΣΑΝ τῷ Θεῷ,* atque ita Sanctis Spiritum vindicasset, mox de reprobis, nulla Spiritus mentione facta, *οἱ δὲ τῆς κολάσεως ἄξιοι,* subjungit, *ἀπελεύσονται εἰς τὴν αὐτὴν ἢ αὐτοὶ ἴδιας ἔχοντες ψυχὰς ἢ ἴδια σῶματα, ἐν οἷς ἀπέστησαν ἀπὸ τῆς ἰσθῆς χάριτος.* Quam in rem conferre poterat V. Cl. eundem krenæum L. V C. VII, VIII, IX, XII proluxe hæc eadem edifferentem. Nisi forte satius visum est V. Cl. stare Clementis Alexandrini auctoritate, qui primus, quantum meminimus, inter Ecclesiasticos *δύο πνεύματα, τὸ τε ἡγεμονικὸν ἢ τὸ ὑποκείμενον* in homine admittit, eaque ipsa a τῷ ἀγίῳ πνεύματι τῷ διὰ τῆς πίστεως προσηγομένῳ distinxit Strom. L. VI p. 681 A. Quamquam & hæc in allegorica dictione Clemens inseruerit, & præterea ipsa verba ejus videantur innuere, non ut diversa principia vel partes Hominis, sed ut diversas Facultates ejusdem partis, quæ *ψυχὴ* in universum est, considerasse ista duo Clementem, quomodo sane in Philosophia Platonica compertum est, Homine non nisi in Corpus & Animam diviso, Animæ duas facultates τὸ ἡγεμονικὸν ἢ τὸ παθητικὸν tributas fuisse. Interea de istius sententiæ Arianae certitudine persuasus V. Cl. eamque in interpolatis Ignatii Epistolis deosculatus, imo in Athanasii de Incarnatione Verbi libro

libro invenisse eam sibi visus, nimium quantum de re tanti momenti detecta sibi ipsi se esse gratulatum prodit. Atque adeo porro progressus in Scrutinio suo circa idem tempus bene multas Quæstiones Virorum doctorum meditationi proponendas collegit, quas hic inferit; nos præcipuas hic observabimus. Sunt illæ: Ubi Pater, Filius, & Spiritus S. vocantur *unus Deus* in Scripturis, vel primitivis maxime Patribus? Ubi Christus *proprie aequalis Patri Deus, supremus, Creator, omnipotens, μέγας Θεός, Θεός ἀληθινός, εὐλογητός Θεός, Θεός αἰώνιος, ὁ μόνος Θεός, Θεός ζών, Θεός ἐπὶ πάντων*, in iisdem dicitur? Ubi in iisdem quicquam de substantia vel essentia Dei habetur, vel de τῷ ὁμοσίῳ Filii, & qua nova revelatione nixi vocem ὁμοσίος consecrarunt Patres Nicæni, quam rejecerant diserte antea Patres Antiocheni? Quomodo æqualitas Filii & Patris, quæ tempore Origenis (c. Celf. L. VIII p. 387) error erat ex paucorum incogitantia ortus, & æterna generatio Filii, ipsi etiam Synodo Nicænz incognita, hodie fundamentis Fidei accensentur? Quomodo hæresis Cerinthi, negantis, divinam Christi naturam passam esse, hodie orthodoxiæ nomine venit? Ubi Spiritus S. directe vocatur *Deus* vel *Dominus* in Scriptura, vel maxime primævis Patribus? Quis unquam Christianorum ante Synodum Nicænam ausus est *invocare* Spiritum Sanctum? Quomodo Symbolum, Athanasio vulgo adscriptum, temporibus regnantis Anti-Christi compositum, adhuc apud Protestantés est norma fidei? Cur Socinianos querimus humanas ratiocinationes disertis testimoniis opponere, qui fidem de Filii æqualitate itidem mere humanis ratiociniis contra æque diserta testimonia Joh XIV, 28, Matth. XXIV, 36 fulcimus? Cur Polemici moderni nunquam recte dispexere de notionibus vocum Θεός, υἱός μονογενής, αἰδιος, αἰώνιος, ψυχή, κτίσειν, κτίσμα, ποιῆν, ποιήμα, γενῶν, &c. nec eas hodie eodem sensu accipiunt, quo in primis Ecclesiæ atatibus eas acceptas fuisse constat? His ita propositis, incidit V. Cl. in Novatiani de Trinitate libellum, cumque ille mire ipsum, ut ait, in sententia confirmasset, tum vero id multo lucu-

P. 9, 10, 11.

- lentissime factum, inquit, ubi circa id tempus nunquam antea ipsi viz Constitutiones, quæ vocantur Apostolicæ, in manus illius pervenere. Certe nunquam se ita attonitum fuisse, donec vixit, ait Whistonus, quam cum illas plenas characterum Canonice autoritatis, & nihilominus tamen tantopere orbi Christiano ignoratas, legeret, sibi que ipsi vehementer succensuisse, qui jam dudum Ordinibus Sacris initiatus inestimabilem librum ne vidisset quidem, nedum manibus trivisset. Per has itaque ultra omnem dubitationem plane confirmatus, rem ad binos Archiepiscopos deferre constituit, quorum utrique, datis Cantabrigiæ 17 Julii 1708 eodem exemplo, quod libello huic inferuit, literis, generatim suum dissensum a moderna doctrina, suumque candorem probare, ac de commodissima rem ad publicum Ecclesie judicium deferendi methodo consilium explorare conatus est. Ultriusque responsa sequuntur, quibus breviter, at summa cum humanitate dehortantur ab instituto Virum doctum, *δουλέας Φεγγιδακ* commendant, novitatis nimium studium natura ipsi insitum ut caveat, monent, ac cumpri-
 13 19. mis, quicquid collegerit de hac doctrina, sibi communicari rogant. His Vir Clariss. subjungit, quæ ipsi intercessere de hoc argumento cum doctissimo sene Gvil. Lloyd Episcopo Wiltornienfi, Literas, a quo Whistonus d. 30 Jul. 1708 de rumoribus Socinianismi ab ipso adoptati sollicitatus, mox respondit, alteraque vice 8 Sept. 1708. ab eodem admonitus, Literas valde, ut ipse V. Cl. fatetur, acuminatas reposuit, probrosum esse Protestantium Ecclesiis Symboli, Athanasium præ se ferentis, rectius Vigilio Tapfensi adscribendi, sub Anti-Christi dominio compilati, usum conquestus, multaq; de autoritate Constitutionum Apostolicarum prædicans, ac Episcopo aversum a tam exitio opere animum non sine acerbitate exprobrans. Quibus quas regessit venerandus Senex mense Aprili 1709 literas, illæ quidem & pietatem & amorem & humanitatem & eruditionem doctissimi Præsulis affatim loquuntur, suntque copiosæ ac prolixæ. In quibus præter ea, quæ de invocatione Spiritus S. ex 2 Cor. XIII,
 26 27 28. 34.

14 eruditè urgentur, id potissimum observari meretur, quod de *κακωπλασία* mangonis illius, qui nobis Constitutiones Apostolicas formavit, singulari exemplo fuscè demonstrat. Cum enim in illis L. V C. XIV introducatur Joannes passionis Christi historiam enarrans, hæc cum Joannis Evangelio collata ab hoc mirum quantum ac persæpe non sine *ἀπορία* discedere ostendit. Neque minoris momenti est, quæ sequitur, responsoria Cl. Whistoni 14 April. 1709 data. In ea enim præter alia habes Ideam Operis, quod Vir doctus de autoritate Constitutionum Apostolicarum conscripsit, præloque paratum habet. Eas quidem circa initium A. D. 64 in secundo Apostolorum Concilio generali Clementi dictatas, ac per eum ad 19 Episcopos totidem Ecclesiarum Apostolicarum, *secreti ac sacri fidei cultus & disciplina Christianæ Canonis instar*, missas eaque ratione per omnes ætates usque ad Seculum XI agnitas citatasque, seculo demum XI a Papa vel ejus Legato abrogatas, ab Athanasio corruptas, & in miseram epitomen, qua fraudem fecerit Æthiopicæ Ecclesiæ, quæ eam pro Sacra adhuc habet, contractas, medio Seculi IV, quousque in secretis per disciplinam arcani latuerant, ad redarguendas novitates tum in Ecclesia obortas, demum publici juris factas, esse semperque fuisse in Canone Librorum Sacrorum, reliquisque æquiparatas, ac in Occidente hinc & inde interpolatas & mutatas *ὑποθέσεων* studio, cum in Oriente vera lectio ut plurimum servata sit, hæc inquam omnia se brevi *irrefragabili prorsus* argumentorum vi demonstraturum recipit. Ac si qua sit in corpore isto *τῶν διαταγῶν* interpolatio, inquit, illa non magis potest irritam reddere earum autoritatem, quam *crassa illa*, verba ejus sunt, *interpolatio Cap. V prioris Epistolæ Joannis v. 7*, absque omni Codicum Græcorum præsidio, absque omni citatione Cypriano antiquiore, cujus & citatio, ait, dubia est, admissa contra omnem reliquorum testimoniorum fideique antiquæ analogiam. Subjungit his alia magis privata, narrationem nempe de iis, quæ inter Cl. Grabium & se intercesserant, tum etiam Literas D. Sam. Bradford, Ministri Eccles. Londinensis, ad se & suas.

p. 36 seq.

47.

48.

51-66.

ad illum ultro citroque datas. Quas statim excipit exemplum secundæ V. Cl. ad utrumque Archi-Episcopum cum Collectaneis suis sub initium anni 1709 missæ Epistolæ, qua, quod viventem tum adhuc Episcopum Asaphensem Georg. Bullum persæpe in Commentariis suis *ερεβλόγητος* reum egerit, excusat, duo vero ab Archi-Episcopis gravissime contendit, primum ut collectanea ista serio & ab affectibus libero examini iudicioque omnium doctorum commendentur, alterum ut usus Symboli, quod dicitur, Athanasiani in Liturgia Anglicana abrogetur, a nemine, ut ait, sine *dubitante*, si non profus *veniente conscientia* pronuntiandi, imo inter præcipua Anti-Christianæ Ecclesiæ *βδελύγματα* referendi. Ea Epistola responso caruit, Collectanea vero, ab Archi-Episcopis ad Wigorniensem Præfulem, ad Grabium, Potterum, Clarkium, Bradfordium, aliosque Theologos Anglos delata, per biennium tamen ne minima quidem in re ab iis fuisse refutata, inquit, ex quo constet, re vera iis, responderi quod possit, profus non inveniri. Interea medio anni 1709 accusatum se fuisse narrat V. Cl. a Ministro Ecclesiæ Parochialis Cantabrigiensi, in qua Catecheticam Lectionem pomeridianam Whistonon commiserat Reverend. Episcopus Eliensis, quod & doceret ea, quæ Catechismo recepto adversarentur, & nuper in prælegenda, quæ vocatur, Litania publice invocationem Spiritus S. & gloriosæ Trinitatis profus omiserit. Hæc vera sibi impingi crimina falsus Whistonus, binis Episcopum Eliensem adit Literis, quibus, præterquam quod ipse munere modo nominato evitandi scandali ergo se abdicat, id præcipue notabile est, quod *hæc veluti Chirographa*, verba sunt ipsius, *solemniter profiteatur, spondeatque, si vel decima pars ejus numeri testimoniorum, quem ipse pro Arianismo paratum habeat, adduci possit pro fide hodie recepta, se crematurum infelices chartas suas, neque unquam Ecclesiam Christianam iis esse turbaturum.* His Epistolis subjuncta habes, quæ spectant ad breve de Epistolis Ignatii Tentamen, Suppl. T. V Sect. IV p. 159 recensitum, cum Epistola Whistonon ad Academiam Cantabrigiensi Procancellarium, qua rem Viris doctis in
ista

p. 67 sqq.

71 73.

75 sqq.

76

81 sqq.

ista Academia examinandam diligenter commendat. Sequitur inde Forma Baptismi administrandi a Viro docto ex Constitutt. Apost. L. III C. 17, 18, L. VI C. 15, L. VII C. 22, 39-45 collecta & ab ipso, ut retulimus jam Anno superiore p. 558, in infante suo baptizando adhibita, aliorumque imitationi hic integra proposita. Eodem tempore V. Cl. lecta Athanasii Vita, quæ a Bernhardo de Montfaucon operibus ejus est addita, suspicionum adversus Athanasium Capita collegit, quorum, ne nimis simus prolixi; præcipua tantum memorabimus. Nempe eum, qui parti uni mordicus addictum, imo partis caput in tanta controversia se gesserit, qui Meletianæ hæreseos originem ex odio prorsus aliter, quam Epiphanius, tradiderit, qui sanam doctrinam a se ipso in Libris contra Gentes & de Incarnatione, ante controversias scriptis, traditam sciens mutaverit, qui fabulosissima calumnia Arsenium denigraverit, qui novitatibus suis autoritatem fictis Antonii miraculis conciliare quæsierit, qui Arii mortem horrendam finxerit, quæ testimonia Origenis, Dionysii Alexandrini, Theopompæ prorsus sublestæ fidei suspectissima, & ea quidem sola, pro sua doctrina produxerit, qui Antiochenam Synodum cum Nicæna de τῷ εὐαγγελίῳ consensisse impudenter asseruerit, Hosii moribundi resipiscentiam & talia innumera confinxerit, eum Athanasium nullam fidem mereri apud honestos Viros, contendit. Paulo post supervenit ipsi cum Ministris Cantabrigiensibus circa mutandas in Psalmis poetice expressis & ad usum Scholarum adaptatis doxologias contentio, cujus Historiam hic subjungit, tandemque tertix ad Archi-Episcopos Epistolæ exemplum superaddit. Ea vero Epistola absolvisse se, quicquid ad reformandam Ecclesiæ fidem spectet, profitetur, ac quandoquidem toties frustra; ab Archi-Episcopis flagitatum publicum istius rei & honestum examen per metum, ut ait, & placendi hominibus studium non obtentum fuerit, nec deinceps obtineri posse videatur, non posse se aliter cum conscientia sua transigere, quam ut libros & veritates Christianismi hæctenus incognitas a se detectas publici juris faciat. Præterea non posse se aliter vel suæ existimationi vel Ecclesiæ commo-

p. 89 sqq.

98 sqq.

109 sqq.

113.

do consulere, quam publicatis suis ad Archi-Episcopos aliosque literis eorumque responsis. Denique, ne ullo modo *παραίσιος* reus esse possit, quam primo omnium conscripserat, Hypotyposin primitivæ fidei, *Account of the primitive Faith*, ultimo loco in publicatione Operis se reservaturum, ut, si quidem obtineri possit interea examinis opportunitas, res adhuc sit in integro. Cum vero neq; ad has literas quicquam responsi acciperet V. Cl. tum se existimavit & conscientiæ & paci Ecclesiæ, quantum in se erat, ita consuluisse, ut cum libertate jam posset publicare, quæ paraverat. Ante tamen quam id effectum daret, mense Septembri anni 1710 Oxonium profectus cum Viro Arabismi peritissimo, magnum itineris hujus fructum se cepisse arbitratur. Præter ea enim quæ minoris sunt momenti, testimonia, pro Constitutionibus Apostolicis Autoris antiquissimi & forte *Θεοπέτυς*, inquit, *Libri secundi Esdræ*, in Arabico MS. istic obvii eoque & correcti & confirmati, inventa, cum primis (verba ipsius repetimus) rem inestimabilem sibi visam, duo MSta Arabica vetusti illius sacri que fidei nostræ libri, qui *Doctrina Apostolorum* nomine venit, & Eusebii tempore cum Barnaba, Herma, imo & Apocalypsi eodem numero habitus, ab Origene tanquam Apostolicus citatus, sed his ætatibus in Occidente deperditus fuit, se reperisse existimat. Eum librum cum *διαταγῆς* collatum inquit se comperisse excerptum esse ex his, ut plurimum verbotenus, & in Præfatione Apostolos ipsos aperte significare, quod antea sibi jam aliunde suboluisse dicit, *διαταγῆς* non nisi in quibusdam Ecclesiis repositas, neque publicatas fuisse, at hanc *διδαχὴν*, tanquam Epitomen authenticam pro ædificatione omnium fidelium omnibus Ecclesiis fuisse traditam. Et huc usque quidem, hoc est ad finem Octobris anni 1710, Historiæ hoc filum perduxit Vir doctissimus, cui adjuncta est appendix loco Narratio Expulsionis V. Cl. ex Academia Cantabrigiensi. Citatus nempe ille d. 22 Octob. 1710 coram Magistratu Academico, & de Doctrinis Ecclesiæ Anglicanæ fidei contrariis publice in Lectionibus Catecheticis anni 1708, nec non in pri-

privatis sermonibus sparſis admonitus, ut vi ſtatuti Academiae XLV, de Concionibus, vel recantaret, vel excluſionem ab Academia Cantabrigienſi ſubiret, multa non tam circa rem ipſam, quam circa modum actionis ſibi intentatae iniquum monuit, iterum iterumque Academiam univerſam ad Collationem amicam invitavit, denique, ſi quid fuerit a ſe anno 1708, ad quem omnia teſtimonia accuſatorum potiffimum ſpectabant, admiſſum, id omne Reginae mandato, quo univerſalem veniam criminum A. 1709 promulgari fecerat, ad actionem juris ſuſtinendam irritum redditum eſſe contendit. Quae tamen non obſtitere, quo minus Whiſtonus d. 30 Octobr. 1710 Magiſtratus Academici decreto ſolenni, iſto corpore exulare juberetur. Acta omnia integra inſeruit V. Cl. quibus acerbam de ſtatu Eccleſiae Anglicanae querelam ſubjungit, ſuamque & conſcientiam & pacis ſtudium ſatis ſed fruſtra ſe probaſſe, in Epilogo additis votis contendit.

A PARAPHRASE AND NOTES &c.

i. c.

PARAPHRASIS ET NOTAE IN EPISTOLAS PAULI ad Galatas, utramque ad Corinthios, ad Romanos & ad Ephetios. Praefixus eſt Tractatus de methodo intelligendi Epistolae Pauli conſultando ipſum Apoſtolum.

Londini, apud Joh. Churchill, 1709, 4.

Alph. 2 plag. 7.

PROdiere haec Paraphraſes quidem jam A. 1706 & 1707 ſeparatim, quae hac ſecunda Editione conjunctae exhibentur, viſum tamen eſt, etſi ſerius ad nos pervenerint, eas non penitus praeterire, cum quod minus cognitae ſint inter ciſmarinos, tum quod Autoris celeberrimi, de quo ſaepe in Actis hiſ dictum eſt, Johannis Lockii ſint foetus poſtremus. In praeliminari, qui praefixus eſt, Tractatu Autor Cl. ante omnia inquiri in cauſas obſcuritatis, quae eſt in Epistolae Pauli, inter quas internis accenſentur ipſa ratio Epistolici

E c

ci

ci styli, circumstantiarum, cum qua conflictamur, ignorantia, styli in N. T. Græci singularitas, ipsius Pauli naturalis temperies & animi indoles fervida & meditationibus abundans, frequens personæ loquentis mutatio, denique objectionum & responsionum inter se combinatio. Externæ causæ duæ memorantur, altera divisio earum in capita & versus inconvenientissima, & accommodata plerumque huic divisioni & lectio & interpretatio dictorum Apostoli, altera ab ipsa juventute nemini non tradita omnium dictorum ad unius cujusque Sectæ placita detorsio. His obscuritatibus ut lucem fœneraretur Lockius, quam viam inierit, docet. Primo non separatim Capita singula Epistolæ perlegi debere satis persuasus, nulla habita ullius distinctionis ratione, uno spiritu unamquamque totam a capite ad calcem perlegit, omni studio scopum scribentis & scopi prosecutionem observans, eamque lectionem multoties ita repetens. Qua occasione refutat eos, quibus nescio quo fato nimis est persuasum, Epistolas Pauli non esse nisi discursus vagos nulloque nexu præditos, neque ibi argumentationes cohærentes, aut filium ratiocinationis continuæ esse quærendum. Sane id non convenire cum scopo Dei, qui eum elegerat, ut prædicaret apud gentes, non cum educatione ipsius in omni eruditione sacra pariter & profana, non denique cum ipsis orationibus ejus, quas habemus in Actis, plenas argumentationibus & nexu rerum, docet. Equidem *πισταὺς λόγος*, politam nempe dictionem, stylum quæsitum, phraseologicæ studium, periodos ad amussim exactas, transitiones artificiosas, & valde methodicam scrupulosamque partium dispositionem, non inveniri in illis Epistolis, at certe cohærentiam sermonis & directam partium ejus omnium ad scopum ultimum collineationem eminentissime in istis sese exerere contendit. Quare eam observatam in plerisque locis ambiguis indubitato fere sensum verum demonstrare probat, non tamen ita, ut non hinc & inde per phrasas obscuras, opiniones istorum temporum nobis ignotas, allusiones ad ritus hodie deperditos & alia, quædam loca prorsus

prorsus remaneant dubia, in quibus nihil certi valeas definire. Alterum, quod observat, medium intelligendi scripta Paulina omnia, plurium locorum, quibus de una eademque re agitur, sedula, attenta & præjudiciis sectarum vacua collatio, qua fere nunquam non vel obscurissime dictis lux veluti nova possit affundi. Hac methodo usus, quicquid a se inventum hic tradit, sine ulla ἀναμαρτησίας opinione, animo sincero & veritatis ubique amante ad communem ædificationem se consecrare significat. Ipsa Paraphrasis in diversas Sectiones ab Autore divisa est, quoties videbatur filium singularum argumentationum ad metam esse perductum, præmissa ubique Synopsi totius Epistolæ, qua de occasione & scopo cujusque differitur, & adspersis ubique notis. Nos exempli loco ex omnibus quædam Specimina delibabimus. Epistola ad Galatas eo fine a Paulo scripta est, ut Auditores hos suos a subeundo legis Mosaicæ jugo graviter dehortaretur. Cap. I v. 4 τὸν ἐν ἑσῶτα αἰῶνα πονηρῶν accipit profudaica natione in eo statu, in quo tum erat constituta, qui erat πονηρῶς, quatenus ea opponitur τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοσι, statimque v. 6 per τὸν καλίσαντα ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ, intelligi vult ipsum Paulum. Ibidem v. 10 πείθειν reddit, (to make his Court to one,) assentari, vel arreperere favori cujusdam, & comparat hoc cum Act. XII, 20, ubi dicitur: πείσαντες Βλάσων. Cap. II v. 14 observat, τὴν ἀληθειαν τῆς εὐαγγελίης sumi hic & per totam Epistolam pro libertate a Legis Mosaicæ jugo per Evangelium prædicata. Cap. III v. 16 egregie ostenditur, quæ sit vis argumentationis Apostoli, cum dicit, promissionem factam esse non τοῖς σπέρμασιν, ὡς ἐπὶ πολλῶν, nempe duobus forte feminibus, quorum alterum sit ἐκ πίστεως, alterum ἐκ νόμου, sed unico τῷ σπέρματι σε, femini, quod sit ex fide in Christum. Ibidem v. 20 difficillimum locum: μεσίτης ἐνός θεοῦ ἐστίν, ὁ δὲ θεὸς εἷς ἐστίν, ita explicat: Apostolus in eo versatur, ut demonstret, foedus cum Abrahamo factum non potuisse rescindi per legem, quippe ea, inquit, data est per Mosen mediatorum inter Deum & Israelitas tantum.

tum una pars erat in foedere Abrahamitico pangendo, at altera pars, semen scilicet Abrahami, non aderat, quippe quod constaret ex omnibus Gentibus, cum hic tantum Israelitæ adessent, & eorum tantum nomine ageret Moses. Enimvero cum Mediator unius partis non esse possit, nisi consentiente tota parte altera, Deus vero tantum adesset in promulganda Lege, tanquam pars una, ab altera vero parte tota nihil esset Mosis in mandatis datum, non potuit hæc ejus mediatio ullo modo spectare ad abrogandam promissionem. Versu 27 in phrasi: *Χρῆς δὲ ἐν ἰνδύσασα* singularem elegantiam observat, respiciendo ad v. 16, ubi *τὸ σπῆμα* dicitur esse *ὁ Χρῆς*. Nam, inquit, ut hoc eo facilius intelligerent, monet eos, quod proficundo fidem Christianam, veluti vestimentum induerint Christum, ut Deus eos jam respiciens, nihil nisi Christum videat, quo undique velut sint operti, quomodo homo vestimentis tegitur, sintque omnes *εἰς ἐν Χρῆσιν Ἰησοῦ*. Cap. IV monet, probe observandas esse in sermone Apostoli diversitates personarum, quibus diversos quoque status partim Judæorum partim Gentium ante tempus *ὑιοθεσίας* completum describi docet. Nempe a v. 1-5 uti Apostolum voce *ἡμεῖς*, de suo quippe & Judæorum omnium statu pupillari sub Lege loquentem, inde vero a v. 7-9 *ὕμεις* dicere, ut ostendat se de Gentium nunc, ut v. 6 docet, adoptatarum, sed temporibus *ἀνοχῆς* itidem Lege impuberum, sub servitute habitis ea omnia asserere. V. 18 *ἀγαθὸν ἐν κτλῶ πάντως*, de persona esse accipiendum, *bonum est amare fervide Virum bonum*, (qualem me antea habuistis v. 15) *semper, non tantum, ubi presens sit*, ex contextu docet. Ad priorem ad Corinthios progredimur, quam A. D. 57 scriptam duabus primariis partibus consistere ait, quarum altera defendat Apostolus suam existimationem doctrinamque contra obrectationes Pseudo-Apostoli Judæi, altera ad Quæstiones diversas Ecclesiæ ipsius respondeat, monstratur. Ut vero de indole Notarum constet, pauca iterum exempli loco adducemus. Cap. IV. 28 per *τὰ μὴ ὄντα* intelligi vult gentiles, qui quemadmodum Populus Dei non erant, ita quasi *μὴ ὄντες* censebantur a Judæis, qui tanquam *ὄντες* ἢ gloriabantur, quos

VCRD

vero Deus *κατήγγησεν*. Ita Cap. II v. 6 vicissim per *τὰς ἀρχούσας τῷ αἰῶνος τὰς τέττα* notari censet Principes, Doctores, Optimatesque nationis Judaicæ, cum *αἰῶν ἔτος* sæpe hoc sensu opponatur *הכבד ליעולם* quod est Novum Testamentum, scopusque Apostoli sit, ut gloriationem Corinthiorum de Pseudo-Apostolo Judæo inanem redderet, monstrando, tantum abesse, ut inflata ista Judæorum scientia in cognitionem mysteriorum N. T. eos deducat, ut potius ipsi *ἀρχούσας* eorum Christum cruci affixerint, jamque in eo sint, ut brevi dicantur *οἱ καταργημένοι*. Ad C. III v. 17 monet, illum Pseudoapostolum, quem redarguit, haut dubie patrocinatedum fuisse sceleri fornicationis, de quo deinde dicit, quo respiciat grave hoc iudicium denunciatum *τῷ φθέρῳσι, contaminanti & profananti* Templum Dei. Idemque adhuc magis probabile reddit ad Cap. V, conjicitque, cum ejusque assecclas forte jactasse, spectare disquisitionem incestus istius ad magistratus Politici, non vero ad Ecclesiæ iudicium, forte etiam ad illud rem ipsam jam detulisse, quo spectat gravis ista objurgatio a Cap. V v. 13 ad VI v. 8, imo, quod majus, jactasse, rem esse istam indifferentem, eodem modo, quo licita sit uniuscujusque cibi manducatio, quam quidem profanam licentiam refutet Apostolus C. VI, 12 sqq. Casum ipsum hunc fuisse existimat, mulierem deseruisse & divortium fecisse a marito, quæ res apud Corinthios non insolens fuerit, tum vero *more prorsus insolito* eam a Filio mariti prioris ductam fuisse, quo refert Noster Ciceronis illud pro Cluentio: *Nubit genero socrus, &c. O scelus mulieris incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum!* Cap. VII v. 36, 37 insolita quidem, ut ipse fatetur *Αυτορ*, sed ob textus circumstantias phrasæque necessaria fere acceptione *παρθένον* non pro persona virginis, sed pro virginitatis statu sumendam esse existimat, eoque sensu admisso, v. 38 cum nonnullis MSctis pro *ἐγγαμίζων* legendum esse *γαμίζων*. Cap. X v. 2 ad *Baptismum* Nubis notatur, Israelitas per nubem fuisse simul pluvia irrigatos, non improbabili- ter colligi ex Psal. LXVII, 10. Cap. XI v. 3 sqq. per *mulieres precantes & prophetantes* non alias posse intelligi, pro-

lixè probat, nisi in publicis conventibus Ecclesiasticis, afflatu extraordinario Spiritus S. vel vaticinia vel preces proferentes, (non obstante C. XIV v. 34, 35 & 1 Tim. II, 11, 12, ubi de ordinaria disciplina agatur, non de extraordinariis donis Spiritus S. mulieribus itidem diserte apud Joëlem promissis,) quæ cum & ipsæ, forte imitatione sacrarum apud Gentes mulierum, tentarent detecto capite hæc facere, hoc mandato Apostoli ad modestiam & pudorem componantur. Eodem Cap. v. 27, quid hic præcipue sit, τὸ ἀναξίως ἐδιδίεν, Cap. XII v. 8, 9, quæ sit inter σοφίας, γνῶσιν & πίσιν diversitas, & Cap. XIV v. 6, quid inter ἀποκάλυψιν, γνῶσιν, προφήτειαν & διδαχὴν intersit, eleganter monstratur. Ad Cap. XV non improbableè judicat, Pseudo-Apostolum Judæum ipsum quod esse, quem ob negatam resurrectionem mortuorum Paulus redarguat, siquidem forte is fuisset olim ex Sadducæorum secta. Deinde prolixè probat, quicquid in hoc Capite habetur, non spectare nisi resurrectionem fidelium, de impiorum resurrectionis modo autem nihil ex eo posse aut debere deduci. Epistolæ ad Corinthios posterioris, eodem anno eodemque fere scopo cum priore scriptæ, Cap. III apologiam Apostoli pro ea, qua in docendo Evangelio utebatur, παρησία eleganter habes declaratam, ubi monetur, v. 13 supplendas esse ex sensu voces has: τίθειμεν ἡμεῖς κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον, sequentia vero usque ad initium v. 18 spectare ad refutandam objectionem contra doctrinam Pauli, quod illa quidem a Judæis non agnosceretur, cujus rei causam non in se suaque doctrina, sed in Judæorum πωρώσει positam esse ostendat Apostolus; eaque omnia parenthesi esse includenda. Tum vero v. 18 initium ἡμεῖς δὲ, respondere his: ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς Μωσῆος. Ceterum ibidem κατοπτριζόμενοι non esse vertendum, in speculo videntes, sed, tanquam specula reflectentes; & τὸ ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν idem esse ac continuum influxum gloriæ, oppositum τῇ δόξῃ τῇ καταργημένῃ, quæ sit non continua sed fluxa & transitoria. Cap. V v. 9, εἴτε ἐνδουμένως εἴτε ἐκδουμένως, non ad τὸν κύριον, sed ad τὸ σῶμα referri debere probatur, eodemque Cap.

V, quomodo v. 17, 18 cum scopo Apostoli, Καύχημα σαρκικὸν Ecclesiæ Corinthiæ de Pseudo-Apostolo *Judaizante*, abolere conantis, convenient, oppido accurate monstratur. Cap. VIII v. 8, τὸ τῆς ὑμῶν ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων, vertendum esse ostendit: *argumentum & documentum vestra sincera charitatis a vobis eliciens*. Cap. X, v. 4, τὰ ἔπλα σαρκικά & τὰ δυνατὰ ἰω̄ Θεῶ illustrantur ex collatione I Cor. I, 23, 24, II, 1, 2, 4, 5, 12, 13 & 2 Cor. IV, 2, 6 & XI, 2, 3, & quomodo ἐνὶ ἀνδρῶν, & ἡ ἀπλότης ἢ εἰς τὸν Χρῆστον egregie sibi invicem respondeant, observatur. Cap. XIII, v. 1 verba: ἐπὶ σῶματός δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σαθρήσεται πάνῃ ῥήμα, non respici ad Deut. XVII, 6, ubi de admonitione peccantis, qui heic est casus, sermo est, & δύο μαρτύρας esse duas has Pauli Epistolas, ostenditur. Et paulo post v. 5, 6, 7 ἀδόκιμοι non esse vertendum *reprobi*, sed *facultate demonstrandi modo extraordinario virtutem Christi destituti*, siquidem de eo loquatur Apostolus v. 3 ἐπεὶ δοκιμὴν ζητεῖτε &c. qui cum his arte cohæret. Omnia vero hæc industria & studio in Epistolam ad Romanos collocato videtur superasse Auctor, de qua jam in Synopsi Epistolæ ad Galatas monuerat, eam in multis cum hac convenire, nisi quod ad Galatas vehementius & cum majore autoritatis demonstratione, tanquam ad discipulos suos, ad Romanos vero majore cum modestia & minore familiaritate, tanquam ad peregrinos, scribat. Totam vero Epistolam eo spectare, ut demonstraretur Evangelii ad Gentes pariter & Judæos nulla diversitate pertinentis κοινότης, prolixè in Synopsi probat. Tractationem orditur a Cap. I v. 16, & v. seq. τὸ ἐκ πίστεως εἰς πίσιν ita explicat: *ut undique ab uno extremo ad alterum justitia Dei non nisi in fide sit fundata*, simili phrasi Rom. VI, 19, 11, Cor. III, 18, rem illustrans. Cap. IV. 32 lectionem Codicis Claromontani & plurimorum Patrum, a Millio quoque pro verissima habitam, ἢ ἐνόησαν, ὅτι οἱ ταῦτα πρόσσους &c. ipse etiam Lockius adoptat, & quam apposita hic inter τὸ στυγερόν Gentilium, & τὸ κρείνιον Judæorum, de quo v. 1 Cap. II, oppositio & comparatio, quamque justa illatio

per

per particulam διὸ, ingeniose declarat. Eodem Cap. II v. 26 integram habes digressionem de sensu vocis δικαιομα, quam ubique in Scriptura sacra pro Regula quadam sumi, *qua observata personam vel rem, ad quam spectat, justam sive perfectam reddit*, eamque vocis hujus significationem omnibus locis N. T. in quibus illa legitur, accurate applicat, simulque de τῷ νόμῳ monet, eam vocem, nisi sit sine articulo posita, Apostolo, præcipue in hac Epistola, fere semper notare *Legem Mosaicam, certe Legem positivam addita sanctione pæna*, hicque adeo eleganter dici ab Apostolo, Gentes ποιεῖν τὰ δικαιώματα ἢ νόμου, non νόμον seu legem ipsam, quam non habeant, sed δικαιώματα ejus, ea quæ vel ipsa Lege positiva sublata tamen per se juris regulæque vim habeant. Cap. III v. 26, ἰλασῆρον non propitiationem, sed propitiatorium vertendum esse, & mox v. 26, πάρεσιν τῶν περυσυνοτων ἁμαρτιῶν non de singularum personarum peccatis, sed de totius corporis populi Judaici delictis, (quæ ὑπερέδεν & transmisit Deus, τρεποφορῶν αὐτὰς ita, ut non abjiceret eos ante hoc tempus a participatione privilegiorum populi Dei, imo ut his peccatis omnibus non obstantibus, mitteret eis Christum, tanquam ἰλασῆρον, tum demum justitiam suam in reprobando populo incredulo demonstraturus,) accipiendam arbitratur. Cap. IV v. 11, 12, ubi de Filiis Abrahami ex fide loquitur Apostolus, sensum verborum vix satis haftenus perceptum ita declarat Autor: *Accepit Abrahamus signum Circumcisionis, sigillum justitiae fidei, quam habebat nondum circumcissus, ut esset Pater tum omnium fidelium, et si non circumcissorum, ut illis quoque imputaretur justitia, tum (ut esset) Pater etiam circumcissionis, (ut imputaretur justitia etiam) iis, qui essent ex circumcissione, sed non ea tantum niterentur, verum qui sequerentur vestigia fidei Abrahami.* Eodem Cap. v. 23 seqq. & C. V usque ad v. 11 per ἡμῶς semper intelligere Apostolum Gentiles non singulos, sed in corpore spectatos, atque oppositos Judæis itidem in tota natione consideratis, quò respectu hi erant populus Dei, illi ἀθενοῖς, ἀσεβεῖς, v. 6, ἁμαρτωλοῖς v. 8, ἐχθροῖς v. 10, probe demon-

monstrat. Ubi non est præmittenda oppido elegans observatio Autoris, in tota hac Epistola difficultatum plerarumque resolvendarum expeditissimam esse methodum, si meminerimus, Paulum ad finem usque Capituli X loqui ubique non personaliter de singulis hominibus, sed de Judæis & Gentilibus sub integræ Nationis respectu consideratis. Quæ deinde a Cap. V v. 12 usque ad finem Cap. VII prolixè & accurate deducit, ea si vel maxima brevitate a nobis recenserentur, explicationibus locorum tantum difficilium observatis, limites nostros excederent. Suffecerit itaque istius periorchæ partes & cum scopo Apostoli nexum ex mente Autoris delibare, qui iste est, ut probaret Paulus, Gentes pariter & Judæos idem jus ad justitiam fidei in Evangelio prædicatam habere, utque id rectè declararet, quatuor distinctè docet: I. Gratiam Christi tam late patere, quam patet Adami transgressio, at hac omnes factos esse peccatores, illa itaque omnes iterum constitui justos. Cap. V, 12 — 19. II. Per Legem Mosaicam multo magis transgressionem apud Judæos crevisse, ut proinde non alia nisi in Christo gratia ipsis spes vitæ esse possit. Cap. V v. 20. 21. III. Etsi Gentes nunc non subjiciantur Legi, eas tamen non licentiam peccandi à gratia Christi esse adeptas. Cap. VI toto. IV. Etsi Judæi subiecti sint Legi, ab ea tamen ejusque maledictione & perpetuo, dum vivimus, inevitabilis transgressionis poena morte liberari eos per gratiam Christi. Cap. VII toto. Tum Cap. VIII v. 11 fuse demonstrat, non agi ibi de ζωοποίησι corporali mortuorum in fine mundi, sed de spirituali ad vitam justitiæ atque sanctitatis ipsis quoque corporibus nostris per spiritum vitæ obtingente. Eodem autem Cap. v. 19 sqq. nescio an multos sit habiturus assentientes, cum κτισιν de toto genere humano accipit, & v. 20 ita παραφραζει: *Esenim genus humanum, in meliori conditione creatum, factum fuit obnoxium vanitati fluxa hujus & calamitosa vita, non ex propria electione, sed astu Diaboli, qui sibi subjecit genus humanum, atque ad hunc statum mortalem redegit.* De Cap. IX quid sentiat Autor, ex ejus observatione supra ad Cap.

V notata patet, quippe hic omnia non de singulis hominibus, sed de tota Natione; neque de electione ad vitam æternam, sed ad bona (liceat ita dicere) nationalia & potissimum temporalia agere probat. Et ita eodem modo Cap. XI v. 26 verba ista : καὶ εἶπὼ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, non de singulorum salute æterna, sed de totius populi ad statum gratiæ & privilegia populi Dei iterata admisione accipienda esse monet. De reliquis Capitibus, in quibus morum doctrina urgetur, neque tantum est difficultatis, ne nimis prolixi simus, dicere superfedemus. Restat vero Epistola ad Ephesios, de qua in synopsi id potissimum observat, scriptam quidem eam esse eo fine, ut præmunirentur Ephesii a Judaizantium corruptionibus, at scriptam esse ad eos tanquam firmos in fide. Quare, inquit, nullus hic locus argumentationi & formalibus ratiociniis in Epistola, scripta veluti per continuas ἐκτάσεις, stylo multum superiore plana ac didactica methodo, quo non quasi quicquam docens eos utitur, sed quicquid clam veluti insinuare volebat illorum mentibus, velat quasi εὐχαριστίας & precibus, quæ quidem majorem libertatem & ὕψος meditationibus phrasibusque fecerantur. Hæc, pergit, obscuriorem redderent Epistolam, nisi adessent Epistolæ ad Colossenses & Philipenses, quarum non modo illa, sed etiam hæc ut sunt eodem fere tempore scriptæ, ita si recte attendas, eodem quoque veluti spiritu eodemque scopo exarata esse apparent. In paraphrasi & notis ad Cap. I v. 10 fuso persequitur vocem ἀνακταλαϊώσασθαι, ostendens, quomodo ab initio inde creationis omnia subiecta fuerint Christo tanquam capiti, Col. I, 15, 16, 17, Heb. I, 8, quomodo porro magnus Angelorum numerus, nec non totus fere Orbis, saltim Gentilis, ab hoc dominio se subtraxerit, quomodo id a Christo in plenitudine temporis fuerit instauratum, devictoque Satana & ejus assecclis, redemptis vero hominibus, jam omnia iterum sub uno capite sint constituta Christo, cui data omnis ἐξουσία, Matth. XXVIII, 18, coram quo omnia in cælo, terra & sub terra genua flectant. Phil. II, 9, 10. Ibidem v. 11 ἐκληρωθήμεν

ἐποίησεν vertit: *Facti sumus ipsius possessio & hereditas*, non, ut vulgo: *Hereditatem accepimus*. Non minus notari merentur, quæ ad v. 15 & v. 20, ac imprimis, quæ de nexu v. 1 Cap. II cum v. 20 egregie commentatur. Qualia sunt & illa quæ ad Cap. II v. 15 de abolitione Legis Mosaicæ per Christum, ejusque modo pariter, cum illa nusquam disertis verbis ab eo fuerit abrogata, item de ejus causa, prolixè & eleganter disquirit. Cap. III v. 10 per *ἀρχαὶ καὶ ἑξουσίας* quid intelligendum sit, sibi ipsi dubium esse fatetur, judicat tamen, quod per eas denotentur Principes & Seniores gentis Judaicæ, ignari *σοφίας πολυποικίλης* Dei, quippe quam uni tantum methodo alligabant, quæ vero *νῦν nunc demum* ipsis patefiat *ἐν τοῖς ἐπεφάνοις*, in regno cælorum a Christo constituto per Ecclesiam. Verba v. 15 *ἐξ ἧ πασα πατρια ὀνομάζεται*, non ad Christum, sed ad Patrem referenda esse docet, & *πλήρωμα θεῶ* accipit pro affluxu omnium donorum gratiæ Dei. Capite IV v. 19 & Cap. V v. 2 *πλεονεξίαν* cum Hammond accipit pro specie impuritatis, & postremo quidem loco *πορνείαν, ἀκαθαρσίαν & πλεονεξίαν* ad explicationem alterius unumquodque spectare, tanquam synonymum, existimat, qua occasione monetur, *πορνείαν* in N. T. non modo fornicationem notare, sed quamvis impuritatem, eoque sensu accipiendam eam vocem esse Act. XV, 28, ubi *πορνεία* non jungitur prohibitioni suffocati & idololatriæ, tanquam res pariter indifferens, ut quidam male feriat inde concludunt, sed quod impuritas venerea inter præcipua documenta idololatriæ & characteres gentilium locum haberet, eo loco potissimum Apostolis memoranda, quo id agebant, ut a convertis gentilibus omnia ea amoverent, quæ abominationi potissimum erant Judæis. Plura nunc non addimus, neque forte necessarium est, ut moneamus, Autorem hic quoque in nonnullis *ιδίας δόξας*, de quibus ipsi controversia sæpe in Anglia mota fuit, sequi videri, quale quid deprehendisse nobis videmur in notis ad Gal. V v. 16, 17, 1 Cor. XV v. 24 & in paraphrasi Rom. IX v. 5. Quicquid vero in eis admissum est ab ipso,

id certe abunde accurata *revisio* & enodatione locorum difficillimorum est emendatum, quibus accedit modestia Autoris, qua professus est se ista omnia ita velle orbi exposita, ut probentur omnia, quod bonum est, teneatur.

JUS CAPITULI, SEU TRACTATUS NOVUS ET absolutus de Potestate Capituli Sede Episcopali vacante, in quinque partes distributus, cum adjecta Illustrissimorum Episcoporum Posnaniensium Historica Synopsi, per NICOLAUM ZALASZOWSKI, J. U. Doctorem, Archi-Diaconum Posnaniensem.

Typis Academiæ Posnaniensis, 1706, 4-
Plag. 25.

OPus posthumum est, quod hic exhibemus, a maxime Reverendo Autore, dum viveret, in Tomo primo Juris Regni Poloniæ, quem in his Actis A. 1702 p. 162 exhibuimus, promissum, post ipsius vero mortem a Collegio Pontificio Lubranfiano Posnaniensi, ut inscriptio docet, D. Stanislaw a Boguslawice Sierakowski, J. U. D. in Ecclesia Cathedrali Posnan. Archi-Diacono Sremensi, Gnesnensi Canonico, ac ejusdem vacante Sede Generali Administratori dicatum. In quinque partes illud distributum est: subjectis

P. I. ad calcem vitis Episcoporum Posnaniensium. Earum *prima* agit de potestate generali Capituli sede Episcopali non solum mortuo Episcopo alicujus Diocesis, sed etiam per translationem ad alium Episcopatum, vacante, ubi controversiam Doctorum, an omnis Jurisdictio transferatur in Capitulum Cathedrale sede Episcopi vacante? ita decidit, ut Capitulum succedat in omnibus, quæ jurisdictionem ordinariam Episcopalem ex jure communi concernunt: eamque conclusionem variis, ut solent Canonistæ, ampliacionibus & subampliacionibus probat. Fundamentum vero sententiæ hujus in communione, quæ est inter Episcopum & Capitulum, haut obscure collocat, cum ea velut unum corpus sint & dignitas

ac jura Ecclesie pariter possideantur per Episcopum & Capitulum. Parte *secunda* casus speciales istius successione exhibet, numero quinquaginta, quos singulos recensere nimis prolixum foret. In casu decimo sexto illud notabile deprehendimus, quod ex nova dispositione Concilii Tridentini *cap. 10 sess. 7 tit. de Reform.* Capitulum possit infra annum a die vacationis sedis Episcopalis dare licentiam subditis Diocesis vacantis suscipiendi ordines a quovis Antistite, sed tamen non omnibus, nisi arctatis respectu beneficii recepti vel recipiendi: id quod ante Concilium Tridentinum absolute licuisse Capitulo, fatetur Autor, eaque occasione, qui sint arctati ratione beneficii recipiendi vel jam suscepti, luculenter explicat & variis exemplis illustrat. Ex eodem Concilii Tridentini capite monet, Capitulum hac in re contraveniens Ecclesiastico interdicto subjacere, & sic ordinatos ad minores ordines nullo privilegio clericali, praesertim in causis criminalibus, gaudere, ad majores vero ordines promotos ab exercitio seu executione eorundem ordinum susceptorum ad beneplacitum futuri Episcopi ipso jure suspensos esse. Parte *tertia* casus speciales adfert, numero triginta quatuor, in quibus Capitulum Ecclesie Cathedralis, sede Episcopali vacante, non succedit Episcopo in jurisdictione: in quorum prioribus licet fere omnium beneficiorum praesentatio, collatio, electio & provisio Capitulo denegetur, ita ut neque ea, quae de jure communi vel consuetudine ad collationem, provisionem, electionem solius Episcopi spectant, nec quae generaliter vel specialiter reservata sunt Summo Pontifici, neque etiam curata ad collationem solius Episcopi vel aliorum Patronorum spiritualium spectantia commendare vel conferre possit: nihilominus doctrina Piafeci probatur, quod scilicet Capitulum sede vacante Episcopali beneficium spectans ad collationem Episcopi possit commendare ad tempus certum, donec provisum fuerit ab eo, cujus est collatio: non quidem aliam ob rationem, nisi quod necessitas id suadeat tam in administratione Sacramentorum, quam oeconomia in bonis temporalibus. Pars *quarta* est de electione, officio & potestate Vicarii seu,

p. 15.
24
25
27
35
73
76
77
78
97

seu , juxta ipsos, Administratoris sede Episcopali vacante :
 potissimum vero de iis , quæ a Jure communi & Concilio
 Tridentino circa materiam hanc disposita sunt. Et quantum
 quidem ad Jus antiquum, ex Felino demonstratur, Capitulum
 Cathedrale hoc casu potuisse per se ipsum administrare bona
 Episcopalia & exercere jurisdictionem, nec ad constituen-
 dum Vicarium fuisse obligatum : aliter vero jam obtinere per
 Concilium Tridentinum, docetur ex ipsius *cap. 16 sess. 24 de*
Reform. in cujus genuina sententia, rationibus item & praxi
 Ecclesiastica tradenda per totam isthanc partem occupatus est
 Autor, discussis egregie quæstionibus : An capitulum facta ele-
 ctione & confirmatione Vicarii possit illum ad libitum revo-
 care & ex quibus causis ? An talis Vicarius possit alium in sui
 locum substituere ? An, si Vicarius capitularis vigore faculta-
 tis a Capitulo sibi datæ substituerit alium, mortuo Vicario ex-
 piret jurisdictio ab eo substituti ? An capitulum, constituto
 Vicario, possit aliquam causam alteri delegare ? & aliis com-
 pluribus ; sub finem quoque formam constituendi Vicarii
 talis ex Quaranta & Barboſa subjicit, quam ipse securiorem
 esse judicat. Denique parte *quinta* propius ad Jura suarum
 Ecclesiarum accedens, de ejusmodi Vicarii sive Administratoris
 electione, potestate & officio, ex mente Constitutionum
 Provincialium Gnesnensium tractat : & quidem primo loco
 provocat ad Constitutionem Johannis Sproski, Archi-Episco-
 pi Gnesnensis &c. in Synodo Provinciali Lancicensi Anno
 1459 editam, postmodum vero ab ejus successore, Zbigneo de
 Olesnica, confirmatam, ex *constit. Provinc. Gnesnens. lib. I*
fol. 33, quidque per eam obtineat ostendit : mox ista clarius
 explicat ex Petri Gamrati, Archi-Episcopi itidem Gnesnensis,
 Synodo Provinciali de anno 1541, *Constit. Provinc. Gnesnens.*
lib. III fol. 181, & singula distinctius ex ipsa praxi tradit : for-
 mam quoque literarum Cridæ, h. e. convocationis ad eli-
 gendum Administratorem sede Metropolitana vel Episcopali
 vacante exhibet, nec non formulam juramenti a Dominis de
 Capitulo, antequam ad constitutionem Administratoris acce-
 dunt, præstandi, & alia in dicta Constitutione Sproviana con-
 ten-

tenta. Ea tamen hiſce temporibus in uſu non amplius eſſe monet, & varia, quæ per recentiores Conſtitutiones Provinciales, Gembicianam, Wezykovianam &c. mutata fuerint, reſcenſet, deductis ubique ex iſtis fontibus argumentis. Similiter ex Concilii Tridentini *cap. 16 ſeſſ. 24 de Reform.* notat, quod, licet ex ejus mente capitulum poſt mortem Episcopi ſui unum vel plures Oeconomos fideles conſtituere debeat, qui rerum eccleſiaſticarum & proventuum curam gerant, & præterea Officiale ſeu Vicarium intra octo dies facere vel exiſtenteſ confirmare, nihilominus hæc conſtitutio in Diœceſi Poſnanienſi non ſervetur, ſed Administrator eligatur, qui & curam proventuum gerat & jurisdictionem judicialem exerceat. Quantum ad ſingularia, quæ in Tractatu hoc continentur, merito ad ea referatur formula Innoſcentialium Administratoris, ſive literarum, quibus electionem ſui in Administratorem per totam Diœceſin notam faciat, nec non Proceſſus ratione Sepulturæ Episcopi defuncti, itidem ab Administratore conſtituto edendi, item ut pro anima defuncti miſſæ & divina officia peragantur, &c. literæ etiam distributionum clavium Episcopaliſum per Administratorem ſede Episcopali vacante dari ſolitæ, ac denique formula conſtituendi Officialem Varſavienſem pro Magno Ducatu Maſoviæ, qui præter Administratorem bonorum Episcopaliſum & Vicarium ſ. Officialem generaleſ conſtitutum a Capitulo, in Diœceſi Poſnanienſi deprehenditur. Sequuntur *Vite Episcoporum Poſnanienſium* inde ab A. 996, quo Episcopatus ille a Miecislao Rege Poloniarum fundatus eſt. Primus eorum Jordanus, Italus, e familia Urſinorum, a Stephano Papa VII ad Eccleſiam Poſnanienſem pronunciatuſ & inſtitutuſ: reliqui numero 68, inter quos ultimuſ Nicolaus II in Swie, cice Swie, cicki. Ceterum ex hac ipſa Episcoporum Poſnanienſium hiſtoria confirmatur ſententia B. Autoris in ſupradictò Tomo I Juris Regni Poloniæ, quod, cum omnes Poloniæ Episcopatus a Sereniſſimis Regibus fundati & dotati ſint, Jus Patronatuſ ac Episcopatuſ collationeſ ad ipſos quoque pertineant, & licet alias Pontifex Romanuſ Juri Patronatuſ in Laico ſe derogare poſſe

139

140

142

145

147

posse existimet; attamen in Polonia jure isto non utatur: quanquam enim id in Episcopatu Posnaniensi remotioribus seculis aliquoties usurpasse deprehendatur, propinquioribus tamen temporibus plerosque omnes Episcopos a Regibus nominatos fuisse reperimus. Ceterum ejusdem Autoris Tomum II Juris Regni Poloniæ, nondum nobis memoratum, proxima Sectione recensēbimus.

MEMORiarum HAMBURGensium Volumen Tertium, cui præmittuntur PETRI LAMBECCII Orationes & Programmata, curante JO. ALBERTO FABRICIO, D. & Prof. Publ. Scholæque Rectore.

Hamburgi, sumptu Christiani Liebezeit, 1711, 8.

Alph. 1 plag. 17.

Tertium Memoriarum Hamburgensium Volumen prodit, cui *Petri Lambecii* V. C. Programmata & Orationes, quas scripsit & publicavit, cum Professore Historiarum & Rectorem Gymnasii Hamburgensis ageret, Celeberr. Editor propterea præfigendas esse duxit, quod in tabernis librariis dudum desiderarentur, earumque argumentum ab instituto suo haud alienum esse existimaret. In quibus ut varii argumenti res erudite pertractavit *Lambecius*, ita Gymnasii imprimis Hamburgensis origines singulari oratione persucunde enarravit, cum A. 1660 d. XII Januarii munus Rectoris, legitime sibi oblatum, susciperet. In communem nimirum juventutis Hamburgensis usum fundata fuit Schola Joannitana A. 1529, quæ exiguo temporis spatio adeo florere cepit, ut *Philippus Melancthon* disertis testetur verbis, in toto Oceani Germanici litore nullam ætate sua frequentiore fuisse Scholam, & gaudere se scribat, Hamburgenses, propter egregium amorem erga studia literarum, veterem laudis possessionem retinere. Cum vero lapsu disciplinæ & legum ipsa Schola labi inciperet, præclarorum aliquot Virorum auctoritate res tandem eo deducta est, ut in publico Senatus civiumque conventu, A. 1611 septimo Iduum Novembris celebrato, non tantum decretum fuerit, ut adhibita diligenti re-
forma-

formatione, Schola in pristinum restitueretur statum, verum etiam Gymnasium aliquod erigeretur, in quo more Academico publicæ haberentur prælectiones, & eruditæ ingeniorum exercitationes instituerentur. Hoc Gymnasii condendi consilium *M. Jacobus Reneccius*, Ecclesiæ S. Catharinæ Pastor, non tantum omni studio contentioneque animi adjuvit, sed primus etiam ejus Inspector ab Amplissimo Senatu fuit renunciatus. Anno 1615 post festum Paschale leges sunt publicatæ, & anno proximo 1616, cum *Jacobus Fabricius*, Ecclesiæ S. Jacobi Pastor, cui post excessum *Reneccii* munus Inspectoris delatum fuerat, in aulam Ser. Holsatiæ Principis evocaretur, Amplissimus Senatus Gymnasii fasces & curam, quæ hucdum penes unum fuerat, duobus commisit, videlicet *Petro Laurembergio*, & *Henrico Rumpio*, qui pari potestate, & quod in societate regiminis rarum est, summa animorum consensione præfuerunt, usque ad anni 1620 tertium Idus Julii, quo die *Zacharias Schefferus* ex ill. Gymnasio Coburgensi, cujus Directorem egerat, accersitus, primus omnium simul & Gymnasii & Scholæ S. Joannis Rector renunciabatur. Cui A. 1626 defuncto successit A. 1627 magnum patriæ ornamentum & ætatis suæ decus, *Joannes Huswedelius*, Hamburgensis, ex Academia Rostochiensis, ubi Philosophiam morum & Græcas literas docuerat, accersitus, post cujus voluntariam abdicationem consulatus tam Gymnasii, quam Scholæ, Anno 1629 *Joachimo Jungio* demandatus est decimo quarto Calendas Aprilis, quod utrumque munus administravit usque ad decimum septimum Calendas Augusti anni quadragesimi, quo propter gravissimas causas inspectione Scholæ ita se abdicavit, ut, quoad deinceps vixit, regimen duntaxat Gymnasii cum Physices & Logices professione retineret. Post ejus obitum Gymnasii magistratus, qui per biennium vacaverat, avulsò Scholæ Joannitanæ regimine, *Petro Lambecio*, publico Historiarum Doctori, est oblatas.

Post *Lambecii* Programmata primo loco comparet scriptum Eucharisticum, quod Germanice A. 1640 editum auctorem habet *Jacobum Fabricium*, qui licet eo tempore, quo

illud edebat, Hamburgi non vixerit, sed Serenissimo Principi Holsatiæ Friderico fuerit a sacris summusque Ecclesiarum Slesvicensium Præful, tamen inferendum censuit Geleb. Editor huic Volumini, quia ante id tempus de re scholastica & Ecclesia Hamburgensi præclare meritus erat. Ipsum libelli argumentum lectu dignum & idoneum est, ad confirmandos animos & ad fiduciam in Deum inflammandos. Narrat quippe, se anno 1623, ætatis suæ tertio & sexagesimo, correptum esse gravissimo morbo, ita ut de vita ipsi Medici desperarent. In hoc discrimine ægrotus vitæ sibi prorogandæ desiderio flagrans, omni fiducia in Deum vitæ auctorem posita, ardentissime eum Hiskia exemplo rogavit, nec aliter quam Hiskias exauditus est. Refert quippe, se in ipso illo præcationis ardore ita exhilaratum esse, & tam certa fiducia opis divinæ & obtinendorum adhuc quindecim annorum vitæ a precibus surrexisse, ac si ex ore Dei ipsius fidem ejus rei accepisset. Mox etiam levare morbus, ægrotus vires colligere ac convalescere cœpit. Obstrinxit inde se voto Vir tam provectæ ætatis, & tribus jam annis major sexagenario, se publico scripto divinum hoc beneficium celebraturum, quando annos illos quindecim, quos a Deo precatus erat, exegisset. Hos igitur cum vivendo postea non attigisset modo, sed etiam superasset, illum ipsum libellum, quem hic habes, vernaculo sermone in lucem edidit, atque ita soluto, quod nuncuparat, voto, paullo post eodem anno 1640 d. V Novembr. Slesvici placide obdormivit.

Hunc libellum excipiunt vitæ *Jacobi Werenbergii*, Pastoris ad Mariæ Magdal. & Professoris Publ. ab *Henrico Vagetio* scripta, *M. Jacobi Grosseni*, *M. Nicolai Staphorsii*, aliorumque Hamburgensis Ecclesiæ Sacerdotum, inter quos *D. Jo. Mulleri*, Pastoris ad S. Petri, memoria, a *D. Sam. Benedicto Carpozio* eleganti oratione celebrata, existat. *Nicolaos* vero, *Sluteros*, *Dedekennos*, *Rumpios*, *Reiferos*, *Hinckelmannos*, aliosque de industria prætermisit Editor, quia vitæ eorum in Summe Rev. *Pippingii* ac *Goezii* voluminibus enarrantur. Eandem ob causam vitæ Clarissimorum Professorum *Jungii*, *Lambecii*, *Capelli*, *Anckelmanni*, *Placcii* desiderantur, quia alibi jam sua obviæ

obvia. Ceterum non dissimulat Cel. Editor, superesse spicilegium sive supplementum, alii Volumini destinatum, quod eorum, qui nullis muneribus publicis Hamburgi functi, in patria, vel extra patriam Hamburgum alibi locorum ingenii laude vel scriptis claruerunt, memorias persequetur, & monumenta typis edita tradet.

**THEATRUM LATINITATIS UNIVERSÆ
REYHERO-JUNCKERIANUM recognitum
& auctum.**

Lipsiæ & Francofurti, sumptibus Jo. Heroldi Kloßii, 1712, f.
Alph. 13. plag. 18.

Prodit nunc tandem ex latebris suis, cujus spes præclara jam per aliquot annos facta fuit, publice *Theatrum lingua Romanæ Germanico-Græcum*, cujus fundamenta prima *Andreas Reyherus*, Gymnasii Gothani Rector quondam meritissimus, elapso seculo jecit, sed quod nunc cura & solertia prorsus singulari *Christiani Junckeri*, Gymnasii Isenacensis Rectoris, viri de re literaria præclare itidem meriti, recognitum, eo cum habitu & ornatu orbi literario sistitur, ut plane novum videri haberique possit. Ultimam huic operi manum Reyherus ipse A. 1668 attulit, quo tempore quid præstitum fuerit, postrema ejus docet præfatio, editioni in 8 præmissa. Anno autem 1686, cum filii ejus amplissimi, Samuel Andreas & Salomo, novam editionem in se suscepissent, Christophori Cellarii, viri celeberrimi, consilium simul adhibitum, & exoratum, sed opera præcipua a Jo. Friderici, viro clarissimo, fuit præstita, quod ipse Cellarius eodem tempore suum in emendando Basiliæ Fabri Thesauro linguæ Latinæ studium collocasset. Nunc cum de nova editione sollicitus esset Bibliopola Lipsiensis, & Viros aliquos scientia rei literariæ præstantes de redigendo in meliorem formam Thesauro hocce in consilium vocasset: demum ante septennium omnis labor laudato antea Junckero nostro fuit traditus, qui librum totum vel sexies relegit, emendavit, auxit. Continentur autem in eo Latinarum vocum quarumvis origines, genera, flexiones, significationes variaz, & appella-

appellationes earundem tum Germanicæ, tum Græcæ. Et additæ quoque sunt formulæ loquendi præstantiores, sententiæ, & locutiones facultatum scientiarumve peculiæres, nec non artium variarum vocabula tum vetera, tum nova; idque omne ordine vocabulorum nativo & alphabetico. Quo ipso id effectum, ut a Fabri Thesauro, per Buchnerum, Cellarium, Stubelumque insigniter nuper itidem aucto, longe noster distet, quod in illo vocum primitivarum maxima habeatur ratio, & primæ vocum radices statim cum furculis suis ibi investigentur. Adjecta itidem sunt vocabula & proverbia tum Oratoribus, Philosophis & Mathematicis, tum maxime etiam Medicis, Juris-Consultis & Theologis familiariora; qua in re itidem a Fabri aliorumque Lexicis nostrum multum differt. Neque omissa sunt ævi mediî vocabula, ad rei diplomaticæ & ævi istius scriptores rectius intelligendos scitu pernecessaria; quam in rem Caroli du Fresne Glossario mediæ & infimæ Latinitatis usum se monet Editor. Pariter & Græcæ Latinarum vocum expositiones, antea Reyhero neglectas, ex consilio & voluntate quorundam adjecit; & in interpretatione Germanica puriorem loquendi consuetudinem, quæ Misnica est, servavit, simul tamen & ad eas sermonis formulas attendit, quibus, qui relationes de re publica scribunt, solent delectari. Et cum in priori editione pleraque loca auctorum plane non allegata sint, aut omisso eorum nomine sola librorum appellatio eaque mutila adjecta: nunc in altera hacce, quæ in folio prodit, editione defectus ille laudanda opera suppletus, eademque occasione ultra mille vocabula, ceu Cl. Editor perhibet, in Lexicon hocce illata sunt, quæ in aliis frustra quæsieris. Præcipuum autem tum augmentum tum ornamentum, quod sua se etiam necessitate & utilitate commendat, editioni huic accessit ex appositis ubique *Notis Criticis*, quibus voces obsoletæ, barbaræ, novæ, Theologicæ, Philosophicæ, fictæ, Poeticæ, dubiæ & mediî ævi, ab iis, quæ sunt purioris Latinitatis, possint ab evolventibus illico discerni; quod commodum peregrinorum cum nullo alio Lexicorum Theatrum hocce nostrum commune habet. Usus est hunc in finem Editor Cl. singularibus

ribus literis, ita ut litera B. voci apposita vocabula barbara, id est, talia significet, quæ vel mere Græca sunt, vel ex linguis peregrinis e.g. Ebræa, Gallica &c. in Latinam inducta quidem, non donata tamen civitate Romana; D. vocabula dubia, quorum auctoritas non est satis certa; Fi. vocabula ficta, quorum non pauca in Plauto reperiuntur; M. vocabula mediæ ævi, quorum numero Tertullianus etiam est adscriptus; N. vocabula nova, quæ recentioris sunt inventi, a seculo XI ad nostra usque tempora & O. vocabula obsoleta notat. P. vocabula Poetica; Ph. vocabula Philosophica; R. vocabula rara, quorum plane infrequens in antiquis scriptoribus sit mentio; & Th. vocabula Theologica & Ecclesiastica indicat. Qui fini operis adnexus est Index vocum Germanicarum amplissimus, non locupletatus est solum insigniter, sed in eo ab antiquo Reyheri instituto etiam recedit, quod expositio Latina omissa sit, ne partim pigritiæ juvenum faveatur, partim ne necesse foret, jam dicta per otium repetere sine fructu. Syllabarum pronuntiationi ita etiam in gratiam imperitiorum & minus exercitatorum prospectum, ut lineola superimposita genuinam pronuntiandi normam ubivis indigitet. Id unicum fortasse desiderari poterat, quod in tradendis illustrium ex rebus gestis Romanorum Urbium aut Provinciarum nominibus justo parcius esse videatur Lexicon hocce Reyhero-Junkerianum; qua in re eidem, nec invitis ejus Editoribus, Fabri Cellarii que Thesaurus palmam facile præripit.

ELOGIUM JOANNIS WERLHOFII.

AMisit superiori anno Academia Julia Joannem Werlhofium, juris omnis, naturalis, gentium, publici privati que, elegantiorum item litterarum, historiæ civilis pariter ac ecclesiasticæ, philosophiæ verioris, immo rerum divinarum etiam longe peritissimum. Prognatus ille in libera imperii civitate Lubeca anno c15 lsc LX die XII. Martii, florentissimis majoribus. Patrem habuit Joannem Werlhofium, virum probitate morum & meritis in rem publicam patriam ingenem, studiisque, inprimis historicis & politicis, haud leviter excultum. Mater fuit Dorothea Elisabetha Meibomia, ex cele-

bratissima litterarumque gloria eminente *Meibomiorum* familia oriunda. Nascenti puero avunculus *Henricus Meibomius*, nemini inter litteratos ignotus, genethliacon Aureliæ cecinit, faustissimo omnem futuram pueri in litterarum præstantiam prædicens. Nec irritum fuit doctissimi Vatis præsagium, sed mox in puero vis ingenii præcocis sese ita prodidit, ut non modo vix duodecim annorum, omnes in paterna Bibliotheca existentes bonos auctores & veteris recentiorisque ævi historicos propria industria perlustraret, sed etiam, quod mireris, quatuordecim circiter annos natus, historiam Danicam adhuc superstitem, nec publica forsitan luce prorsus indignam, ab origine gentis ad nostra tempora concinnaret. Maturus itaque decimo quinto ætatis anno judicatus, qui altioribus studiis imbueretur, Juliam Academiam petiit, ibique excellentium in omni doctrinæ genere Virorum, præsertim avunculi sui Meibomii & summi Conringii, ductu studia instituit: & summa diligentia ad naturales ingenii dotes accedente, tales fecit progressus, ut vigesimo ætatis anno dissertationem vel libellum potius *de maritimis commerciis* ea ipse accuratione componeret, ut limatissimi iudicii præses Conringius in Epistola Disputationi præmissa publice testaretur, talem esse, *qualem soli multum adulti & longo rerum usu exercitati, nec nisi raro, exhibuerint; & ejusmodi hætenus inter academica exercitia nunquam comparuisse.* Relicta hinc Julia Argentoratum se contulit, ubi præsertim incomparabilis Obrechtii ductu majorem indies eruditionis copiam sibi comparavit, quam deinde, facta per Helvetiam, Galliam, Belgiumque itinere, longe auctiorem reddidit; in quo itinere non modo amicitiam cum celeberrimis per orbem Viris contraxit, sed & Aureliæ *Positiones miscellaneas*, prolicentia summos in utroque jure honores impetrandi, publice defendit. Redditus patriæ anno cæs. Inc. LXXXIII, postquam biennium in ea esset commoratus, oblati sed non accepti variis muneribus publicis, tandem Helmstadium, doctori suo Conringio ut in civilis Philosophiæ Professione succederet, est vocatus; habitaque *de civilium studiorum sobria & ad genium sæculi accommodata cultura* oratione, dictam Professionem auspicatus est, variisque dein *de electione & successione in regnis,*

de

de genuinis fontibus recte decidendi controversias publicas & illustres, de pactis liberarum gentium, de potestate legislatoris civilis circa ea quae sunt juris natura, de usu juris Romani aliorumque privatorum jurium, in decidendis controversiis liberarum gentium, de alienatione & concessione jurium quae vocari solent regalia, de praescriptione inter gentes liberas, Disputationibus eruditionem publico ostendere cepit. Muneri huic maximo cum plausu praesuit, usque dum Jureconsultus celeberrimus Joannes Henricus Böttcherus decederet; cui ipse anno MDCCXCVI successit, publice de *artissimo Juris prudentia & civilium studiorum nexu* disseruit. Tandem postquam singulis partibus Juris ordine fuisset admotus, Codicis primaria Professione, in ordine suo simul senior, est potitus, Consiliarii etiam aulici dignatione splendide a Serenissimo Duce Antonio Ulrico ornatus. Responsa, quae de jure consultus composuit, tum publico ordinis, tum proprio nomine, in materiis etiam illustribus, mira accuratatione omnia elaborata fuerunt, immo quaedam eorum coram Judicio Imperiali Aulico producta non exigua illi gloriam pepererunt. Praesertim autem *matrimonialia responsa*, quorum non exiguum ipse numerum confecerat, edere in animo habebat, sed hoc propositum una cum alio, de feligendis ex variis celeberrimorum Virorum voluminibus melioribus rariorisque argumenti responsis, perpetui ejus labores non permisere. Iidem etiam prohibuere, quominus & alia, quorum vel conficiendorum vel edendorum cura animum ejus subiit, perficere vel publicare potuerit. *Notitiam imperii, Jus publicum, Jus Germanicum*, quorum saltem specimina quaedam exstant; si ulterius continuare illi licuisset, non parum inde commodi in publicum, gloriae in auctorem redundasset. Ut taceamus quae ad illustrandas varias antiquitatis & juris ecclesiastici partes publicae luci daturus erat, quorum specimen in *Programmate canonem XXXV synodi Laodicensis illustrante* superest. Item illa quae ad sanctionem criminalem, ad naturalis aequitatis rationes eam examinando, commentatus est, non ultra articulum XXVI progressus. Verum omnia superatura erant ea, quae ad Grotii illustre opus de Jure belli & pacis meditabatur. Editurus enim illud

238 ACTORUM ERUDITOR. SUPPLEM. Tom. V Sect. V.
 illud erat, præmissa Autoris vita, additis locis scriptorum Gro-
 tiana illustrantibus, paraphrasi itidem notisque ad loca diffi-
 cilia, vel ab interpretibus intacta, vel male intellecta, subjun-
 ctis mediæ & recentis ævi cultiorum gentium exemplis. Su-
 persunt quidem horum fragmenta, sed ab auctore longe accu-
 ratius & limatius in lucem proferenda. Memoranda etiam
de nobilioribus Sæculi XVII Pacificationibus commentatio, ora-
 tione primum publica recitata, dein sub calamum revocata,
 atque notis aucta. Quæ quidem notæ ultra Pragensem pa-
 cem non pertingunt, multa tamen complectuntur memorabi-
 lia, circa scriptores historicos, monumenta & acta publica,
 quorum ipse ingentem numerum possidebat, immo ipsa com-
 mentatio pragmaticam sæculi illius historiam præclare exhi-
 bet. Sed hæc forsân luci publicæ olim exponenda erit. Pari-
 ter ac ejus dissertationes, orationes & programmata varii ar-
 gumenti, quæ ipse tanta accurate conscripsit, quantam alii
 magnis vix voluminibus impendunt. Carmina etiam, in qui-
 bus pangendis incredibili pollebat felicitate, collecta filii natu
 maximi cura in lucem propediem prodibunt, quibus forsân
 etiam prolixior vitæ ejus descriptio erit addenda. Transla-
 tus est ad cœlestes sedes die XXV Aprilis cæs Iō cc XI, glo-
 ria eruditionis quam annis maturior.

ABODY OF PRESCRIPTS: SEU PHARMACOPOEIA

Extemporanea, Autore THOMA FULLERO, M. D.

Londini, apud Benjaminum Walford, 1710, 8

Alphab I plag. 6.

Quis scopus fuerit Autori Clarissimo in Pharmacopœia
 hac Extemporanea edenda, quis ordo, quæve methodus,
 abunde a nobis indicatum est, cum in Actis his Anno 1702,
 Mense Junio pag. 258 primam ejus editionem Latinam com-
 mendaremus. Novam hanc adornavit ipse Autor, & Anglica
 lingua ornavit librum, postquam is eo infcio aliquoties hæte-
 nus fuerat recusatus. Præscriptorum ordo hic immutatus est,
 Anglico scilicet idiomati adaptatus; pluraque addita
 sunt, quæ in prioribus desiderantur.

ERRATUM.

In Suppl. T. V p. 99 lin. 13 *legendum*: verebatur, ne quis, si hoc faceret,
 Hispanos moneret, ut dotem &c.

—) () (—

88 (239) 88
**ACTORUM
ERUDITORUM,**

Qua Lipsia publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. VI.

I CESARI IN ARGENTO DA ADRIANO
fino a Caracalla e Geta.

Item

I CESARI IN ARGENTO DA MACRINO
fino a Eraclio.

i. c.

*IMPERATORES IN NUMIS ARGENTEIS,
ab Hadriano usque ad Caracallam & Getam, collecti in
Museo Sereniss. Ducis Parmensis, cumque commentariis
in lucem editi a P. PAULO PEDRUSIO,
Soc. Jesu.*

Tomus III.

Parmæ, e typographia Ducali, 1703, f.

*ÆJUSDEM IMPERATORES IN NUMIS
argenteis a Macrino usque ad Heraclium.*

Tomus IV.

Parmæ, e typogr. Duc. 1704, f.

Constat T. III Alph. 4 & Tabb. æn. 24.

T. IV Alph. 3 pl. 3 & Tabb. æn. 29.

DE duobus hisce Operis præstantissimi Tomis, qui post mi-
ram jactationem nuper demum ad nos, liberalitate qui-
dem

Hh

dem

dem doctissimi Autoris, pervenere, conjunctim dicemus, cum & Autori animus initio fuerit una cum secundo in lucem producere uno volumine comprehensos, prout monuimus, cum primum & secundum Tomum in Acta nostra A. 1696 p. 57 & A. 1706 p. 428 referremus. Sed mutavit consilium dicendorum multitudine deterritus, non ægre utiq; ferentibus eruditis, plus eum, quam promisit, exsolvere. Rei enim litterariæ interest, pretiosa cimelia, quæ Serenissimus Dux Parmensis Museo suo complectitur, omnia diligentius exponi, ut Principis in exemplum ceteris nati virtutes remotioribus etiam innotescant celebrenturque gentibus, neque studiosis rei nummarie desit occasio, qua scientiam pulcherrimam æque ac utilissimam vel hauriant primum vel haustam emendent, ubi opus, ac perficiant. Sane quicquid sive ex antiquitatibus sive historia subsidiorum peti ad monimenta ista illustranda potest, id omne ita adhibitum in hoc Opere, ut nemini Lectorum sit facile tædii quicquam ac satietatis metuendum. Vel obiter instituta unius alteriusve perlustratio paginæ fidem nostram liberabit; nos more nostro exempla quædam afferemus, ex quibus iudicium quodammodo ferre harum deliciarum arbitris liceat.

- In Tab. VII n. XII Imperator Hadrianus in substructione sedet congiarium distributurus. Adscriptum est LIBERALITAS A V GUSTI III. Ex numis ejus observat Clariss. Vaillantius, septem eum populo congiaria obtulisse, sed nullius frequentius occurrere liberalitatis memoriam quam tertiæ, prout & heic notatur, utpote quæ duplex fuerit. Spartianus, congiarium, inquit, duplex præfens populo dedit, ternis jam per singulos aureis se absente divisit. Factum id, cum ex Sarmatia rediret anno DCCCLXXIV. Eadem Tabula numero statim I a versa sistit figuram in genua provolutam, quæ sinistra spicæ tenet, proindeque non incommode ad Siciliam transfertur ab Autore nostro, qui supplet, quæ in inscriptione vetustas oblitteravit, legendo: RESTITVTORI Siciliae. Tab. X n. X in altera numi facie expressus est Antoninus, in altera idem ille sedens in globo cum cornu Amaltheæ & diademate turrito. Ubi Autor sententiam, quæ statuit, respicere numum

TAB. II

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

TAB. I





Fig. 12



nam ad imperium consulere, quod ante gesserit Antoninus quam acceperit Imperium, appellationibus AVGVSTI PII P.P. minime consentaneam, ita emendat, ut eusum forte esse dicat Hadriano jam morbi vi consumto atque adeo titulis summæ majestatis in Antoninum jam translatis, ad ejus imperii memoriam renovandam. Ipse tamen existimat, potius Italiam heic celebrare Augusti sui mite ac felix dominium. Tab. XIII n. III proponitur numus argentus rarissimus, quem gemmam appellat Autor, qui sistit Didiam Claram filiam Didii Juliani, atque in averfa Hilaritatem, dextra palmam, cornu copiarum sinistra tenentem. Verba adjecta sunt: *Hilaritas temporum*. Huic non cedit VI numus in eadem Tab. qui altera sui parte Pescennium, altera tropheum ex armis & lorice compositum exhibet. Epigraphæ habet: *Invisito Imperatori*. Tab. XIX n. 3 occurrit in averfa Jupiter cum hasta & fulmine, juxta quem duæ minusculæ consistunt figuræ nudæ. Ubi conjicit Auctor, supplices heic proponi Britannos, quos Septimium ad obsequium redegisse constat. Tradunt enim historiarum monumenta, eos, si quid magni Deos suos rogassent, conjuges & nurus nudas & succo herbarum delibutas ad templa duxisse & supplicasse. In Tab. XXIII n. XI averfam occupat imago Solis gubernantis quadrigam, qua vehi volupe Caracallæ erat, qui teste etiam Xiphilino in Epitom. Dionis dicebat, se in agitandis curribus Solem imitari, eaque in re maxime gloriabatur. Præterea & Cl. Autor recte illud eo referri posse statuit, quod debellator voluerit Orientis haberi.

In Tomo IV Tab. VII n. X ostentat majoris moduli numus in altera sui facie Philippum, in altera Æquitatem, quam exhibent tres figuræ, quarum unaquæque dextra bilancem, sinistra cornu copiarum gerit; duabus aræ suæ sunt positæ, tertiæ sarculus palmæ, id quod ad leges optimas alludit, quas Philippus tulit. Tab. IX n. I averfam Dacia ornat, ut honores Decii, quippe devicta ab eo amplificet, figura muliebri more vestita, quæ dextra hastam tenet, cui infixum caput asini, quod cum absconum videri possit, in medium multa Autor affert, unde patet, asinum symbolum præbere militi posse, ob laboris imprimis

TAB. II
Fig. 4.

Fig. 5.

Fig. 6.

Fig. 7.

Fig. 8.

Fig. 9.

TAB. II.
Fig. 10, 11.

patientiam, quæ & causa videtur Nostro, cur Homerus Ajacem a sino æquiparaverit. In Tab. XVI n. XIII, XIV nummos duos Magniæ adducit, quæ vero cujus conjux Principis fuerit, nihil profus definit, quod optime variis sententiis excusis fecisse videtur Cl. Genebrerius in Dissert. de Magnia Urbica, quæ Gallice primum A. 1704 Parisiis prodiit in 8, inserta postea Latine Electis rei numariæ a Cl. Woltereckio Hamburgi haud ita pridem vulgatis, p. 215. Sed sufficere hæc possunt, ut in Lectoribus desiderium excitetur ipsum Auctorem evolvendi, quod fortassis plures facerent, si Auctor Latina quam vernacula lingua uti maluisset. Adjecti sunt in fine T. IV numi quidam cum Græca inscriptione, de quibus tamen, cum pauci sint, dicere non attinet.

THE WORKS OF MR. WILLIAM ALLEN,
&c.

i. c.

*OPERA WILHELMI ALLENI, QUÆ COM-
plectuntur tredecim Tractatus varii argumenti, una
cum concione funebri ejusdem, ab Episcopo KIDDERO
dicta, & Indicibus locorum Scriptura & materiarum.*

*Accessit Prefatio JOHANNIS, Episcopi Ci-
cestriensis, de Autore & scriptis ejus.*

Londini, apud Gualterum Kettelby & rel. 1707, fol.

Alph. 10 plag. 20.

QUÆ Virorum doctissimorum scriptis, seorsim diversis temporibus excusis, sæpe frustra speratur felicitas, ut conjunctim prodeant in lucem; ea Auctor præsens perfruitur, qui vitæ genere mercator, neque eruditarum gnarus linguarum, multis haud dubie subsidiis caruit, quibus ad æternitatem effingi scripta ac parari solent. Gravis natura fuit & ad severiorem religionis christianæ disciplinam semper proclivis; proinde factum, ut nondum confirmata ætate facilius adhæserit disseminatis longe lateque in Anglia erroribus, quod pul-
chram

eam speciem obtenderent. Antinomorum nempe laqueis irretitus est, quorum perniciosis doctrinis libera Dei gratia & meritum Servatoris nostri extolli videbatur. Liberatus inde Independentium, quos vocant, partes sequi non intermisit, quorum errores novos pepererant deinceps, cumque in Anabaptistarum cautes precipitem dederunt, adeo ut Pastoris inter eos munia susceperit. Sed mentem ei meliorem subiecit Deus, ut agnovit periculosum, quo incederet, iter, desertumque in Ecclesiam Anglicanam se receperit. Quod facturus, librum, quo causas explicavit consilii sui, composuit, sed quem nancisci non licuit editionem hanc Operum parantibus. Alio etiam scripto, quod illis insertum octavum locum occupat, adversus Nonconformistas, quos appellant, nihil temere, nihil sine consilio praevio abs se factum, declaravit. *Confutare illud aggressus est ex contra sentientibus celeberrimus vir Richardus Baxterus, sed neque Autorem nostrum, quod reponeret, deficere potuit. Intercidit tamen & hoc responsum, ut illud in his Operibus frustra quaeratur. Quantum ad ista, nemo negaverit, digna satis esse, quae legantur, vel eam ob causam, quod a praedictis liberior ad materiarum, de quibus egit, tractationem accessisse Autor videtur. Neque vim argumentorum neque perspicuitatem desiderabunt Lectores, multo minus styli calamistris offendentur, quo plano, simplici, nec inepto tamen utitur. Scilicet inciderat olim juvenis in Rhetorices atque Logices praecipua vernaculo scripta sermone, quorum e lectione non parum adjumenti sensit. Scripta, quae hoc Volumine continentur, sunt I Discursus de natura, finibus & discrimine utriusque foederis, II Discursus de fide, III Consideratio doctrinae de Justificatione, item animadversiones ad partem libri Roberti Ferguson, cui titulus: Quae rationis partes in religione, quae agit de Justificatione, ad modum Epistolae, IV Christianorum Justificatio stabilita, V Discursus de divino auxilio & ejus methodo, VI Practicus discursus de Humilitate, VII Hortatio ad pacem & Concordiam inter Christianos, IIX Gravis & amica allocutio ad Nonconformistas speciatim Anabaptistas, IX Catholicismus seu*

varie disquisitiones de natura & extensione visibilis Ecclesiæ & communionis, X πρώτων ψευδος Quakerorum detectum & confutatum, XI Mysterium iniquitatis expositum, XII de statu Ecclesiæ futurorum temporum, XIII de natura, serie atque ordine rerum in Apocal. cap. XI prædictarum; quibus additur sermo in funere Auctoris dictus.

MELCHIORIS LEYDEKKERI, DOCTORIS
 & Profess. Theologi, de vario Respublica Hebraorum
 Statu Libri IX Theologici, Philosophici, Historici ;
 sive Tomus II Operis de Republica
 Hebraorum.

Amstelod. apud Isaacum Stockmans, 1710, fol.

Alph. 3 pl. 13.

Liberat nunc fidem Cl. Auctor publico datam, serius quidem, quam ipse, ut in Præfatione testatur, animo præceperat, sed cum cura tamen & industria. Secundus enim hic Tomus est egregii operis, cujus Tomum primum in Actis nostris A. 1705 p. 97, ut par erat, commemoravimus. Decurrit is inde ab excessu Salomonis ad Servatoris fere ætatem, & eadem ratione, qua primus, momenta Reip. Judaicæ potiora Libris novem persequitur, & in elegantiora quoque argumenta partim Historica exotica & aliarum gentium, partim Philologica evagatur. Liber I de regno Israelis exponit, octo capitibus comprehensus, quorum I Schisma X Tribuum considerat, quo effectum est, ut Respublica Judaica in duo regna divideretur, quorum alterum erat *Israelis*, alterum *Juda & Benjaminis*. Occasio nascebatur ex *Rehabeami* superbia, impudentia, & stolidi severitate, ducem defectionis agebat *Jeroboam*, quem *Ahiah* Propheta, superstite adhuc *Salomone*, imperium in X tribus sperare jussit. Hæc summa sunt capituli I momenta, quæ in subjectis animadversionibus fuse & erudite illustrantur. Sic v. c. variis exemplis ex temporum memoria repetitis ostenditur, nimium tributorum onus sæpe turbis & rebus novis materiem suppeditasse. Porro explicatur, quam multum

P. 7

9

tum Regis interfit, senioribus potius & iudicii maturitate valentibus, quam junioribus rerum administris & consiliariis uti. Nec desunt medietamenta Philologica, quando e.g. disquirit ex Rabinorum & aliorum monumentis, quid sibi velint יושב & יושב עקר quæ commemorat Rehabeam. Exploditur etiam fabula Judæorum de tumulto *Adorami*, Ministri Regii, quem anno 1480 Sagunti detectum finxerunt, quemadmodum alias Judæi in his rebus multum fabulis indulgent. Cap. II de Jeroboamo primo X Tribuum Rege differit, qui ex tribu Ephraim ortus in rebus agendis solertem se præstitit, Salomoni æstimatus, in imperio, quod per tumultum nactus erat, tyranni ad instar versatus, in religione varius ac superstitiosus, in bellis infelix, in vivendi ratione impius. In Animadversionibus Cl. Autor quædam commentatur de urbe Sichem ex Cotovici *Itinere Hierosol.* p. 338, ut cetera taceamus. Cap. III mutatam per Jeroboamum religionem sistit, qui non solum, invito summo Numine, facella duo, alterum *Bethel*, alterum *Dane*, exstrui curavit, sed etiam vitulos aureos colendos publice statuit, & ad sacrum munus obeundum se convertit. Incidit hoc negotium in annum a M. C. M M M XXX ante C. N. D CCCC LXX. In animadversionibus monetur, exemplo Jeroboami, vim religioni factam sæpe nostra & superiori memoria in tyrannidem exisse. Cap. IV Reges X Tribuum usque ad Regem Jehu, cap. V Reges Israelis inde ad excidium usque per Assyrios representat. In notis contra Jesuitas, scientiam Dei mediam ex 2 Reg. XI, II adstruentes, disputat Cl. Autor strictim, quod propterea monemus, ut intelligatur, idem sæpius alibi fieri, quamvis non ex instituto. Cap. VI de statu X tribuum Ecclesiastico disquirit, ubi observatur ingens mutatio, pristinae religioni, per adorationem Dei sub vitulorum specie, per loca, festa, personas sacras & actiones itidem mutatas illata. Quamvis igitur Autor hanc cultus rationem pro vera Dei professione habeat, non tamen negat, eandem & religioni a Deo institutæ oppositam esse, & manifestum *apostasias*, per injustissimum schisma exercitæ, argumentum secum ferre. Hæc itaque sacra nova ad finem regni Israelitici perstiterunt, quibus

p. 13

19

23

27

29

57

quibus Achabus cultum Baalis addidit, donec rerum status sub
 Joramō emendari nonnihil videretur, qui melior adhuc erat
 sub Rege Jehu, Baaliticæ idololatriæ finem imponente. Quo
 facto Israelitæ meliores erant Judæis in idololatriam Gentilem
 prolapsis, & semper exstiterunt, qui avitam religionem vel
 privatim tuerentur. Neque deerant Prophetæ & Scholæ, opti-
 ma purioris doctrinæ præsidia. Nihilo minus tamen omnes
 sordes amoveri non poterant, quod Reges omnes, politicis
 rationibus adducti, Jeroboami consilium approbarent. Cum
 vero hoc modo corrupta doctrina mores inquinatos pareret,
 fieri non poterat, quin summum Numen Regno huic per Af-
 syrios exitium afferret. In notis Cl. Auctor id cum cura agit,
 ut ostendat, Israelitas sub vitulis, tanquam symbolis divinita-
 tis, verum Deum colere voluisse. Sic etiam de Baale & ejus
 cultu commentatur. Cap. VII Prophetas, qui hoc tempore
 inter Israelitas exstiterunt, considerat, atque in univēsum *Ἱε-
 ροβουσία* eorum adstruit, deinde vero singulos, nominatim
*Achiam, Jehu, Eliam Thibitem, Elisam, Odedum,
 Hoseam, Amosum, Jonam, Micham* in scenam producit, ac
 denique de falsis Prophetis quædam annectit. In notis Cl. Au-
 tor actiones Spiritus S. Prophetas excitantis recenset, & contra
 Spinofam, ingenii vim & imaginationem huc perperam ad-
 vocantem, disputat, denique Judæorum de Prophetis & Pro-
 phetia opinionem in summam confert. De Elia multa par-
 tim ex Scriptura, partim ex Judæorum scriptis, addita *ἐπιχει-
 ρησι*, commentatur, fabulam Pontificiorum de Ordine Carme-
 litarum ab eo instituto explodit, de epistola vero ad Joramum
 scripta ita statuit, quod vel ante raptum Eliæ manu scripta,
 vel saltem ad ejus præscriptum a Propheta quodam exarata sit.
 Ubi de Elia exponit, imprimis de verbis disputat, quibus Na-
 hamanem, veniam petentem, ut templum Rimmonis, Syro-
 rum Dei, impune ingredi sibi liceret, dimisit. Monet itaque,
 Nahamanem politicam tantum genuflexionem, ex neces-
 sitate obeundi muneris præstandam, liberam sibi esse voluisse,
 Elia etiam verba *abi in pace non tam permittentis esse, quam
 vocentis & optantis*, ut Deus illi pacem largiatur, ne consci-
 entia

entiae nullam habeat rationem. Nihil itaque praesidii hic illis relinquitur, qui hoc loco ad hypocrisin & indifferentissimum abutuntur. Conferri praeterea vult Cl. Autor Bochartum in epp. & Phaleg p. 892, Schotanium ad Sulpicium Severum, Saubertum in Opp. posthumis & Meyerum in notis ad Seder Olam. In calce notarum ad hoc caput confutantur illi, qui Oracula meris Sacerdotum fraudibus absolvi, nullasq; Satanae in iis partes fuisse sibi persuadent. Cap. VIII *Statum Regni Israelis Politicum* delineat, qui semper fuit infelix. Plerique Reges, excepto Jeroboamo II, non diu imperio praefuerunt, praeter hos autem Magistratus, Seniores, Nobiles, Judices, Tribuum praefecti, Ducesque in bello rerum erant administri, quorum plerique pessimi erant, & vitiis maxime indulgebant. Oeconomia non minus erat depravata, Republica ipsa continuis bellis vel inferendis nunc tribui Judae, nunc aliis nationibus, vel propulsandis distringebatur. In notis historia Naboti, tanquam illustre calamitatis illorum temporum exemplum, graviter & diserte ob oculos ponitur. Occasione cladis, quae Israelitis ita illata legitur, ut CCC millia caderent, eruditus Autor varia ex antiqua & recenti memoria exempla affert, quae parem in praeliis militum stragem editam esse evincunt. Haec ex Libro I fusius repetere placuit, ut in ceteris nobis liceret esse brevioribus, cum haec speciminis loco esse possint, ex quo de ratione tractandi Autori recepta fiat judicium. Reliquos itaque libros summam perstringemus. Libri II cap. I res gestas Rehabeami, primi Judae Regis post secessionem X Tribuum, explicat. Hic inter multas, quas habuit, uxores, tres potissimum coluit, *Machabath, Abihail & Mabacha*. Regni initiis, quae videbantur bona, non respondebat progressus, sed in Ecclesiasticis idololatria, in civilibus bella, dominabantur, inter quae illud, quod cum Rege Aegyptio Sisako gestum est, urbem sanctam & templum direptioni exposuit, quae contigit anno XLII a jactato templi fundamento. Regni ejus finem fecit annus XVII. Cap. II de Regibus Judae, *Abia, Asa, Josaphat, Joram, Achasias* itemque *Atbalia*, Cap. III de *Joazo, Amasias, Vzzia, Jo-*

p. 87

92

94

100

thamò & Ahaso, Cap. IV de Rege *Ezechia* commentatur, qui pessimi Patris filius fuit optimus, & religionis res summe diligentia restituit ac vindicavit. Hic multus est Autor in ediferendo bello cum Sennacherib feliciter gesto. Cap. V Reges Manasse, Ammonem, Josiam, Joachazum, Jojakimum, Jojachimum & Zedekiam representat. Cap. VI statum regni Judæ Ecclesiasticum delineat, & ostendit, religionem templo alligatam fuisse, quod subinde afflictum a piis Regibus reparatum fuit, quamvis & illi excelsa admitterent. Status itaque Ecclesiæ nunc infelix fuit ex tolerata ab impiis Regibus idololatria, nunc felix a reducta per pios Reges doctrinæ & cultus puritate. Idololatria ut plurimum per Mulieres, quæ blanditiis suis se in animos Regum insinuabant, & introducta & amplificata fuit. Ex idololatria improbi & corrupti nascebantur mores, ut Judæi tandem ipsos Israelitas profligata vivendi ratione superarent. In notis excurrit Cl. Autor in illud argumentum, quod ad vindicandum Regum & Principum in asserenda doctrina, a Pontificiorum sordibus repurgata, studium pertinet, id quod in ipsis Judæorum Regibus exemplum invenit. Commentatur idem de Synedriis Ecclesiasticis, & de idololatriæ Gentilis impuritate. Cap. VII ordinarios sacrorum Ministros, Sacerdotes & Levitas considerat, ac speciatim continuam Sacerdotum Magnorum, qui Sacerdotibus ceteris præerant, seriem, historia eorum ex monumentis sacris summam proposita, ob oculos ponit. Horum Ministrorum Sacrorum varia fuit fors & conditio, prout Reges nunc sibi vitiiis magis indulgebant, nunc Divinum cultum magis provehebant. Cap. IIX de extraordinariis Ecclesiæ Ministris, Prophetis, commentationem ingreditur. Hi erant vel anonymi, vel proprio nomine designati, iique aut concionatores, aut scriptores. Conciones plerumque irritæ fuerunt, & scopo suo exciderunt, quæ res ipsius quoque excidii causa non ultima merito habetur. In Annotationibus multa legas de Prophetis, speciatim Jesaia, Jeremia & Ezechiele, de quorum genuina explicatione dum sollicitus est Cl. Autor, operam simul dat, ut in Coccejanam interpretandi rationem animadvertat. Cap. IX statum Regni Judæ

p. 185

187

190

200

210

217

Judæ Politicum considerat, qui Monarchicus fuisse videtur cum Aristocratia & Democratia quadam conjunctus, sub Theocratia temperatus. Collapsam Rempublicam Afa ac præsertim Josaphat restituit, institutis ubique *δικαστηρίους*. Paulo post tamen res in pejus relapsæ sunt, ut Propheta non minus de impiis Regibus quam Judicibus corruptis & depravata familiarum conditione conquererentur. Tandem finem Regnum invenit in deportatione populi a Chaldæis facta. Synædrii *M.* autoritas, a Judæis tantopere celebrata, nulla fuit, cum in libris Regum & Chronicorum nihil ejusmodi legatur, ex quo id deduci possit, quod disertius explicat Autor in notis. Cap. X synchronismum Regum Judæ & Israelis instituit, ubi id fundamenti loco præstruitur, tempora Imperii Regum Judæ, non Israelis, pro basi Chronologiæ habenda esse, *quamvis vel sic occurrant dubia prorsus ἄλυτα*; neque enim omnia expediuntur, si vel maxime, quod recte ab Interpretibus monetur, 1 considerentur anni completi & incompleti, 2 interregna, 3 nonnulli Reges vel cum Patribus, ut socii, vel deinde soli regnasse statuatur, ac 4 tempus observetur Regni turbati initio vel pacati. Cap. XI synchronismum Judæ & Israelis cum exteris nationibus ad liquidum deducit, ubi præter Ægyptios, Idumæos, Philistæos, Moabitas &c. res Phœnicum, Pœnorum, Græcorum, Romanorum, imprimis autem Assyriorum & Chaldæorum, ad calculum revocantur, quod argumentum ut impeditum est & obscurum, ita illustre præsidium ad Scripturæ interpretationem asferre merito existimatur.

p. 225.

Liber III Israelitas X tribuum per Assyrios victos & deportatos contemplatur, adeoque cap. I in Assyriorum regnum & ejus antiquitatem inquirat, cap. II reliquias Israelitarum aliquas in Terra Sancta observat, quibus idololatræ, Sennacheribi auspiciis, permixti, effecerunt, ut turpissima religionum mixtura, Samaritanismus oriretur. Cap. IV statum deportati in Assyriam Israelis depingit, & observat, nonnullos Israelitas cum Judæis, a Nebucadnezare, Assyriæ victore, in Chaldæam translatis, in Terram Sanctam, ad edictum Cyri, rediisse. Errant enim ex Christianis & Judæis illi, qui X tribus nunquam an-

259

tea rediisse, & ne quidem sub Messia regno ab exilio reversuros existimant. Nec magis vero est simile, quod de fluvio Sabbathione, nusquam locorum existente, commenti sunt Judæi; sicut & illi fallunt, qui Tartaros Judaicæ originis esse affirmant, aut cum Judæis quibusdam Israelitas in America quærunt. Lib. IV Judæos a Nebucadnezare in Chaldæam abductos dicendo persequitur, quo consilio cap. I ipsum *Chaldaeorum Regnum* describit, Regesque ejus omnes, cum rebus a singulis gestis, in memoriam legenti revocat. Cap. II de excidio regni Judæ & Templi, cap. III de reliquiis Judæorum in Terra Sancta, cap. IV de statu Judæorum in exilio Babylonico ad captam a Persis Babylonem, cap. V de statu Judæorum in exilio Babylonico sub Dario Medo usque ad egressum, eademque opera de Daniele & ejus Prophetia, cap. VI de beneficiis Judæorum in exilio Babylonico Ecclesiasticis & Politicis ea tradit, quæ ex fabulis sacris hauriuntur. Cap. VII destinatur synchronismis aliarum gentium, tempore exilii Babylonici, ubi de rebus Syrorum, Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum & Arabum, Phœnicum item, Philistæorum, Tyriorum, Ægyptiorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Græcorum & Romanorum ita exponitur, ut cum Judæorum statu, temporum serie observata, comparentur.

p. 326.

Liber V restitutioni Reipubl. Hebræorum, eorumque ex Babylone egressui explicatius tradendo impenditur. Videas itaque cap. I Persarum gentem, originem, sedem, religionem & mores. In calce capitis ea, quæ Thomas Hyde in libro de religione veterum Persarum ex fide Arabum de Zoroastre, tanquam religionis antiquioris correctore, commemoravit, fidem non mereri dicuntur, nec præter rationem in figmenti suspensionem adducuntur, quamvis de cetero Hydii commentationi multum se debere Autor profiteatur. Cap. II de Regno & Regibus Persarum, Dario Medo, Cyro & Cambyse: cap. III de Dario Hystaspide & ceteris ad finem usque Monarchiæ Persicæ, commentatur. Cap. IV Persicæ Monarchiæ durationem scrutatur, de qua & Christiani nascentis Ecclesiæ & ipsi quoque Gentiles dubii fuerunt. Illi quidem rectissime rebus

rebus suis consulunt, qui Scripturam sequuntur ducem, & neglectis tantisper, quæ ex profana historia obverti solent, objectionibus non ultra duo Sæcula imperii Perfici terminos protendunt. Cap. V Babylonem per Darium & Cyrum captam contemplatur, atque in calce urbem hanc typum Mysticæ Babylonis, tempore novi Fœderis aliquando destruendæ, fuisse ostendit. Cap. VI explicat edictum Cyri, & Israelitarum ex Babylone egressum, ubi id etiam agitur §. V, ut appareat, non solum ex tribu Judæ & Benjaminis, sed etiam ex aliis X tribubus, licet non tanto numero, egressos fuisse, de quo argumento legi vult Cl. Autor Wilhelmi librum sub titulo : *διασπορά δακίφυλος*. Cap. VII Hebdomades LXX Danieli revelatas sub examen revocat, quod argumentum continuatur cap. VIII, ubi variz Christianorum de illarum hebdomadam initio & sine sententiæ enarrantur, ex quibus eam opinionem sequitur Cl. Auctor, quæ initium hebdomadam collocat in edicto Cyri, quod vel ut *primum emanans*, vel ut deinde a Dario Hystaspide *firmatum* considerari potest. Scaligeri sententiæ eadem opera confutatur.

Liber VI statum Reipubl. restitutz usque ad Alexandrum M. representat, & cap. I restorationem Templi II & urbium in Terra Sancta, cap. II formam & gloriam Templi secundi, cap. III secundum Israelitarum egressum, Duce Ezra, cap. IV negotia Nehemiæ circa Rempubl. Judæorum & speciatim Hierosolymæ muros, cap. V Ahasveri & Estheræ historiam, cap. VII statum Reipubl. restitutz Politicum, cap. VII statum novæ Reipubl. Ecclesiasticum delineat. Cap. VIII uni Synagogæ M. ejusque auspice Ezra circa religionem & Codicem Sacrum negotiis edisserendis impenditur. De illa Synagoga multa tradunt Judæi falso, quæ ex re & usu suo esse putant, non temere credenda, inter quæ numerat Auctor constitutionem Canonis, quam ipse a Prophetis & Ezra repetendam judicat, Masoræ tamen inventæ laudem Synagogæ Viris relinquens. Cap. IX ea confutat, quæ falso Synagogæ M. tribuuntur, v. c. lex oralis & ejus confirmatio, instituta quædam morum, formula execrationis adversus Samaritanos pronuncianda, &c. In observationibus ostendi-

P. 417.

tur fufe, Samaritanas literas non esse antiquiffimas illas Hebræorum, fed illas potius, quibus hodie Sacer Codex est exaratus. Cap. X fynchronifmos apud Gentes cum hiftoria Judaica comparat.

p-530

Liber VII Statum Reipubl. Hebr. a tempore Alexandri M. usque ad Hafmonæos exhibet, & c. I expeditionem Alexandri M. ortumque Græcæ Monarchiæ, cap. II hujus Monarchiæ divisionem, cap. III Rempublicam Judæorum Alexandro M. fubjectam, cap. IV Samaritanifmum novum ex Schifmate Manafis, cap. V statum Judæorum fub Ptolemæo Lagi, Philadelpho, & Philopatore, cap. VI eorundem conditionem fub Seleuco Nicanore & Antiocho M. cap. VII affictas eorum res fub Seleuco Philopatore & Antiocho Epiphane expendit. Sequitur capite VIII ftatus Reipubl. Politicus inde ab Alexandro M. usque ad Hafmonæos, cap. IX ftatus Ecclefiafticus intra idem temporis intervallum, ac tandem cap. X fynchronifmus aliarum gentium fubjicitur.

579

Lib. IIX in ftatu Reip. Hebr. fub Hasmonæis usque ad Romanam Monarchiam defcribendo occupatur. Cap. I Remp. per Hafmonæos libertati vindicatam proponit, atque ea occasione cap. II Joannem Hyrcanum, Aristobulum, Alexandrum Jannæum & Alexandram Reginam celebrat. Cap. III diffidia inter Principes Hasmonæos, cap. IV statum Hebr. Politicum fub Hasmonæis, cap. V statum Ecclefiafticum, cap. VI Syndrii M. hoc tempore ex mente Judæorum conditionem exquirat, ac denique cap. VII de fynchronifmo aliarum gentium illuftrando laborat.

Lib. IX Judæos extra Terram Sanctam ubique difperfos, & quidem cap. I Judæos Ægyptienfes, cap. II Judæos Syrios fub ftylum vocat. Cap. III Templum Oniæ Heliopolitanum, cap. IV Judæos Babylonienfes, Parthos, Medosque, cap. VI Judæos Idumæos, Arabas, Moabitas, & Phœnicas, Cap. VII Judæos Afiatcos, & VIII Græcos cum induftria perfequitur. His fuccedunt Indices, qui toti tractationi finem imponunt. In præfatione Cl. Autor alios ejusdem operis Tomos fperare jubet Lectorem, quibus hiftoria Judæorum per varias fortis vicifsi-

vicissitudines a tempore, in quo nunc perstitit, usque ad nostram ætatem deducatur, cui labori, longo omnino sed perutili sustinendo idoneas animi corporisque vires ipsi merito apprecamur.

CHRONICON MELLICENSE, SEV ANNALES
Monasterii Mellicensis, Auctore P. ANSELMO
SCHRAMB, Ordinis S. Benedicti dictique Mo-
nasterii Professo & Bibliothecario.

Viennæ Austriae, literis Jo. Ge. Schlegelii, 1702, fol.

Alph. II pl. 4.

AD exemplum Annalium Fuldensium, factorum Colmarinensium, Trithemiique Hirsaugienfis ac Spanheimensis Chronici, non modo in domesticis hærentium, sed ad Imperii statum, regnorum rerumque vicissitudines se diffundentium, Autor solertissimus in Annalibus his Mellicensibus res Austriacas enarrare, ac adeo utrumque statum conjungere prudenti consilio decrevit. Id enim instituto suo vel maxime congruum esse putavit, ut ante omnia Austriae regionem cum successione Principum, regimine, prærogativis & rebus memorabilibus a prima mundi ætate usque ad annum secularem septingentesimum supra millesimum delinearet, ac deinceps monasterium Mellicense Ordinis S. Benedicti ex vetustissimis monumentis ac codicibus MStis ex instituto describeret. Totum opus divisit in decem partes, in quibus etsi fati multa, que memoratu digna forent, deprehenduntur, nobis pauca saltem delibasse suffecerit. Sic refert de Julio Cæsare, eum aliquando in Castro ferreo. Melck hodie dicto, sedem fixisse, & cognita loci illius amœnitate in hæc verba interdum prorupisse: *Mel dilecta*, ex quibus nomen *Medelick* & postea cursim *Melck* fluxisse existimetur. Alii tamen originem ducunt a fluvio *Melck*, qui monasterium alluit, & rursus alii ad vocabula *Mel* & *Lac* ac notissimam Scripturæ phrasin, qua tellus melle & lacte affluens innuitur, respiciunt, atque inde *Mellack*, postmodum *Melck* enatum esse opinantur. De Leopoldo, primo Marchione

p. 10.

p. 23

38

Marchione Austriæ, commemorat, eum Mellicii, simul ac hujus loci potitus fuisset, Ecclesiam Collegiatam, quam vocant, fundasse, ibidemq; commorari, mori ac sepeliri voluisse. S. *Colomanni* quoque, natione Scoti, cujus corpus in monasterium Mellicense delatum esse credunt, historiam exhibet, prout ab Erchenfrido Abbate olim scripta fuerit. Marchionum Austriæ, Alberti Victoriosi & Ernesti Strenui, munificentiam laudat, quorum alter sanctam crucem, alter lanceam S. Mauritii crateremque S. Udalrici Mellicensibus dono dedit. Abbates quinquaginta duos, qui monasterio inde ab ejus fundatione præfuerunt, enumerat, & Bertholdum mense Novembri anni M DCC electum adjungit; nec tamen plura de illis in medium afferre, aut unius alteriusve merita, quæ Mellicenses sibi vindicare possunt, repetere necesse ducimus, saltem opus historię Austriacę cupidis apprime commendamus.

DIVINE ESSAYS.

h. e.

CONATUS SACRI DE VARIIS ARGUMENTIS
a SAMUELE WALKERO, A. M. Vicario Cro-
stonis in Comitatu Lincolnensi.

Cantabrigiæ, apud Rich. Thurlbournæ, 1709, 8.

Plag. 19.

p. 2

Cum Conatus hi a Cl. Auctore ad provchendam vitæ Christianæ sanctitatem unice referrentur, idem consultum putavit, quædam in universum de necessitate vitæ sanctioris in Præfatione monere, & pro illa demonstranda duo potissimum argumenta afferre, quorum alterum urget, nullum esse vitæ genus, quod a tentationibus liberum præstet, alterum vero manifestum facit, singulos Christianos non solum ad virtutis studium sed etiam ad illius incrementa sibi comparanda obstrictos esse. In Conatu primo *de Lektione Scripturæ* S. sententiam dicit, ac in prima sectione argumenta illam commendantia affert, inter quæ numeratur 1. singulare beneficii genus, quod Deus, ab orali traditione homines liberaturus, præcepta sua literis signata, ac in vulgares linguas translata, nobis-

nobiscum communicavit, 2 ipsius Autoris dignitas, 3 scopus ejus, qui ad erudiendos homines refertur, & 4 majestas attentionem inprimis & curam legentis desiderans. Sectio II commoda ex lectione redundantia exponit, quæ anima percipit, dum 1 naturam Divini Numinis, 2 divinæ Providentiæ rationem, 3 humani generis Redemptionem, 4 mundi & futuri status conditionem inde percipit. Sect. III lectionem illam ad vitam spiritualem requiri ostendit, cum Scriptura cogitationibus nostris, linguæ, vitæ usui, devotioni, regulas præscribat, ac præterea rationes & vires in his persistendi suppeditet. Sectio IV monita ad lectionem Scripturæ S. cum commodo instituendam faciëntia complectitur. Præcipit itaque, ut Codex diviniior 1 frequenter, 2 cum cura, 3 sine studio partium, 4 habita momentorum ad salutem omnino necessariorum ratione, legatur, & 5 caveatur, ne loci obscuriores perspicuis præferantur, aut perspicui præ obscurioribus negligantur. Conatus II de Meditatione, ejusque Sectio I de natura, præsentia & necessitate illius generatim præcipit. In universum de Meditatione ita statuit Cl. Autor, ut eam dicat esse serium actum intellectus, quo argumenta examinantur, varizque res comparatis inter se rationibus excutiuntur. Hujus facultatis, quæ hominibus in universum, quamvis alteri magis, alteri minus, naturæ beneficio, communis est, præstantia manifesta est partim ex ipsius conditione, partim ex eo, quod bruta, quibus ceteroquin principium actionum materiali superius omnino relinquendum est, illa destituantur. *Necessitas* ejus tanta est, ut sine ea felicem vitam agere non possimus, quia tam diversa objecta sensus nostros ac per eos intelligendi facultatem feriunt, ut, nisi per meditationem selectum habere possimus, facillime decipiamur. Sect. II naturam & præstantiam Meditationis Christiano propriæ delineat, quæ ex præstantia objecti diviniioris, præstantioris & utilioris satis elucet. Sect. III commoda ex meditatione ad vitam spiritualem & sanctiorem redundantia in eo collocat, quod per eam veritates rectius perspiciantur, & ad usum vitæ accommodentur, sicut vicissim meditationis ne-

p. 6

18

29

41

43

46

48

52

55

P. 63

glectio præcipua impietatis causa merito habetur, sine qua mors & iudicium, cœlum & infernus animo non recte obverfantur. Sequitur Conatus III cum totidem aliis, quorum summa tantum capita ob brevitatis studium persequemur, cum dubium non sit, ex iis, quæ hucdum fufius de prioribus dicta sunt, de Cl. Autoris ingenio & candore iudicium ferri posse.

85

Conatus III itaque primo naturam & indolem *explorationis sui ipsius* exponit, deinde vero generales quasdam præceptiones subministrat. Conatus IV *privatas preces* ita commendat, ut Sect. I agat de natura precum generatim, Sect. II de argumentis ad illas cum cura instituendas permoventibus, Sect. III de commodis precum copiosis, Sect. IV de Servatoris præcepto, Sect. V de singulari precum privatim factarum præstantia, Sect. VI de earum necessitate, Sect. VII de cavendis battologiis, Sect. VIII de habendis precandi formulis, Sect. IX de brevitate in precibus observanda, Sect. X de difficultate in eodem objecto sine mentis distractione persistendi, Sect. XI de remediis, menti in precando evaganti opponendis, Sect.

197

XII de applicatione eorum, quæ de mente precantis distracta dicta erant, ad homines partim profanos & rerum suarum incuriosos, partim ad cordatos & pios facienda, quibus tandem Sect. XIII formulas quasdam precandi adjungit. Conatus V *publicum Dei cultum* describit, ac Sect. I officium Deum solemnè cultu prosequendi homini impositum esse præcipit, Sect. II morem certos locos cultui huic celebrando destinandi vindicat, Sect. III, quo sensu illi loci *domus Dei* vocentur, aperit, ac denique Sect. IV examinat, quæ debeat eorum esse conditio, qui in his locis se Deo sistere aggrediuntur.

231

262

Conatus VI & ultimus *Cenam Domini* accuratiori examine ita metitur, ut Sect. I ipsius Institutionis verba explicentur & Sect. II inde conclusiones quædam deducantur. Hinc Sect. III diligentius disputatur de eo, cur Corinthii ad S. Cenam indigne accedere dicantur a Paulo, cujus rei rationem *in confusione odii & luxurie plena*, quæ in agapis eorum se exercebat, querendam putat. Sect. IV Anglorum Ecclesiam in idem crimen incidere non posse, atque adeo timorem, ne indigni sint convivæ, mi-

aus

sus fundatum esse monet. Cum tamen varii alii sint modi, secundum quos aliquis indignum se Coena Sacra reddere possit, Sect. V naturam & periculum indignitatis hujus exponit. Neque tamen timor hic idoneam causam suppeditat, quam ad excusandam ab ea abstinenciam aliquis afferre possit, quod Sect. VI ad liquidum deducit. Finem tractationi imponit Sect. VII eris exhortatione ad frequentem & legitimum S. Coenae usum.

ORIGINES ECCLESIASTICAE, OR,
the Antiquities of the Christian Church.

h. e.

ANTIQUITATES ECCLESIAE CHRISTIANAE. *Volumen III, in duas Partes distinctum a* JO-
SEPHO BINGHAM, *Rectore Headborna-*

Wortbensch.

Londini, apud R. Knaplock, 1711, 8.

Alphab. i pl. 14.

Volumen hoc III est eximii Operis, idque in tres libros divisum, quorum primus Ascetarum rationem, qualis illa in nascente Ecclesia fuit, describit. Cap. I Ascetas a Monachis maxime distinctos esse evincit. Ascetarum enim etiam in tribus primis Saeculis mentio fit, cum IV demum Saeculo Monasticae vitae institutum originem suam debeat, quo etiam tempore Ascetarum & Monachorum nomina confundi coeperunt. Hanc differentiam intellexit Valesius in notis ad Euseb. II, 17 & Pagius in Critica Baron. an. 62 n. 4. Ascetae itaque erant illi, qui abstinentiae magis indulgebant, & jejuniis praeter ceteris operam dabant. Tales memorat Origenes cont. Cels. lib. V p. 264, Irenaeus ap. Euseb. V, 24 & alii. Iidem in precibus & contemtionem saeculi diligentiores se praestabant, nec minus Ascetarum numero adscribebantur, qui religionis causa coelibem aut asperiores vitam agebant. Has vitae rationes omnis generis & fortis homines libere, nulla necessitate aut legibus coacti, adoptare solebant: Monasticae autem vitae nec nomen nec ratio ante Saec. IV innotuit. Propterea illius originem Pagius in Critic. Baron. an. 318 n. 12, Holstenii & Pa-

P. 3

4

5

9

Kk 2

pebro-

p. 11

11

12

17

19

36

pebrochii testimoniis usus, ad Constantini M. tempora re-
 fert. Ascetæ itaque a Monachis differunt, 1 quod hi vel in
 cellis vel in Monasteriis ab aliorum hominum societate remo-
 ti latebant, illi vero cum ceteris in civitate vivebant, majori ta-
 men habita virtutis exercendæ ratione, 2 quod Monachi se-
 cundum primam institutionem Laici tantum erant, Ascetæ ve-
 ro ex Clericis æque ac Laicis constabant, 3 quod Monachi
 certis institutis & legibus adstringi deberent, quibus Ascetæ
 liberi non aliis quam Evangelicis præscriptis audientes erant.
 Primi illi Ascetæ dicebantur etiam *σκηδῶται* ab Eusebio, & *ἐλα-
 κτῶν ἐπιλεκτότεροι* a Clemente Alex. Cap. II eruditissimus Au-
 tor varia Monachorum genera, & diversa vivendi instituta ex-
 plicat. Quidam enim eorum Anachoretæ, Coenobitæ alii vel
 Synoditæ, alii Saraibaitæ aut Remboth, alii Stylitæ diceban-
 tur. His accedebant Monachi Sæculares, qui in conjugio
 quidem, sed non sine quadam vitæ austeritate, ad Ascetarum
 veterum exemplum, vivebant, quos describit Spalatenus de
 Republ. lib. 2 c. 11 n. 22. Quod ad primam Monachorum
 originem spectat, non alii quam Laici isti vitæ generi accom-
 modati & idonei erant, nihilominus tamen fieri certo modo
 poterat, ut Clerici etiam in Monachorum ordinem coopta-
 rentur, cum v. c. Monasteria ab Ecclesia tanto locorum inter-
 vallo se jungerentur, ut Monachi Clericorum officiis tam expe-
 dite non uti possent. In sequentibus Autor de variis Monacho-
 rum Ordinibus sive familiis, nominatim de Canonicis Regula-
 ribus, Acœmetis, *Βασκοῖς*, de Benedictinis & Gyrovagis in Italia,
 de Apostolicis in Britannia & Hibernia, de Hesychasticis, Con-
 tinentibus, Silentariis, Renunciantibus, Philotheis, Thera-
 pevtis & Cellulanis, obscuris maximam partem in antiquitate
 nominibus, commentatur. Cap. III dispicit Cl. Autor de an-
 tiquis Vitæ Monasticæ legibus & institutis, in primis illis, quæ
 Coenobitis dicta erant. In illis cavetur, ne Curiales in fa-
 milias Monachorum recipiantur, nec servi, sine dominorum
 consensu, nec mariti aut uxores sine mutuo consensu, nec li-
 beri, insciis aut invitis parentibus. Hæ atque plures aliæ leges
 ordine ita exponuntur, ut non desint idonea ex antiquitate te-
 stimonia.

Simonia. Cap. IV de virginibus & viduis veteris Ecclesiae exponit, & virgines quidem sub initium non videntur perpetuam virginitatis votum suscepisse, sed pro arbitrio mentem & sententiam mutasse, quod ostendit Fellus in notis ad ep. IV Cypriani. Sequenti autem aetate, quod apparet ex Concilio Aug. can. 19 & aliis, per leges certis poenis illae subijciebantur, quae votum coelibatus irritum reddebant. Neque tamen unquam virginum ejusmodi professorum conjugia canonibus Ecclesiasticis prohibentur, sed potius permittuntur, si ante 40 aetatis annum sacrae fuerint. Post haec Cl. Autor quaedam de habitu formaque consecrandi, de privilegiis item per publicas leges concessis, ut & de nomine *ρονις* & Nonna in medium affert. Liber VIII destinatus est considerationi Templorum veteris Ecclesiae. Cap. I templorum nomina, quae sunt Ecclesia & *ἐκκλησιασθηριον*, Dominicum, *κυριακόν*, domus Dei, domus divina, domus Ecclesiae, oratoria, *προσευχαι*, Basilicæ, *Ανάκτορα*, Tempora, Synodi, Concilia, Conciliabula, Conventicula, Martyria, Memoriarum, Apostolarum, Prophetearum, Coemiteria, Mensae, Aerae, Casae, Trophaea, Tituli ex antiquitate explicantur, ut appareat, quae singulorum nominum sit ratio, quo respectu Tempora ita appellentur, & cui tempori origo singulorum sit referenda accepta. Scriptores Ecclesiastici solent etiam commemorare Ecclesiam Matricem & Dioecesanam, quae quomodo a se distinguantur, Cl. Auctor in eodem capite disputat, ac deinde idoneis testimoniis veterum Scriptorum demonstrat, per tres primas Ecclesiae nascentis Centurias templa cultui divino destinata existisse. Illa testimonia debere se profiteretur Jos. Medo, cujus singularis de hoc argumento commentatio existat. Tandem respondetur ad exceptiones, ex Arnobio & Lactantio in contrariam sententiam afferri solitas. Cap. II differentiam inter Tempora Ecclesiae antiquioris & recentioris intercedentem, & morem Gentilium templa & Judaeorum Synagogas celebrandis Christi sacris dedicandi tradit. Cap. III de exteriori Templi narthece, cap. IV de interiori & diversis utriusque partibus, cap. V de *ναψ*, Cap. VI de Bemate, cap. VII de Baptisteriis & Exedris, cap. IIX de Donariis &

p. 81

97

121

137

148, 158

162, 177

217, 241

K k 3

Anathe-

- p. 262, 273
291
308
344
394
419
431
463
553
- Anathematibus, cap. IX de Templorum Consecratione, cap. X de veneratione adversus templa, cap. XI de alylis & Ecclesiæ Vet. circa ea legibus erudite & fuse disquirit. Liber IX Geographiam Ecclesiasticam comprehendens, cap. I constitutionem & divisionem Romani Imperii ideo sistit, ut rectius intelligatur, Ecclesiam ad ejus exemplum in certas partes & dioceses distinctam fuisse: Cap. II de ratione & amplitudine Diocesium sive Ecclesiarum Episcopalium in Africa, Ægypto, Arabia, Palæstina, Syria, Phœnicia & aliis Orientis provinciis diligentius præcipit. Cap. III idem argumentum tractat, quod ad provincias Asiæ Minoris persequitur. Cap. IV eandem operam provinciis in Thracia, Macedonia, Græcia, Illyriæ &c. præstat. Cap. V septendecim provincias Romanæ & Italicæ Diocesium cum Episcopalibus earum Diocesium considerat. Cap. VI Dioceses Galliæ, Hispaniæ & Britannici persequitur. Cap. VII exhibet Notitiam Episcopatum veteris Ecclesiæ, prout illi primum auspiciis Leonis Sapientis Sac. IX in summam relati sunt. Cap. VIII de distinctione Diocesium in Parochias commentatur. In Appendice legitur Catalogus Diocesium, quæ sex provinciis Africæ continentur, & a Carolo a S. Paulo ac Holstenio cum cura collectæ sunt.

*QUADRATURA CIRCULI ET HYPERBOLÆ
per infinitas Hyperbolas & Parabolas quadrabiles Geometricæ exhibitæ & demonstratæ; Autore D. GUIDONE
GRANDO, Monacho Camaldulensi, in Pisana Universitate Publ. Phil. Profess. Reg. Cels. M. D. Etruriæ Theologo
& Mathematico, & Regiæ Societatis Britannicæ
Sodali.*

Pisis, ex typographia Francisci Bindi, 1710, 4.

Constat plag. 20.

Elegantissimæ sunt series, quas in Actis A. 1682 p. 41 & seqq. pro circulo & hyperbola dedit Illustris *Leibniti*. Earum demonstrationes varias hæcenus exhibuerunt varii. Cl. *Grandus* more veterum Syntheticam huc usque desideratam a se superaddi profitetur, eamque geminam, alteram nempe per

per infinitas Parabolas, alteram per infinitas hyperbolas: quod tanto gratus accidit, cum hodie perpauci sint, qui methodum demonstrandi veterum syntheticam cum recentiorum analytica conjungunt. Dum vero in parte priorē prop. 7 ad demonstrandam circuli quadraturam per infinitas parabolas viam sternit; cor. 3 hoc paradoxum infert, eandem lineam vel quantitatem infinities positam & infinities subtractam relinquere sui medietatem. Quodsi obicias, ex infinitis nullitatibus non posse aggregari quantitatem datam; eam infiniti vim agnoscendam reponit, ut etiam quod per se nullum est, multiplicando in aliquid commutet & hinc creationem rerum ex nihilo illustrare conatur. Simili sequente rem illustrat. *Tirius & Mævius* hæreditatem patris inter se ex æquo dividentes de unico pretiosissimo lapide immensi valoris, quem a familia alienari in testamento vetat pater, sic eandem conveniunt, ut alternis diebus in alterutrius musæo collocetur. In hoc casu quantitatem eandem infinities positam & infinities subtractam æquivalere dimidio sui arbitratur Autor, cum gemmæ indivisæ possessio inter utrumque fratrem dimidietur. Infert autem suum paradoxum inde, quod, si b_1A, b_2A, b_3A &c. fuerint infinitæ parabolæ circa eandem axem bI , sit ubique $yG - G_1 + G_2 - G_3 + G_4 - G_5$ &c. in infinitum $= GD$. Inde nimirum consequi arbitratur etiam $bV - bV + bV - bV + bV - bV$ &c. in infinitum æquari ipsi VS , quam in antecedentibus ostendit $\frac{1}{2}bV$ æqualem: quia scilicet hæc æquatio casus ultimus prioris seu casus evanescentis, cum omnia puncta $y, 1, 2, 3, 4, 5$ &c. cadunt in b . Circa hoc paradoxum equidem moneri nonnulla poterant; sed præstat ipsum calculi infinitesimalis autorem, scientiæ infiniti maximum propagatorem, Illustrē Leibnitium, in epistola ad Cæleb. *Wolffium* nostrum, Matheseos alterum in Germania cum Leibnitio lumen, data, quam mox subjiciemus, de illo differentem audire. Addit in secunda hac editione (prior enim anni 1703 ad nos minime pervenit) demonstrationem tetragonismi circuli, ex infinita serie quorundam rectangulorum a *Carsesio* in posthumis deducti, & e propria penu eidem sub-

TAB. II.
Fig. 12.

TAB. II
Fig. 13

subjungit alium *conchoidi Nicomedeae* innixum. Sit, inquit, *femicirculus HCA* & per ejus centrum *B* ducta linea *BN* ad diametrum *AH* perpendiculari, describatur polo *A* regula *BN* intervallo *BH* *conchois Nicomedeae HGFE*: item centro *A*, radio *AH* quadrans circuli *HMDO*, sitque angulus *HAC* *femi*-rectus, quem *bisariam* dividat recta *AK* & residuum *KAH* item *bisariam* secet recta *AL* & sic deinceps. Erit quadratum inscriptum circulo ad circulum in ratione composita ex *AC* ad *AD*, *AK* ad *AI*, *AL* ad *AM*, & sic deinceps ex aliis chordis *bisecantibus* residuos angulos ad radios circuli *AD* & *AH*: circulus vero ad quadratum circumscriptum erit in ratione composita ex *AD* ad *AE*, *AI* ad *AF*, *AM* ad *AG*, & sic deinceps aliis radiis *bisecantibus* residuos angulos ad correspondentes ramos *conchoidis*: quarum rationes componentes post aliquas *bisectiões* fere in rationem *aequalitatis* degenerant. Agit etiam in schol. 2 prop 4 de intensiõnum luminis gradibus determinandis: cumque Vir illustris *Leibnitius* in litteris responsoriis d. 21 Julii 1705 datis ipsum monuisset, scalam intensiõnum luminis etiam ad gradus sollicitationum gravitatis inservire, in schol. 3 prop. cit. comparationi lucis & gravitatis indulget. Pro hyperbola affert primum seriem a *Leibnitiana* diversam. Demonstrat nimirum, si parallelogrammum hyperbolæ inscriptum fuerit 1, spatium hyperbolicum fore $\frac{1}{1.2} + \frac{1}{2.4} + \frac{1}{3.3}$ $+ \frac{1}{4.16} + \frac{1}{5.32}$ &c. Postea seriei hujus consensum cum *Leibnitiana* per calculum *Leibnitianum* demonstrat. Addit demonstrationem aliam *Gabrielis Manfredi* per eundem calculum & *Eustachii Manfredi*, in Archigymnasio Bononiensi Mathematicum Professoris (qui *Gabrielis* frater natus major) Tractatum de Curvis Planetariis *Cassinianis* publico promittit. Motum tractorium prius in Geometriam introduxit Illustris *Leibnitius* & omnes quadraturas eodem absolvi posse, postquam dudum (occasione problematis a *Claudio Perrault* ipsi Parisiis propositi, quod ad quadraturam Hyperbolæ per tractoriam

res & consequentias animadversione indigere putamus, ne quid scientia detrimenti capiat.

Ostensum est dudum ab iis qui summam terminorum progressionis Geometricæ (post magni Archimedis exhibitum in quadratura parabolæ specimen) dederunt, sed imprimis a Gregorio a S. Vicentio, esse $\frac{1}{1-x} = 1 + x + x^2 + x^3 + x^4 \&c.$

in infinitum, si scilicet ponatur X esse quantitas minor unitate.

Hoc Nicolaus Mercator Holsatus transtulit ad $\frac{1}{1+x} = 1 - x$

$+ x^2 - x^3 + x^4 - x^5 + \&c.$ in infinitum, quod (una cum prior) ostendit ex continuata quadam divisione; quanquam hoc etiam ex prior sequatur, pro $-x$ ponendo $+x$. Idem primus in edita a se Logarithmotechnia docuit hoc applicare ad Quadraturam per seriem infinitam, atque hoc modo Quadraturam Hyperbolæ Arithmeticam nobis dedit, eamque ad Logarithmos adhibuit. Ego exemplo ipsius excitatus feliciter inveni, non solum quadraturam Areæ, cujus ordinata est $\frac{1}{1-x^2}$, inservire ad Quadraturam Hyperbolæ; sed etiam si-

militer Tetragonismo Arithmetico Circuli inservire $\frac{1}{1+x^2}$.

Cum enim (loco x ponendo xx) $\frac{1}{1+xx}$ sit $1 - xx + x^4 - x^6 +$

$x^8 - x^{10} + \&c.$ in infinit. hinc sequebatur $\int \frac{dx}{1+xx}$ (quæ sum-

ma dat quadraturam sectoris Circuli, ut singulari quadam methodo detexeram) fore $\int dx - \int x^2 dx + \int x^4 dx - \int x^6 dx + \&c.$

seu (ex nota Quadratura Parabolocidum) $\frac{x}{1} - \frac{x^3}{3} + \frac{x^5}{5} -$

$\frac{x^7}{7} + \&c.$ Unde in eo casu quo $x=1$. prodit $\frac{1}{2} - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} -$

$\frac{1}{7} + \&c.$ in infinit. quæ series infinita est ad unitatem, ut area Circuli ad quadratum Diametri. Hoc multo ante repertum in primo Anno Actorum Reipublicæ Literariæ Lipsiensium

publicavi. Postea autem in iisdem Actis generalem expressionem dedi, quæ Quadraturam sectoris Conicæ cujuscunque centrum habentis uno theoremate complectitur. Atque hæc Cl. Grandius suo more ad captum eorum, qui minus in calculo generali versati sunt, per lineas demonstrare non sperando consilio voluit, ut res magis imaginationi subjiçatur, quod ego ipse juvenis olim (sed cum multis aliis cognatis inventis) cum Parisiis agerem, in publicum dare constitueram, simulque aperire originem inventionum, quæ fortasse ne nunc quidem satis patet. Sed ad alia postea vocatus intermissi. Scire facilius multo est inventionum dare demonstrationem, quam originem, quæ suget ipsam inveniendi artem.

Nunc omiſſa quadratura redeamus ad seriem ex terminis progressionis Geometricæ (qua sola ad scopum nostrum nunc indigemus) qualis est $\frac{x}{1+x} = 1 - x + xx - x^3 + \dots$ in

inſinit. vel $\frac{x}{1+xx} = 1 - xx + x^4 - x^6 + \dots$ in inſinit. conſi-

deremusque, quid fiat, si sit $x=1$: ibi vero proſit, non ſine admiratione conſiderantis, $\frac{x}{1+x}$ ſeu $\frac{x}{2} = 1 - 1 + 1 - 1 + \dots$ in

TAB. II.

Fig. 12.

inſinit. Idque oculis quodammodo admovet figura a Da. Grandio adhibita. Sit enim quadratum bIAV; ducatur recta diagonalis Ab, vel A1b, ducantur & infinite parabolæ vel parabolocides, A2b, A3b, A4b, A5b &c. ita ut latus quadrati appellando unitatem & abſciſſam AG vocando x, & ducendo rectam yG, ad AG normalem quæ ſecet diagonalem & parabolocides in 1, 2, 3, 4, 5, &c. tunc ordinatæ, Gy, G1, G2, G3, G4, G5 &c. reſpective futuræ ſint, 1, x, xx, x³, x⁴, &c. ut proinde rectæ Gy, G1, G2, G3, G4, &c. ſint progressionis Geometricæ. His poſitis, producatuſ bV uſque in B, ita ut BV ſit = bV; & yG uſque in D, ita ut GD ſit aggregatum harum ordinarum alternis per additionem & ſubtractionem conjunctarum ſeu ut GD ſit $Gy - G1 + G2 - G3 + \dots$ vel

quod (per ſupra oſtenſa) eodem redit, ut GD ſit $= \frac{1}{VA+AG}$
 $= \frac{1}{1+AG}$

$\frac{Y}{1+AG}$ & completo quadrato BVAH describatur curva SDH, transiens per quaecunque puncta ut D, & occurrens ipsi AH, in H, & ipsi BV in S: patet in casu quo sit $AG=VA=1$ fore $GD=\frac{1}{1+1}=\frac{1}{2} \Rightarrow VS$ seu $GD=\frac{1}{2} BV$, & proinde in eo casu, quippe quo G cedit in V & D in S, fore $VS=\frac{1}{2} BV$ vel $\frac{1}{2} AV$. Et quia in eo casu omnia puncta 1, 2, 3, 4, 5, &c. coincidunt in unum idemque punctum B, hinc G_1, G_2, G_3, G_4 &c. fiunt G_y , vel BV , & postremo ex $G_y=G_1+G_2-G_3+G_4$ &c. fiet $BV-BV+BV-BV+G_4$ &c. $\Rightarrow \frac{1}{2} BV$.

Atque hoc consentaneum est *Legi Continuitatis*, a me olim in Novellis Literariis Bælianis primum propositæ & Legibus Motus applicatæ: unde fit, ut in continuis extremum exclusivum tractari possit ut inclusivum; & ita ultimus casus, licet tota natura diversus, lateat in generali lege cæterorum, simulque paradoxa quadam ratione, & ut sic dicam, *Figura Philosophico-rhetorica* punctum in linea, quies in motu, specialis casus in generali contradistincto comprehensus intelligi possit; tanquam punctum sit linea infinite parva seu evanescens, aut quies sit motus evanescens; aliaque id genus, quæ *Jochimus Jungius*, Vir profundissimus, *toleranter vera* appellasset, & quæ inserviunt plurimum ad inveniendi artem, etsi meo iudicio aliquid fictionis & imaginarii complectantur, quod tamen reductione ad expressiones ordinarias ita facile rectificatur, ut error intervenire non possit: & alioqui natura ordinatim semper, non per saltus procedens, legem continuitatis violare nequit.

Verum enim vero hic offendit se difficultas & a Te, Vir Clarissime, & a Cl. Marchetto merito objecta. Cum enim $BV-BV$, vel $1-1$ sit 0; nonne sequitur $BV-BV+BV-BV+BV-BV+BV$ &c. in infinitum, vel $1-1+1-1+1-1+1-1$ &c. in inf. nihil aliud esse quam $0+0+0+$ &c.? quod quomodo facere possit $\frac{1}{2}$, non apparet. Cl. Grandius difficultatem simili quodam ingeniose tollere conatur: Fingit, duos fratres in familia herciscunda occupatos invenire in paterna

hæreditate immensi pretii gemmam, eamque alienare testamento prohiberi; itaque ita convenire inter se, ut alternis annis in alterutrius museo collocetur. Itaque si in æternum hæc lex inter hæredes servari ponatur, alterutram fratrum lineam; cui infinities detur, & infinities adimatur gemma, dimidiura juris in ea recte habituram.

Sed re accuratius considerata, similitudo hic nimis claudicat, & *primum* quidem quia in casu nostro (ipso sentiente Cl. Grandio) res pendet a privilegio infiniti, quod, secundum ipsum, repetitione ex Nihilo Aliquid faciat. At in casu isto familiæ herciscundæ res æque locum habet, licet finitus sit annorum numerus. Finge enim, duobus gemmam non ex hæreditate paterna, sed legato amici, obvenisse, nec proprietatem relictam in perpetuum, sed usum tantum in centum annos; patet eodem modo jura eorum salva fore, si alternis eam annis possideant. At vero in casu nostro, si centies ponantur unitates, alternis addendo & subtrahendo, seu si quinquagies ponatur $1-1$, imo quingenties millies, semper prodibit 0.

Et *secundo* ipsa ratio differentię in eo consistit, quod in casu communis juris duorum, alternis possidentium, id quod datur & tollitur, non est totum jus in re, sed usus unius anni, & non nisi totius juris particula: & toto jure in annos distributo, usuque in centum annos concessio, patet usum unius anni non esse nisi centesimam partem juris integri; & ita cum unusquisque hoc modo obtineat quinquaginta centesimas, patet unumquemque totius juris dimidium habere. Sed in casu nostro ipsa unitas, ipsum totum (non particula) nunc datur, nunc adimitur. Itaque similitudo illa, etsi speciosa, si accuratius intueare, nihil ad rem facit.

Nunc ergo veram, & fortasse inexpectatam, certe singularem, *enigmatis* solutionem; & *paradoxi* rationem afferamus; redeundo ad seriem finitam, & deinde transeundo ad infinitam. Considerandum est nempe, casus seriei infinitę mira quadam ratione confundi. Nempe *series finita* $1-1+1-1+$ &c. dupliciter explicari potest, vel enim constat ex numero membrorum pari & terminatur per— veluti

1—1, aut 1—1+1—1, aut 1—1+1—1+1—1,
 aut quousque tandem progrediare; quibus casibus semper pro-
 dit 0: *vel numero membrorum impari, & terminatur per +,*
 veluti

1 aut 1—1+1, aut 1—1+1—1+1,
 aut quousque tandem progrediare; quibus casibus semper pro-
 dit 1. At cum *Series est infinita*, nempe 1—1+1—1+1—
 1+ &c. in infinitum, ita ut excedat numerum quemcunque;
 tunc evanescente natura numeri, evanescit etiam paritas aut im-
 paritas assignabilitas: & cum ratio nulla sit pro paritate magis
 aut imparitate, adeoque pro procedente 0 magis quam pro 1,
 fit admirabili naturæ ingenio, ut transitu a finito ad infinitum
 simul fiat transitus a disjunctivo (jam cessante) ad unum (quod
 superest) positivum, inter disjunctiva medium. Et quoniam
 ab iis qui de æstimatione scripsere, ostensum est, cum medi-
 um inter duas quantitates pari ratione nitentes sumendum est,
 sumi debere medium Arithmeticum, quod est dimidium sum-
 mæ; itaque natura rerum eandem hic observat *justitia legem;*
 & proinde cum 1—1+1—1+1—1+ &c. in casu finito nu-
 meri membrorum paritas sit 0, at in casu finito numeri termino-
 rum imparitas sit 1; sequitur evanescente utroque in casum
 membrorum multitudine infinitorum, ubi paritas imparisque
 jura confunduntur & tantundem rationis pro utroque est; pro-
 dire $\frac{0+1}{2} = \frac{1}{2}$ quod proponebatur.

Porro hoc argumentandi genus, etsi Metaphysicum ma-
 gis quam Mathematicum videatur, tamen firmum est: & alio-
 qui Canonum *Vere Metaphysica* (quæ ultra vocabulorum no-
 menclaturas procedit) major est usus in Mathefi, in Analyfi,
 in ipsa Geometria, quam vulgè putatur. Hoc loco autem ali-
 unde, ratione scilicet initio posita (cum quævis ordinata GD
 fit $\frac{1}{1+AG}$, adeoque cum AG fit AV, vel 1, fiat VS, $\frac{1}{1+1}$) scimus
 VS esse $\frac{1}{2}$ BV; & possemus etiam ostendere, sumendo G quan-
 tum libet vicinum ipsi V, fore etiam GD quantum libet vici-
 num ipsi $\frac{1}{2}$ BV, ita ut differentia reddi possit minor data qua-
 vis

vis quantitate; unde, Archimedeo inferendi more, etiam sequitur VS esse $\frac{1}{2}$ BV. Interim ex ipsa serierum & infiniti natura idem colligi, non jucundum tantum, sed etiam ad accuratas de infinito ratiocinationes instituendas recludendosque magis magisque novæ doctrinæ fontes, utilissimum futurum est. Simul cavebitur, ne scientia nova per paradoxa minime defendenda infametur. Itaque ad objectionem, quod ex multatibus quotcunque minime fieri possit aliquid, non respondendum erat distinguendo inter finitum & infinitum, quasi regula in infinito fallat; sed concessa generaliter regula, ostendendum erat, uti nunc factum est, applicationem ejus hic cessare.

HENRICI ERNESTI KESTNERI, DISCURSUS Preliminaris de Principiis Jurisprudentiæ modernæ in paucula capita redigendis.

Rintelii, sumptibus Hermanni Augustini Enax, 1710, 4-

Plag. 8.

IN hoc specimine Clarissimus Autor brevibus thesibus capita præcipua Juris Civilis exhibet, in quibus tamen præxin ac mores nostros non ubique sequitur, sed ea, quæ duriora aut tricas nimias parientia ipsa visa sunt, emollit aut prorsus refecat: adeoque synopsis juris non constituti ac recepti, sed ex ipsius sententia reformandi ac melius constituendi sistit. Subjunctum est lingua vernacula speciem Ordinationis Processus tam in prima quam secunda instantia intra annum finiendi, a Jurisconsulto anonymo conscriptum. In fine addita est Epistola Illustris Leibnitii ad Clarissimum Kestnerum anno 1708 data, in qua jurisprudentiam nostram magna reformatione indigere erudite ostendit. Jus Romanum multa obscura, perplexa, inutiliaque continere & ipsa sua magnitudine laborare, difficillimum etiam esse dijudicatu, quid ejus abrogatum sit, vel potius non admissum. Neque tamen, mutata penitus Republica moribusque, ad veteres Germanicarum gentium leges, in quibus multa sunt barbarici vestigia, redeundum esse: id

id enim nihil aliud fore, quam, inventa fruge, glandibus vesci. Esse quidem alicubi patrias leges exiguis voluminibus comprehensas, & breviores quidem ibi esse decisiones, sed sæpe deteriores, quando nec volumina illa satis ad normam æquitatis exasciata, & plerumq; etiam in comprehendenda casuum varietate valde hiulca sunt. Ordinem Processus reformari non difficulter posse, saltem in Principis ditione, qui id vellet: neque enim aliud esse Processum judicarium, quam quandam Logicæ artis accommodationem ad causas, mistam cum cogendi potestate. Sed juris incertitudini mederi difficilius esse. Refert deinde, se aliquando Tabulas quasdam brevissimarum legum concepisse animo, ad speciem Decemviralium Romanarum, in quibus simul eluceret æquitas & comprehensio, omni casuum varietate per rationum amplitudines, tanquam *indagine*, cincta, ut nullum esset allegationis, id est actionis, exceptionis, replicationisque cujuscunque caput, cujus fundamentum in iis, tanquam in albo prætoris, digito monstrari non posset. Spem facit Vir illustris, fore, ut has tabulas aliquando perficiat, quæ sint specimen futuræ ad posteros, quo excitari ad meliora possint: cujus operis cum manifesta sit & latissime pateat utilitas, optandum est, ut ad illud exigendum otio ac prospera valetudine fruatur.

*HENRICI ERNESTI KESTNERI, DISCUR-
sus de Jurisprudentia Papizante.*

Rintelii, apud Henr. Aug. Enax, 1711, 4.

Plag. 12.

Statum confusum Jurisprudentiæ nostræ Clarissimus Autor inde potissimum oriri sentit, quod papizet. Est autem ipsi Jurisprudentia Papizans, doctrina corrupta, sive ex Papismo, sive ex superstitione fluens, quando circa genuina jurisprudentiæ principia aliud statuimus, aliudque inferimus, quam quod recta ratio & vera legum natura exigunt. Multas adducit leges, in quibus papizans aliquid aut deprehendit aut deprehendisse sibi videtur: qua in re principis celeberrimorum Virorum

P. 14

M m rum

rum, Strykii, Thomasi, Titii multum se debere, horumque verbis & sententiis sæpe usum esse non diffitetar.

*M. JO. CASPARIS ZEUMERI VITÆ PRO-
fessorum Jenensium, una cum scriptis a quolibet editis,
cum Prefatione M. CHRISTOPHORI
WEISENBORNI.*

Jenæ, impensis Jo. Felicis Bielckii, 1711, 8.

Alphab. 2. plag. 12.

HAs Jenensium Theologorum, Jctorum, Medicorum, & Philosophorum vitas, qui ab illustri Academia fundatione ad nostra usque tempora in ea docuerunt, & adhuc docent, quatuor classibus, secundum ordines eorum recensitas, pro singulari suo rem literariam juvandi studio, ac memorabili gratum animum Jenæ, benigniori per septennium studiorum suorum altrici, comprobandi ardore, amicorumque svasu adductus B. Autor adornavit. Ansam huic labori dedit *Syllabus Rectorum & Professorum Jenensium*, autore, quoad viveret, Clarissimo M. ADRIANO BEIERO, Archidiacono, ordinisque, qui Jenæ floret, Philosophici adfessore, editus. Quem quoniam saltim ad annum MDCLIX continuavit, multaque notatu digna compendii causa omisit, telam a Venerando Beiero coeptam Autor noster pertexere adgressus est. Quemadmodum vero Academia Jenensis, anno MD XLVIII d. XIX Mart. a JOANNE FRIDERICO Magnanimo, constante veritatis confessore ac defensore, condita, Nicolao ab Amsdorff & Gregorio Pontano, Cancellario, maximam suæ felicitatis partem acceptam refert, cum quia Jenam ob loci amœnitatem aerisque salubritatem Serenissimo Fundatori literarum officinæ aptam commendarunt, tum quod ipsius inaugurationi præfuerunt: ita utriusque etiam in suæ classis fronte enarratur vita. De Jo. Michaele Dillberro vero, Historiarum quondam, Eloquentiæ & Poeseos Professore in Academia Jenensi, postea Concionatore Sebaldino & Bibliothecæ Præfecto apud Norimbergenses, multa imprimis memoratu digna

gna tradit. Natus fuit *Themara*, Comitatus Hennebergensis oppido, d. XIV Octobr. A. Ch. MDCIV, patre *Jaanne Dillherro*, Jcto nobilissimo & Regiminis *Saxo-Meinungensis* Confiliario, matre *Regina Gatzia*, quæ morti vicina filio suo his verbis bene precata est: *Pro te, chare Michael, non sum sollicita, qui passim in orbe parentes invenies, sed oportet te fieri Theologum. Et licet multa mala tibi perpetienda sint, solatium tamen a Deo accipies.* Cum in Gymnasio Schleusingensi quidam ex Præceptoribus eum sæpius sine caussa male tractasset, & Dillherus de deserendis studiis cogitaret, Pro-Rector Gymnasii, vaticinanti similis, his eum verbis aliquando affatus est: *Fer ad tempus has injurias, mi fili, nam intra paucos annos Præceptores tuos superabis.* Post obitum *D. Jo. Gerhardi* Professor Theologiæ extra ordinem constitutus MDCXL, uno eodemque tempore in Jenæ novo exemplo quatuor Professionum spartam gessit, egregieque ornavit. Ibidem musei sui foribus hæc verba inscripsit: *Sta, hospes, nec pulsa, nec turba, nisi major vis cogat. Horas pomeridianas Deo meo & demandatis officii mei consecratas scito. Si quid tamen est, quod aliquam pretiosi temporis jaçturam mereatur, tuum esto pomeridianum, ita tamen ut scias reddendam Deo rationem singularum horarum.* Anno MDCLVIII d. VII Aug. Imperatorem Rom. *LEOPOLDVM*, Bibliothecam Norimbergensem ingressurum, ad portam stans *Dillherus* hoc Epigrammate excepit:

Salve, Progenies Divum, salve, inclyte Cesar,

A summo summum Numine culmen habens.

Dum Templum ingrederis Musarum, ostendis amorem

In Musas, quarum Tutor & Altor eris.

Ha scribent grata aternis Tua Nomina fastis,

Vt vigeas seclis innumerabilibus.

Tunc ostensis raris, & variarum linguarum libris, interrogatus ab Imperatore, *num eosdem legere posset?* *Quidni,* respondit, *& intelligere?* specimenque edidit. Inde conversus ad sacrificulos, quos secum habuit, Imperator, *Esquid vos, inquit, scitis?* In prandio quoque honorificam ejus fecit men-

tionem, quod in omnibus sibi ex asse satisfacisset. Paulo post Vienna munus ab Imperatore *LEOPOLDO* missum accepit, catenam auream magni pretii cum appenso nummo iconico, cujusmodi donaria ab aliis quoque Magnatibus sæpius ei transmissa fuerunt. Ceterum oculorum inflammatione sæpe afflictus, quibus catarrhi frequentes & dolores calculi interdum accesserunt, viribusq; sensim exhaustus, obdormivit d. VI Nov. A. C. M DC LXIV. In *Matthæo Wesenbecio*, Jcto Jenensi & postea Vitembergenfi, Antwerpia nato M D XXXI d. XXV Octobr. præter eruditionem, & peritiam juris, summa prædicatur pietas, ut *Juris peritorum Christianissimus, & Christianorum Juris peritissimus* non immerito censeatur, siquidem non minore studio sacros Bibliorum codices, quam juris evolvit, adæo ut ætate jam provecta in addiscenda lingua Hebræa haut leviter sese exerceret. Ab ineunte ætate strenuus assertor fuit Evangelicæ religionis, quam adolescens, divina gratia ipsum ad ovile Christi vocante, amplexus est. Ita autem est vocatus. Cum *Lovanii* operam daret Jurisprudentiæ, necdum Pontificiis liberatus tenebris, erat ibidem sartor quidam, utroque lumine orbis, qui invisere solebat ægrotos, ut ex S. Scripturæ dictis, quæ didicerat, eos solaretur, quod officium pii homines caseis & pane remunerabantur. Is a Pontificiis hæreseos, quam vocant, Lutheranz in simulatus in carcerem detruditur, in pomœriõ urbis exstructum, ita ut cuilibet ad illum pateret aditus. Hunc cœcum in ergastulo. Psalmos *D. Lutheri* elata voce canentem *Wesenbecius*, cum alii studiosi pila lusoria in illo loco se exercerent, non citra periculum attentissimo animo sæpe audivit. Itaq; hoc pietatis & constantiæ exemplo tandem motus, cœpit Biblia diligenter evolvere, adjuncta lectione librorum a *Luthero* aliisque emendatæ doctrinæ assertoribus editorum, quorum tunc temporis copiam habere potuit. Hausta igitur solidiori Verbi Divini cognitione, nil magis urgebat, quam pietatis studium. Precibus dicendis singulis plerumque diebus *quinque horas, matutinam* nempe, quando cubitu surrexerat, *nonam* prandium antecedentem, *quartam* pomeridianam, quum illa lectione vacabat, & *horas am-*
bas

bas usque ad octavam coenam subsequentes, impendere con-
severat. Obiit Vitembergæ M D LXXXVI d. V Jun. cum
in exilio terreno fuisset annos LV.

THE HISTORY OF THE REVOLUTION
 in England &c.

i. c.

HISTORIA CONVERSIONVM IN ANGLIA
sub Stuartorum Familia ab Anno 1603 usque ad Annum
1690 factarum; Auctore JOSEPHO AURE-
LIANENSI, e S. J.

Londini, apud E. Curll & R. Gosling, 1711, 8 maj.

Alph. 1 pl. 4.

Memorabilem hanc Conversionum Anglicanarum, in su-
 perius Sæculum incidentium, Historiam, Parisiis A. 1699
 Gallice publici juris factam, in Actis A. 1696 p. 362 recensuimus,
 cujus Partem III in Anglicam sermonem fideliter & integre
 translata hic sistimus. Præmissa est vero huic versioni Admo-
 nitio ad Lectorem non inelegans, quam perlustrare paucis non
 gravabimur. Principio Patrem Ignatianum vehementer laudat
 Autor, eumque non modo Virum summum, & singulari eru-
 ditione præditum, verum etiam magni industria ac dexterita-
 te Historiam hanc conscripsisse, ingenue fatetur. Quum enim
 ex Stuartorum familia IV Regum, Jacobi I Caroli I & II
 ac denique Jacobi II vitam & res gestas, mediocri satis volu-
 mine persequantur, insignes utique mirandasque in univërfa
 Anglicana Historia mutationes ac conversiones, postremis
 XVII a C. N. Sæculi quinquaginta annis factas, quibus similes
 in Anglorum monumentis, quingentorum, & quod excurrit,
 annorum Historiam complectentibus, non extant, diligenter
 accurateque tradiderit, popularibus suis, Gallicum scriptum
 Angelice reddendo, operam haud pœnitendam navaturum se
 esse existimavit. Sigillatim vero perspicuitatis ac brevitatís
 laudè Librum hunc commendat, ac varios, eosdemque egre-

M m 3

gios

gios animorum characteres, pulcherrimas observationes, notatu dignissimas sententias, non minus jucundas quam fructuosas magno numero in illo deprehendi, fidem facit. Interea tamen monet, Scriptorem hunc cum judicio legendum esse, propterea quod non solum in Regem suum more gentis propensior, sed & Romanensibus sacris addictissimus, verusque ac germanus Lojolita, omniumque adeo Protestantium hostis infensissimus fuisse facile videatur. Itaque a partium studio non prorsus immunis, mixtam Anglorum Monarchiam improbat, atque in hodiernum Ecclesiae Anglicanae statum, ejusque constitutionem diserte ac palam invectus, de *Episcopis* invidiose ac contemptim loquitur, eorumque doctrinam perniciosam pessimi cujusque Sectariorum, quibus Magna Britannia abundat, opinionibus haud meliorem esse, non obscure profitetur. Quibus generatim observatis, Aurelianensis Jacobi I ingenium ac mores vivis coloribus expressisse, omnesque Anglorum Scriptores in hac re superasse Anglico Interpreti videtur. De cujus religione quae memoriae prodiderit, curiosa ac verisimilia dicuntur, quum Rex animum, ad Pontificiorum ritus procliviorum, variis minimeque fallentibus indicis, postremis maxime vitae annis, fuerit testatus. Quicquid vero hujus sit, eundem morti vicinum filio ac regni heredi mandasse, ut uxorem, non religionem hujus, diligeret; ex Rushwortho, Collect. Lib. I p. 115, constat. Porro autem intelligimus, Carolum I a Papismi suspitione a Jesuita recte liberatum esse, cum animo & professione Reformatus ac a Romanensibus alienior fuerit, ac ritus Episcopalis tenacissimus quoddam Anglicanae Ecclesiae propugnaculum vocari mereatur. Atque haec causa fuit, cur ejus supplicium Romanae Curiae tam gratum extitit & acceptum. Quae deinceps de celebri Regique Carolo I attributo libro, ΕΙΣΩΝ ΒΑΣΙΛΙΚΗ dicto, apud Scriptorem Gallum habentur, *Admonition* examini subjicit, Lectoremque, de germano libelli Auctore erudiri amantem, ad *Wagstaffum* hujusque *Responsonem*, ad *Tolandii Amyntorem* datam, & in lucem emissam, ablegat. Praeterea autem Caroli I errores ac navos Gallum libere exposuisse,

posuisse, illūque non rigore nimio aut pertinacia ac potestate regna nullis legibus circumscripta fruendi desiderio, & tyrannide, quod hostes ejus invidiose & maledice criminati sint; sed indulgentia, ac quidlibet dandi ac concedendi facilitate, atque superstitiosa humani sanguinis fundendi abstinentia, præposteraque clementia usum, exitium sibi accelerasse, Interpres ultro cum eodē confitetur. Infortunatissimus itaque hic Princeps, virtutem in medio consistere debere, Regique exitiosum esse, si nimiopere benignitati studeat, funesto suo exemplo comprobavit. Qua in re Autor noster eo majorem fidem promeretur, quo luculentior ceterorum Scriptorum, Clarendonii inprimis & Bristolii, Regi alioquin minime faventis, Comitum, consensus & conspiratio invenitur. Præterea vero breviores quidem, sed longe accuratissimi, qui in *Historia* hac passim leguntur, personarum, nominatim *Laudi*, Archiepiscopi Cantuariensis, *Straffordie Comititis*, Buckinghamii, characteres mirifice laudantur, ac *Cromvellii* inprimis & *Monkii* vitia virtutesque ex actibus propriis atque negotiis ita declarata esse dicuntur, ut quasi imago & exemplar exactum in iis extet. Ultimam denique Anglicanarum rerum imperante Jacobo II conversionem magno cum judicio legendam Noster monet, propterea quod Autor Gallus, manifesto partium studio ductus, eam consignavit. Ceterum verosimilia & observatu digna judicantur, quæ de Carolo II religione scripta reliquit. Tradidit enim, ipsum vita quidem ac moribus, Christiano Principe dignis minime, præditum, Pontificiis tamen sacris animitus fuisse addictum, suamque iis constantiam jamjam moriturum confirmasse; genio autem indulgentem ac voluptatibus impense deditum publice eadem profiteri, consultum non putasse. Ad extremum vero ad Jacobum II, quem in matrimonium Guilielmi, Arausionensis Principis, postea Magnæ Britanniae Regis, ejus nominis III, cum filia sua Maria ineundum, minime consensisse, retulerat, quod obtinet, hujus *Apologiam* tanto artificio atque accuratiorne adornasse perhibetur, ut ipsos Anglorum Scriptores, pro ipso Jacobo acriter propugnantes, facile omnes superasse videatur.

Quam-

Quamobrem hac præcipue in parte fidem ei temere haud adhibendam multaque affectui tribuenda & condonanda esse, Interpres noster censet, propterea quod hunc qualemcunque defectum egregiis atque alibi vix occurrentibus rebus & observationibus innumeris, lectuque dignissimis, fatis superque compensarit. Ceterum accessit quoque sub finem hujus editionis Dissertatio, in Gallica non comparsens, qua Stuartorum familia a quorundam injuriis, qui eam ex illegitimo concubitu natam criminantur, solide vindicatur.

HERMANNI HARDTII RANÆ OVIDII

Helmstadii, apud Hammium, 1711, 8.

Pl. 6.

VSum Mythologiæ insignem varii iidemque doctissimi Viri semel iterumque & sæpius demonstrare copiosis voluminibus allaborarunt. Quorum quidem numerum in præsentem inire haud juvat; reliquorum tamen in hoc genere industriam Scriptor incertus, qui *Historicas Fabularum Explanaciones* cum erudito Orbe novissime communicavit, superasse videtur. Simile quid nuper tentavit celeberrimus Hardtius, qui multiplicem, qui ex erudita Poetarum Græcorum Latinorumque lectione percipiatur, fructum luculento quodam exemplo comprobaturus, *Ranis Ovidii*, quarum in hujus *Metamorphos.* Lib. VI Fab. 4 mentio injicitur, egregiam lucem fœneravit, ac singulare Poetæ, quo præcipue in memorato libro usus est, artificium commendavit. De promovendis autem atque amplificandis Philologiæ & humaniorum literarum studiis laudabiliter sollicitus, complura hujus generis opuscula in lucem proferre meditatur, de *Ranis Homericum Muribus dimicantibus*, *Oceano & Ponto Poetarum*, *Ogygio*, *Neptuno*, *Thetys*, *Amphitrite*, *Phorco*, *Glauco*, *Gorgonibus*, *Tritonibus*, ac *Capite Meduse* pari ingenii felicitate commentaturus. Quæ simul ac publicam lucem aspexerint, harum rerum peritis facile se probabunt, atque a nobis suo loco & tempore commemorabuntur.

* * * * *

308 (279) 309
ACTORUM
ERUDITORUM,
Quae Lipsiae publicantur,
SUPPLEMENTA.
Tom. V Sect. VII.

CONSIDERATIONI ET ESPERIENZE
d' Antonio Vallisneri &c.

i. c.

*ANTONII VALLISNERII COGITATA ET
Experimenta circa opinatum cerebrum petrefactum ac-
que vermium ordinariorum in corpore humano
generationem.*

Patavii, apud Johannem Mansfré, 1707, 4.

Plag. 29 Fig. Tab. 14.

QUAE de boum nonnullorum cerebro, pro petrefacto a Du Verney juniore aliisque venditatio, *Antoris* experientissimi, Medicinam Patavii publice profitentis, sententia sit, in *Actis hujus Anni 1712 Mense Julio* ex priori ejus patuit Epistola: in posteriori autem, ad reverendissimum Antonium Borromaeum data & nunc recensenda, Galli alterius, nempe *Andry* de vermium corporis humani generatione librum ea ille examinat ratione, ut aliorum quoque Recentiorum cogitata, de ordinariorum corporis humani vermium tam exortu in genere, quam natura in specie, virgula censoria non modo notet, sed & ipse suam eadem de re mentem candide aperiat. Laudatum *Andry* librum, quem in *Actis nostris A. 1700 Mense Novembri p. 519*, &que ac ejus dilucidationem *A. 1705 Mense Augusto*

Na

Augusto p. 345 excerptimus, in multis, ceu a multis merito commendatum, mirè approbat, in variis autem dissentium suum aperte significat, omnes erroris postulans, qui de aliqua vermium specie iudicium latari haud omnem exacto callent ordinem, quem natura in producendis, conservandis, multiplicandis cunctis insectis solet servare. Veritatem quippe rerum naturalium non solo detegi ingenio, nec solis libris, sed naturam ipsam patienter ac serio cum methodo & animo a præjudiciis libero consulendo ac inquirendo, inque mirabili ejus cetera invisibilis ne minimum articulum negligendo. Circa vermium in corpore nostro ordinariorum, videlicet intestinalium, primordia in genere, nunc *Andry* & Recentiores generatim, nunc *Blancardum*, *Grandi*, *Dobsonum*, *Leuwenbachium*, *Bidloo*, *Horiderum* & *Valentini* speciatim prius simul perstringit, quam propriam de ipsis opinionem exponat. *Andry* namq; & alii Recentiores quamvis insectorum pariter ac omnium animalium ortum ab ovulo recte petant, in hoc tamen omnes generatim deficere censet, quod de hominum aliorumque viventium vermibus agentes ipsam ovulorum speciem haud indigent, unde illi prodeant, sed omnia ovulis, & visibilibus, & invisibilibus, imprægnari, hæcque a nobis, vel cum esculentis & potulentis deglutiri, vel cum aere ipso hauriri vix contendant, quasi ovula diversarum specierum inter se confundere minus cum vera pugnaret philosophia, quam viventium quorundam originem cum Veteribus in putredinem referre, nec a simili simile generari perpetua naturæ lex haberetur. Unde ex specifica vermium externarum a nostris intestinalibus differentia sub initio demonstrat, ovula illorum, quoties cum alimentis assumere nobis contingat, aut foetum non excludere, aut, si excludant, vermiculos natos mox alimentum proprii, nidi proportionati & aeris defectu perire, vel a calore quoque nostro & fermentis summe activis occidi, si que vermiculos etiam tales commode in nobis ad debitam magnitudinem nutrirî supponat, aptum nihilominus deesse locum, ubi pro vitalitate conservanda primum in aurelias sive nymphas, hinc in volatilia convectantur, prout fructuum, aquarum

aquarum, herbarum, ciborumq; vermibus tantum non cunctis solenne sit cum tempore in volatilia transformari. Speciatim *Blancardus* duobus in passibus labitur, primum siquidem in aeris calidi & sicci in intestinis absentiam, humoris vero presentiam, frustra culpam rejicit, quo minus in corpore nostro vermes in nymphas mutantur, cum varii proferent vermes, tum in aquis ipsis tum in locis humidis ejusmodi mutationem tuto subeunt. Neque vermes nostri intestinales sponte tunc nidum suum, ne pereant, deprehenduntur relinquere, moraliorum, qui locum precise siccum & aere libero perflatum ad sui transformationem expetunt, a *Nostro* in *Dialogo primo de curiosa multorum insectorum origine, Museo Minerva Veneta Tom. I Part. 10* inferro, uberius annotati, manifesto indicio, vermes nostros ordinarios iustar Juliorum, Scolopendrarum, Millepedum, Lumbricorum terrestrium aliorumque nunquam in volatilia converti. Deinde *Blancardus* vermes nostros, quos a muscarum cum primis ovulis deducit, ante sui transformationem ob maturitatem falso adstruit aptos ad sese propagandos, quasi non omnia animalia tum demum natura dicerentur, quando cuncta eorum membra, potissimum generationis negotio destinata, fuerunt patefacta & expansa, id quod haud in muscarum vermiculis & erucis, sed in eorum nymphis fieri solet, ita ut tales vermiculi & erucæ sub vermiculorum & erucarum forma nunquam coire *Swammerdamio* recte observentur. Quomodo interim alia insecta ab ipsis erucis, muscis, earumque aareliis sæpius propullulent, variisque ab insectis carnivoris ovulis supra & inter alia insecta deponantur, *Autor* in laudato dialogo primo, non minus ac in secundo, *Musei Minerva Tomo III Partes 9 & 11* exhibito, accuratius enodavit, quam *Redi, Swammerdamius, Diarium Trevoltense* atque *Sedilo*, utpote qui circa insectorum in insectis generationem haud leviter errasse ostendantur. *Jacobus* hinc *Grandi*, duplicem itidem errat errorem, dum partim pueros æstivo tempore ob ovula cum fructibus copiosius ingesta magis, quam alio, verminare scribit, partim serpentem in gallinae ovo repertum in serpentem vivum ejusve

ovum, a gallina prius deglutitum, rejicit. A fructibus enim horariis assumptis vermes in infantibus non tam progignuntur, quam praesentes commoventur atque ad exitum cum torminibus impelluntur, uberiorque vermium humanorum provenus autumnus potius ab Hippocrate & Galeno notatur. In ovo autem dicto lumbricus magis intestinalis delituit serpentiformis, quam serpens verus, quia serpentes ovulis exclusi semper pedunculum cerasi vel filum crassius excedant, nec ullatenus pateat, cur & quomodo serpentulus in gallina ex intestinis ad ovarium, oviductum aut uterum secundum citius transferat, quam foras eruperit, gallina praeterea serpentes vix vivos deglutiat, eorumque ova vix integra devoret, potentiorque demum in gallinarum ventriculo advertatur digestio, quam quae assumptum serpentis ovum non subegisset & destruxisset. Quae occasione varia variorum commenta de serpentibus cum ovis, urina & per vulnera excretis, de dracone alato cum urina reddita, de serpentibus in corde vel ventriculo genitis, de fele in ovo aut ventriculo, de catulorum vomitu, de embryone, pisce, ranis & bufonibus in ventriculo natis, similiaque ab *Autore* non solummodo jure exploduntur, sed & edocetur, qualia pleraque eorum fuerint, & quomodo tales fallaciae solite debeant evitari ac manifestari. Quo certius autem ipse *Andry* cognovit, singulis vegetabilium partibus suos peculiare esse vermes, non nisi ab illis nutriendos, eo minus *Noster* vel ab eodem, vel ab aliis, sibi unquam persuaderi patitur, vermiculos eorumque ovula cum fructibus & herbis assumpta in nobis, ceu in alio mundo, cum cibo & conditionibus prorsus diversis nasci posse, vivere ac crescere. Porro tamen *Dolens* vermes intestinorum ab ovulis muscarum cum alimentis deglutitis unice derivans, vermiculorum vero muscarum nec a nostris lumbricis ratione magnitudinis & figurae diversitatem, nec necessariam in novas muscas transformationem satis trutinans, gravius reliquis hallucinatur, qui fontem nostrorum vermium, vel promiscue ab omnibus alimentorum ovulis, vel saltem ab iis vermiculis, qui majorem cum nostris habere videntur similitudinem, puta

puta a lumbricis aquarum, uti *Leenwenbæckius* & *Bidloo*, vel a lumbricis terrestribus; quemadmodum *Hardeus*, mantunt desumere. Verum & hosce a vero aberrare, omnes haud difficulter fatebuntur, qui non quamcunque similitudinem, sed exactam structuræ conformitatem hic requiri per spectum habent: sicuti namque vermes aquarum a nostrorum vermium conformatione omnino recedunt, ita & per anatonien in lumbricis terrestribus atque in nostris viscerum situs ac figura evidentissime deteguntur discrepantes. Adhæc ovula ipforum lumbricorum terrestrium non sub herbis, sed sub terra in locis pinguibus absconduntur, neque ex igne, sed instar feminis panicis lucidissima & majora habentur, quam quæ vel inopinato deglutiri, vel, ex *Hardeus* sententia, per subtiliora plantarum vascula cum succo horum nutritio deferri queant. Superest *Valentini*, cui ovula insectorum cum alimentis ingesta adeo placent, ut vermes etiam vaccarum subcutaneos pro comedonibus venditet, eosque ab ejusmodi ovulis cum vegetabilibus devoratis & cum proprio alimento ad cutem transportatis falso arcessat, veluti ab *Autore* nostro ovulis, quæ tabanus sive asilus ad cutem vaccarum soleat deponere, per experientiam verius adscriptos. Atque prima sic vermium nostrorum domesticorum scaturigine repudiata, nec altera, quam *Andry* ab insectorum ovulis cum aere haustis depromit, facile admittitur, cum maxime dubium fit, an ulla per aerem ovula talia volitent, vel, si volitent, an ipsa vermibus nostris producendis existant proportionata. Tanto magis siquidem *Autor* de ovulis insectorum per aera volitantibus dubitat, quanto certius observavit, quolibet insecta variis modis indiguitatis ovula sua accuratissime alibi deponere atque a ventorum ordinariorum animaliumque injuriis studiose abscondere, quantoque minorem *Oligerio Jacobeo* fidem habet, piscium ova, veluti materia viscida & ponderosa obvoluta, per aera volitare. Sique ovula ejusmodi ab aere etiam excipiuntur, ea insensibilia adeoque minora longe forent, quam ex quibus vermes nostri, aliorum insectorum intuitu, omnino majores possent gigni, dum eos inter sirones, scabiem excitantes, ovula nudo etiam oculo visibilia solent excludere.

Nesfer proin exacte perpendens, quod vegetabilia suis, non animalium, vermibus, & animalia suis itidem, haud vegetabilium, vermibus, unice nutriendis, a natura sint dicata, ne alla eorum contingat confusio, quodque vermes animalium non minus patres habeant, qui ovula sua, qui supra & intra illa deponunt, ac vegetabilium aliorumque corporum naturalium vermes, certissimus inde colligit, vermium nostrorum intestinalium fontem non extra, sed intra nostra corpora, esse querenda, hosque, qui in & cum nobis propagantur & nutriuntur, in nobis pariter nasci. Ignorat quidam, in quam finem illi Protoplaktis nostris fuerint concreati, novit tamen, ipsos in his aequae nidos invenisse, ac nullam unquam speciem periisse, & quemadmodum certo nunc constat, pulices, pediculos, cimices, sirones aliaque animalcula, sanguinem humanum exsurgentia, ex ovulo nasci ac per solum contactum, ipso *Andry* annuente, propagari, ita consimilem profus ludum a nostris internis ludi vermibus. Neque Hippocratem olim latuit, vermes nostros in nobismet ipsis nasci, in hoc solummodo qui defecit, quod ortum eorum a lacte & sanguine putrescentibus petierit, cum humores isti non nisi ut nidus & pabulum dictorum vermium a *Nesfro* rectius considerentur, postquam universorum animalium originem ex ovo, non ex putredine, in *Musei Minerva Tomo quinto & sexto* strenue propugnavit & ab objectionibus vindicavit, simulque semen & flores lentis palustris, semen algæ marinae & ovula anguillæ a se inventa propalavit. Factus nempe nunc in utero cum lacte absorbet ovula vermium vel ipsos vermiculos, ceu quorum utraque toto gestationis tempore in matris intestinis forsitan producta, chylo puriori admisceri & per vias consuetas intra fœtus membranas valuerunt deferri, nunc autem sine vermibus in lucem editus horum postea seminium a matre vel nutrice promte fugit cum lacte, tanquam chylo puriori, per intestina transcolatum & per eandem viam ad mammam transmissum. Etenim & infantes, qui solo lacte nutriuntur, aliquando a vermibus torqueri, exemplo ejusmodi tenelli, ex cujus ore multi prodierint vermes, comprobatur,

pater-

præterquam quod *Dolans* post Hippocratem, foetus in utero a vermibus haud vivere immunem, pariter observavit. Ab ipso autem patre tempore conceptionis lumbricorum nostrorum, sive latorum, sive aliorum, seminium cum semine masculino ad embryonem transferri posse, præter alias rationes adversus *Audry* non solum ideo negatur & pernegatur, quod ovula eorum longe majora esse debeant, quam ab *Audry* supponuntur, sique etiam non minora essent sironum ovulis visibilibus, nunquam tamen per subtilissimos testiculorum canaliculos inveniant transitum, sed & omnis generatio seminis masculini vermiculis adjudicata variis modis exagitur. Haud comprehendenti itaque *Autori*, quomodo foetus ipso conceptionis actu vermiformis evadat, probabilius videtur, eundem tunc talem reddi, quando per os ille nutrirî incipit ac intestina capciora existunt ejusmodi seminum recipiendi & conservandi. Sed a domesticorum vermium nostrorum incunabulis in genere *Autor* ad eorundem naturam, texturam, indolemque in specie declarandam accedens, latius de vermibus latis, ceterarioribus obscuriusque descriptis, quam de ascuridibus & teretibus notioribus, differit, & quo omnino *Autorum* dissentium, circa vermium latorum cum nomina propria, tum genium, facilius eluctetur, proprias de vermibus cucurbitinis atque tenuis præmittit observationes. *Ebra* nempe quadam faciei pallide & constitutionis teneræ, sed corporis optime nutritæ, *Finalii Mutinensis*, quoties utero gerebat, a vermibus adeo solebat exerceri, ut tertio vel quarto mense inde abortiret, plurimosque eorum, tam invicem connexos, quam separatos, per superius & inferius guttur excerneret. Hanc *Noster* cum *P. Torquato Vallisnerio* paulo post invisens, cum laudatum *Audry* librum a Domino *Cestoni* dono transmissum accepisset, commodam manifebatur occasionem longissimam vermium cucurbitinorum catenam, cum multis aliis solitariis per alvum tunc foetuito redditam, exactius observandi & examinandi. Catenam istam mox cum *Solio*, ab *Audry* depicto conferenti, mirabilis cum hac ratione colli, pectoris, ventris & portionis eadem appareret conformitas, caput sal-

tem

tem deficiebat, multos autem spinatos articulos manu sine multa violentia dividens, divellendum inter firmiorem eorum circa latera, quam in medio, notabat unionem. Omnes æqualiter ex materia membranæ, molli, alba, lucida, flexili & lubrica efformabantur, ac quilibet eorum in parte superiori angustior existeret, quam in inferiori, ibique una utrinque prodibat eminentia, quæ digito compressa spiculas nonnullas incurvas juxta alios breviores adstantes emittebat, in tenacium articulo antecedenti cohesione a peculiaribus firmositatibus partis vermis inferioris latioris receptas. Per longitudinem dorſi ac ventris singulorum sex numerabantur plicæ, partes vero laterales aliquantum rugosæ cernebantur, ex quarum altera veluti papilla egrediebatur, in medio sensibili foramine pertusa, ex quo sæpe chylus albus, nunc serum biliosum, evacuabatur. In multis post aliquot horas mortuis & supra vitrum expansis vel nudo oculo evidentissimæ patebant ramificationes candidissimorum vasculorum per univèrsum corpusculum tenerum sparſorum ac pellucidorum remanentium. Tales ab uno trunco, tanquam canali thoracico per medium dorsum lato, resultabant, canaliculi autem minores, ab hujus latere varia ratione & incerto numero ad limbos externos excurrentes, nunquam ad hos pertingebant. Omnes in linea veluti recta prope margines extremos instar intestinulorum rectorum terminabantur, ipseque pariter in medio truncus citius semper desinebat, quam ad extrema perveniret. Num vascula ejusmodi cum papillæ foramine communissent, observari haud poterat, etiamsi chylus aut serum ex hoc sæpius efflueret: omnis interim candida ramorum istorum lacteorum sylva, nec in recens excretis, nec in spiritu vini aliquamdiu asservatis, nec in exsiccatis, sed eo tantum advertebatur tempore, quo neque nimis humidi illi erant, neque nimis ficci. Die tertio tempore frigido aut temperato supra tabulam incipiebant exsicari, papilla evanescere & tota eorum moles imminui, paucis vasibus lacteis ex nimium saturatis remanentibus, qualia vascula Malpighius alias in tænia cum suo trunco legitur observasse. In multis incisus microscopiis auxili-

turi

tum infinitus ovulorum deprehendebatur numerus, filo tenui appensorum, tum quodlibet granulum ex multis aliis, ab eodem pendentibus ramo, compositum. Quam primum talis catena longa vermiciformis excreta esset, instar vermis alijus longi & folius modo incurvabatur, modo extendebatur, modo in serpentinis gyros contorquebatur. Misera interrim Ebræa multis aliis liberabatur, quorum alii erant solitarii, alii ex duobus, tribus, quinque &c. uniti, qui attentius considerati ipsissimi videbantur, qui vermem longissimum constituebant, ac tabulæ impositi more aliorum vermium progrediebantur. Multi aquæ injecti diversis agitabantur motionibus, ac iisdem plane, qui in articulis suppositi solii notabantur, inter multos adhuc unitos nonnulli ad aquæ frigidæ contactum subito unionem deserebant, alii adhuc connexi peribant, omnes per horam in aqua relictæ longe tenuiores evadebant, quam exsiccati. Spiritui vini inditi excernebant materiam illam albam & paulo post moriebantur, in oleo olivarum diutius vivebant, in petroleo autem citius enecabantur, quam in celebri illo oleo Habacuci anthelmintico. Insequenti die post acerbas punctiones & rosiones multi alii cum excrementis rejiciebantur bile tincti, qui tabulæ impositi in progrediendo instar limacum viam materia designabant mucosa, quæ paulo post exsiccata instar visci poterat abradi. In reptatu suo vix spithamam unam cum dimidia emetiebantur, cum mox languidi quiescerent. Aliquis subito e corpore prorumpens in modum arcus contrahebatur, & materia lactea per papillam ejecta moriebatur: atque in his pariter iidem canaliculi lactei, qui in articulis opinatis solii, notabantur. Inter quamplurimos autem tunc lustratos duo notatu digna occurrebant: primum in aliquo ejusmodi vermium ab utroque latere papilla in medio perforata cernebatur, sive monstrum ille esset, sive tumore præternaturali affectus, sive peculiaris vermis cucurbitini species; deinde tres inveniebantur uniti, sed incurvi, adeo tamen arte coherentes, ut sine laceratione dividi haud potuerint, figuris æque ac canaliculi lactei cum vermibus cucurbitinis aliis, tam solitariis, quam connexis, expressi. De vehementioribus tormini-

bus quemadmodum Ebræa conquerebatur, quando solitarii parabant exitum, quam in longam catenam uniti, ita aliquando portionem longissimam intestini sine dolore, cum majori autem stupore, eliminabat, quæ instar duplicatæ & ubique clausæ fasciæ ex crassa, lubrica, lucida, transparente & mucilaginosâ membrana erat contexta, duos pollices amplitudine & duas ulnas longitudine excedens, intus in forma siphonis concava, sed in se ipsam collapsa, flexilis & tineta. In cavitate sua quam plurimos vermes cucurbitinos, non tamen umitos, magnitudinis variæ, omnes viventes seque moventes, continebat. Aquæ imposita supernatabat, diutiusque vermes in lubrico hoc carcere vivebant. Ex vasorum sanguiferorum absentia aliisque signis facile judicabatur, tubulum talem nullum esse intestinum, imprimis quod ægra ab hoc corpore excreto multum persentisceret levamen. Nec diu post nova occasio Autori emergebat simile spectaculum in sua patria, quam Regium Lepidi agnoscit, apud Ebræam aliam, itidem pinguem & pallidam, cernendi. Ipsa Ebræa Finalensis a vermibus liberari percupida quam plurimis utebatur medicamentis, sed frustra, quod mirò eorum numero ejecto, nonnulli semper in rugosis intestinorum cellulis resistarent, qui sese multiplicabant illamque ingravidationis tempore vexabant; similes tamen lumbricorum catenæ, *Andry* solium exprimentes, Autori postmodum partim aliunde transmittebantur, partim Patavii & Regii observandæ dabantur. E diverso tæniæ, non tam ab hominibus, quam a canibus excretas Nostro concedebatur examinare: a cane quippe ipsius venatico post tormina lumbricus eliminabatur spithamam unam cum dimidia longus, albicans & multis sectionibus in modum graminis geniculati vel herbæ centinodiæ interstinctus, cute constans duriori & post exsiccationem venis diaphanis. Agiliter ille constringebatur & elongabatur, annulis annulos veluti subintransibus, qui plani erant, haud rotundi, læves, lucidissimi, non æque molles & humidi, ac in lumbricorum cucurbitariorum catena. Papilla omnis aberat, aderat vero caput distinctum, in oris cavo denticulis incurvis, & supra os, duobus eminentibus globulis, veluti oculis

oculis, præditum. Annuli sine laceratione a se invicem di-
 velli haud poterant cavitasque omnibus erat communis,
 dum ab uno ad alterum longus progrediebatur canalis
 alimentorum, prout in omnibus lumbricis, præterea
 alia non minus vascula in quovis annulo co- fusè patebant,
 tenuitas autem eorum vix permittebat aliquid certi de usu
 ipsorum asserendi, cum primis an vascula generationis ex-
 titerint, in lumbricis teretibus humanis a Redi annotata, in
 caudam demum, non subtilem sed crassiolem, desinebat. Qua-
 lem lumbricum etiam si *Andry* plane non descripserit, *Autor*
 nihilofecius pro vera tænia habere non veretur, quod in ani-
 malium intestinis alium verum vermem planum & longum
 invenire haud potuerit, similemque etiam tæniam ab aliis ca-
 nibus excretam, tum ab amico acceperit, a *Morgagni* in *Epi-
 stola* commemoratam, tum *Jacobus Viscardi* observavit.
 Atque ex his, quæ *Autor* circa vermes cucurbitinos huma-
 nos & tænias caninas annotavit ipse, *Andry* sine negotio cir-
 ca solium & tæniam variorum convincitur errorum, inde po-
 tissimum enatorum, quod vermes cucurbitinos propriis ocu-
 lis viderit nunquam, in ipsis autem describendis perverſe *Al-
 drovandi* & *Spigelii* de iisdem figuræ facillimus crediderit.
 Falso namq; *Andry* lumbricum latum, quem cum *Spigelio* &
Sennerto in specie Solium nominat, pro uno venditat verme,
 immeritoque ad horum exemplum *Fernelium*, *Perdulcem*,
Benevenium & *Gabucinium* refellit, qui post *Taddeum Flo-
 rentinum*, *Nicolaum Florentinum*, *Mesuen* ac *Savonarolam*,
 eundem verius ex multis cucurbitinis contextum asseruere.
 Falso e contra, quam alii vermium cucurbitinorum catenam
 dixerunt, pro ovorum tantum solii unitorum congerie, vitæ
 omnis experte, reputat, quasi ea, quæ cohererent, ovorum
 etiam figuram rotundam vel ovalem obtinerent, motuque
 progressivo & parentum forma destituerentur, i.e. veri vermes
 cucurbitini haud existerent. Tæniæ proprie dictæ motum o-
 mnem caputq; figuratum falso non minus denegat, ac papillas
 in folio suo tum respirare, tum ovula eliminare erronee asseve-
 rat, dum nullum animal per pulmones parit, inæqualis autem
 papillarum situs notabilem earum a tracheis & orificiis pul-
 monum

monum in crucis ac bombycibus fatis prodit discrepantiam. Quando autem alter ovulorum exitus, quem *Andry* per fissuram quandam sub articulationum annulis conjicit, admittitur, vel eo ipso ille coarguitur, folium non unum, sed plures & totidem esse debere vermes, quot occurrant annuli, quoniam de nullo animali constat, cujus uterus plura externa obtineret orificia. Quam partem alias rotundam pro rudi capite adumbravit, ea mucilaginoso magis videtur portio uncinulis vermium adhaerescens, veri capitis nomine ob oris defectum indigna. Ne *Andry* plura circa folium errata transcribamus, neque adducamus alia, quae circa tæniam, a *Malpighio*, & vermem latum, a *Tysone* & *Borrichio* descriptos, monentur, ad differentiam properantes, quae *Nostro* inter vermem latum, fasciam, folium & tæniam videatur intercedere. Confusionis siquidem omnis evitanda ergo per vermem latum intelligi posthac cupit omnem vermem planum, ejusdem a capite ad finem haud crassitiei, ac sub eo comprehendendi cucurbitinos, blattas sive vermes vasorum biliferorum aliosque memorata figuræ. Fasciæ titulo admittit omnia illa corpora longa, lubrica, mucilaginoso & cava, quae cucurbitinos plerumque vermes continent atque *Lancisio* in duabus *Epistolis* polypi intestinorum audiunt. Solum non nisi vermium latorum sive cucurbitinorum catena habeatur, quale in genere solum existimatur, quia subinde omnis ejusmodi turba invicem colligata una vice exiens agrum haud difficulter a vermibus rodentibus simul & semel liberat. Tania denique, cum in canibus, tum secundum *Redi* etiam in hominibus reperiunda, unus erit vermis planus, instar ligulae sive institæ, cum capite, collo, ventre longo & cauda, instructus canali alimentorum longissimo aliisque vasis necessariis, spithamæ saltem longitudine. Potiora demum de verme lato epilogi vice explanans, os vermibus cucurbitinis & blattis vasorum biliferorum in superiori parte magis angusta esse cum *Malpighio* observat, papillæ autem laterali officinum excrementis liberum egressum concedendi assignat, dum per ejus canalium crudus emittitur chylus. Ipsos vermes latos

ovulorum

ovulorum medio propagari nullus dubitat, quamvis relinquat in medio, num sexu distincto gaudeant, an limacum aliorumque insectorum adinstar hermaphroditi existant. Vermes tamen cucurbitinos in tam longam catenam invicem tunc articulari conjicit, quando in intestinis succum aliquem ipsis inimicum percipientes alter pone alterum capita pro se occultandis & defendendis, & illo fugiendo abscondunt, more multorum animalium in angustiis & metu mortis caput occultantium. Lumbrici quidem teretes eo in casu intestina saepe perforantes ea egrediuntur, lati autem non capite acuto, sed veluti quadrato gaudentes meliorem nidum haud inveniunt, quam in suorum consimilium parte postrema. Lumbrici nihilominus cucurbitini separati pariter occurrunt & solitarii, quoniam naturale ipsis est, aequae ac aliis animalibus, seorsum vivere & non nisi incertos fines connecti. Dum autem separati liberius per intestinorum plicas vagari, suoque capite libero ac spinulis descriptis fibras membranosas sensibilius stimulare valent, nemo miretur, cur Ebraea de majoribus conquesta fuerit doloribus, ubi solitarii exirent, quam uniti, uniti enim orificia sua sub aliis recondentes & spinulas incuneatas habentes, non nisi limbis ob papillas inaequalibus lacessere queunt. E diverso ne minimum infligunt dolorem, quoties longo canali mucilaginoso inclusi per lubrica intestina sine horum rostrone molliuntur exitum; polypus autem talis fistulosus non modo ex lymphæ glandularum intestinalium, sed & ex humore glutinoso, ovula ipsa concomitante, quemadmodum in piscibus, ranis, bufonibus, salamandris aquaticis & similibus, haud ægre potuit condensari. Ægri interim postquam longam vermium cucurbitinorum catenam rejecere, vix ab omnibus eorum molestiis imposterum degent immunes, nisi omnes, quotquot in ventre sunt, invicem juncti juxta superius dicta fuerint, id quod haud semper evenire, Ebraeam tristis docuit experientia. Aliquando tamen omnibus intestinorum vermibus exclusis nullos alios denuo generari, (sicut fieri deberet, si ab insectorum ovulis cum alimentis ingestis illi provenirent,) notabili ancillæ domesticæ

exemplo ab Autore confirmatur, quæ a vermibus intestina-
 libus multum vexata trium vel quatuor guttularum Petrolei
 assumptione ascensum eorum per gulam solebat reprimere,
 aliquo autem tempore hujus molestiæ pertasa notabilem dicti
 olei quantitatem eo effectu hauriebat, ut in febrim ardentis-
 simam cum vomitibus, torminibus, ac diversarum materia-
 rum, innumerorum imprimis vermium, & vivorum, & mor-
 tuorum, rejectione incideret ac postea ab omnibus lumbricis
 salva & libera persisteret. Tam late latorum vermium in-
 doles obscurior erat dilucidanda, cum de ascaridibus & lum-
 bricis teretibus pauciora restitent. Circa ascarides *Job. Bapt.*
Consoli cum primis refellitur, quod in peculiari de iisdem
 Epistola, Romæ A. 1701 edita, e vermium numero illos exi-
 mere ac in lampretarum vel murænarum speciem non ex aliis
 evehere rationibus voluerit, quam quia non se torquendo
 verterent & ita reptarent, nec fibras exhiberent transversas,
 quarum auxilio pro lubitu contraherentur, expanderentur &
 in se ipsos intumescerent, sed unice more anguillarum &
 murænarum in dimidium circulum intorquerentur seque ja-
 cularentur. Verum si ascarides in dimidium circulum intor-
 queri ac sese jaculari admittuntur, vel eo ipso conceditur, eos
 sese torquendo vertere atque ita reptare, adeoque veros exi-
 stere vermes, si que transversæ ascaridum fibræ ob subtilitatem
 oculis non cernuntur, ex tali nihilominus motione satis col-
 ligi, vel in exsiccatis etiam adverti queunt. Neque soli asca-
 rides in dimidium circulum se inflectendo jaculantur, sed
 idem pariter præstant, tum vermiculi culicum aquæ innatan-
 tes, tum vermiculi casei, quos inter murænas & anguillas velle
 referre, transformatio ipsorum in crysalides & muscas, ab *Au-
 tore* observata, impedit. Adhæc veritate non satis nititur,
 quod subjungit *Consoli*, vermes mortuos & corruptos in cor-
 puscula ejusdem naturæ dissolvi cum illo corpore, in quo fue-
 re geniti & nutriti, prout vermes ex pane nutriti in particulas
 resolverentur, quæ farinam referrent, vermesque plantarum
 pressi succum herbarum eructarent, cum e diverso ex ascaridi-
 bus pressis succus emittatur candidus densiorque instar ceræ,
 indicio

indicio manifesto, eos non esse vermes. Quomodo enim resoluti eandem monstrabunt naturam corporis, in quo generati & inde nutriti fuerunt, postquam nutrimentum a vermibus assumptum easdem sustinet mutationes & alterationes, quas cibi in omnibus animalibus experiuntur, sique ab erucis & vermibus pressis primum elicitur, quod de herbis deglutiunt, paulo tamen post non succus amplius herbæ, sed aliud quid expellitur. Et quid succus tenax lacteus ab ascaridibus expressus aliud est, quam lymphæ intestinorum ab ipsis hausta & interveniente acido atque calore inspissatus? Ut taceamus lumbricos cucurbitinos & teretes a nemine accenseri anguillis & murænis, etiamsi album aliquando succum emittant. Ascarides alias ex ovulis itidem nascuntur, quæ satis copiosa in iis conquassatis vel incisis microscopio deteguntur; figuræ autem, quibus *Cantoli* & *Redi* eosdem per microscopium visos repræsentant, admodum videntur diversæ, in quantum prior ascarides vivos, glabros & sine rugis, posterior autem eos mortuos, rugas contrahentes, depingi forsam curavit. Tandem circa lumbricos teretes omnibus notissimos duo eorum canales, alimentorum alter, alter generationis, cæva Dni. *Redi* optime descripti & cum ipso verme depicti, tum innuntur, tum ovula adjiciuntur a Petronio quodam non ita pridem in verme ejusmodi tereti feliciter detecta & ad Autorem in epistola quadam perscripta. Hi autem susque deque habentur, qui lumbricos humanos pulverisatos verentur propinare, ne novi exinde propullulent vermes, quasi hi ex putredine sive corruptione prodirent, qui per congressum simili ratione, ac lumbrici terrestres, haud dubie solent propagari. Posthæc duæ aliæ Epistolæ ab *Aurore* jubentur expectari, in quorum altera sicuti vermium nostri corporis peregrinorum, i. e. talium, qui per naturæ errorem aliquando in nobis occurrunt, cum multis falsissimis historiis, ostendetur origo, & in tertia medela vermium excutietur, ita utrobique aliæ itidem Dni *Andry* examinabuntur opiniones, quæ cum veritate, ac imprimis historia naturali, minus videntur convenire. Ceterum Pacchioni, Bianciardi, Lancisii, Morgagni

gagni & Petronii epistolæ, quarum potiorum mentio hinc inde fuit injecta, sub calce indici rerum præmittuntur.

THE HISTORY OF THE LIFE AND
Acts of Edmund Grindal. &c.

h. e.

*HISTORIA VITÆ ET RERVM GESTARVM
EDMVNDI GRINDALI, primi Londinensis Episcopi, secundi Eboracensis & Cantuariensis Archiepiscopi, tempore Regina Elisabethæ. Libri II. Addita est Appendix authenticorum monumentorum ex MScis & Archivis fideliter transcriptorum, ad hanc Historiam spectantium; Autore JOHANNES STRYPE, A. M.*

Londini, apud Joh. Wyat & Joh. Hartley, 1710, in fol.
Alph. 5.

Tanto magis maturandam esse hujus Operis editionem, tantoque opportunius illud proditurum esse existimavit Clarissimus Autor, quanto majore duobus abhincannis omnium Anglorum animi flagrabant cupiditate, penitius quam hæcæus res Præsulis hujus Reverendissimi vitamque cognoscendi. Postquam enim Henr. Sacheverellus S. T. D. in Sermonè A. 1709 d. 5 Novembris habito, quem tot turbas in Angliâ fuscitasse meminimus, non dubitasset Viri hujus venerandi cineres sollicitare, memoriamque ejus aterrimis coloribus denigrare, *spurium Ecclesie Anglicanae filium, perfidumque Præsulem, a quo Regina Elisabetha delusa, Genevaensem disciplinam tolerare cepit*, aperte Grindalum appellando, eaque in Virum injuria ab inferiori Parlamenti curia inter crimina Sacheverelli Articulo II esset relata; nemo facile inter Anglos fuit, qui non ad intimiorem historię ac vitæ Grindali cognitionem aditum fieri impense optaret. Quam hujus scriptionis rationem non tam edisserit, quam inquit Cl. Strype in præfixa Operi ad Reverendiss. Thomam Cantuarien-

tuariensem Archi-Episcopum Dedicatione professus, non e recentiorum Scriptorum lacunis, sed ex ipsis ejus temporis monumentis, eique ævo scriptoribus proximis desumpta sibi esse, quæ ad laudes & justam defensionem præclare de Ecclesia meriti Præfulis pertineant. Quo in opere etfi tanta non abundavit monumentorum copia ad curatius persequendum historię filum, quanta ipsi in scribenda Matthæi Parkeri vita, de qua in Actis A. 1712 M. Oct. suppetebat, sunt tamen & hic cum in Historia, tum in Appendice haud profecto pauca, quæ legentis curiositati non sine jucunditate ac fructu abunde satisfacient. Nos pro more pauca delibabimus. Liber prior continet vitam nostri ab ineunte ætate ad translationem usque ejus ad sedem Eboracensem. Natus vero est Grindalus A. 1519 in Cumbria, parte Angliæ septentrionali, cumque Cantabrigiæ & studiis operam navasset, & brevi tempore magna eruditionis fama inclaruisset, A. 1550, ut a sacris Nicolao Ridley, Londinensi Episcopo, esset, eligebatur, mox & Regis Eduardi sacris adjunctus, præsidio Aulæ Pembrokianæ apud Cantabrigienses, & Canonicatu ad D. Pauli Londini a Ridlejo donatus, ac, nisi obstitissent alia, ad Dunelmensem Episcopatum qui promoveretur, jam tum dignus existimatus. Certe, qua apud Bucerum existimatione, quo amore floruerit, docent Viri istius magni literæ ad nostrum, quibus natam sibi cum Jungio quodam Cantabrigiæ de bonis operibus controversiam nostro exponit, & ut ad Ridlejum eam referat, fraterne ac amantissime rogat, servatæ in Appendice p. 1. At paulo post, cum exempto rebus humanis Eduardo VI spes omnis Ecclesiæ purioris in Anglia decollare videretur, nostro patria relicta in Germania exiliū sedem quærere visum est, quam invenit potissimum Argentinæ, & Francofurti ad Mœnum, eaq; quod insolens in Anglis est, Germanicæ linguæ facultate brevi polluisse dicitur, *ut vox ejus etiam in Germanicis Ecclesiis audiri potuisset.* Quo in exilio potissimum id sibi datum esse existimavit, ut & cum Nic. Ridlejo, donec martyrium iste subiret, commercium aliquod literarium servaret, & imprimis Joh. Foxium in compilando Martyrologii opere, quan-

L I C I

C II.

gagni & Petronii epistolæ, quarum potiorum mentio hinc inde fuit injecta, sub calce indici rerum præmittuntur.

THE HISTORY OF THE LIFE AND
Acts of Edmund Grindal. &c.

h. e.

*HISTORIA VITÆ ET RERVM GESTARVM
EDMVNDI GRINDALI, primi Londinensis Episcopi, secundi Eboracensis & Cantuariensis Archiepiscopi, tempore Regina Elisabethæ. Libri II. Addita est Appendix authenticorum monumentorum ex MScis & Archivis fideliter transcriptorum, ad hanc Historiam spectantium; Autore JOHANNES STRYPE, A. M.*

Londini, apud Joh. Wyat & Joh. Hartley, 1710, in fol.
Alph. 5.

Tanto magis maturandam esse hujus Operis editionem, tantoque opportunius illud proditurum esse existimavit Clarissimus Autor, quanto majore duobus abhincannis omnium Anglorum animi flagrabant cupiditate, penitius quam hæcenus res Præfulis hujus Reverendissimi vitamque cognoscendi. Postquam enim Henr. Sacheverellus S. T. D. in Sermonè A. 1709 d. 5 Novembris habito, quem tot turbas in Angliâ fuscitasse meminimus, non dubitasset Viri hujus venerandi cineres sollicitare, memoriamque ejus aterrimis coloribus denigrare, *spurium Ecclesiæ Anglicanæ filium, perfidumque Præfulem, a quo Regina Elisabetha delusa, Genevaensem disciplinam tolerare cæperit*, aperte Grindalum appellando, eaque in Virum injuria ab inferiori Parliamētā curia inter crimina Sacheverelli Articulo II esset relata; nemo facile inter Anglos fuit, qui non ad intimiorem historię ac vitæ Grindali cognitionem aditum fieri impense optaret. Quam hujus scriptionis rationem non tam edisserit, quam innuit Cl. Strype in præfixa Operi ad Reverendiss. Thomam Cantuarien-

tuariensem Archi-Episcopum Dedicatione professus, non e recentiorum Scriptorum lacunis, sed ex ipsis ejus temporis monumentis, eique ævo scriptoribus proximis desumpta sibi esse, quæ ad laudes & justam defensionem præclare de Ecclesia meriti Præsulis pertineant. Quo in opere etfi tanta non abundavit monumentorum copia ad curatius persequendum historię filum, quanta ipsi in scribenda Matthæi Parkeri vita, de qua in Actis A. 1712 M. Oct. suppetebat, sunt tamen & hic cum in Historia, tum in Appendice haud profecto pauca, quæ legentis curiositati non sine jucunditate ac fructu abunde satisfacient. Nos pro more pauca delibabimus. Liber prior continet vitam nostri ab ineunte ætate ad translationem usque ejus ad sedem Eboracensem. Natus vero est Grindalus A. 1519 in Cumbria, parte Angliæ septentrionali, cumque Cantabrigiæ & studiis operam navasset, & brevi tempore magna eruditionis fama inclaruisset, A. 1550, ut a sacris Nicolao Ridley, Londinensi Episcopo, esset, eligebatur, mox & Regis Eduardi sacris adjunctus, præsidio Aulæ Pembrokianæ apud Cantabrigienses, & Canonicatu ad D. Pauli Londini a Ridlejo donatus, ac, nisi obstitissent alia, ad Dunelmensem Episcopatum qui promoveretur, jam tum dignus existimatus. Certe, qua apud Bucerum existimatione, quo amore floruerit, docent Viri istius magni literæ ad nostrum, quibus natam sibi cum Jungio quodam Cantabrigiæ de bonis operibus controversiam nostro exponit, & ut ad Ridlejum eam referat, fraterne ac amantissime rogat, servatæ in Appendice p. 1. At paulo post, cum exempto rebus humanis Eduardo VI spes omnis Ecclesiæ purioris in Anglia decollare videretur, nostro patria relicta in Germania exiliū sedem quærere visum est, quam invenit potissimum Argentinæ, & Francofurti ad Mœnum, eaq; quod insolens in Anglis est, Germanicæ linguæ facultate brevi polluisse dicitur, *ut vox ejus etiam in Germanicis Ecclesiis audiri potuisset.* Quo in exilio potissimum id sibi datum esse existimavit, ut & cum Nic. Ridlejo, donec martyrium iste subiret, commercium aliquod literarium servaret, & imprimis Joh. Foxium in compilando Martyrologii opere, quan-

L. I. C. I.

C. II.

Cap. III.

tum posset, adjuvaret, quanquam non penitus nullæ fuerint partes ejus etiam in componendis, quæ Francofurti inter Anglos exules circa Liturgiæ formam tum oriebantur, dissidiis. Redux in patriam A. 1559, post alia in reformationis negotio præstita, statim nominatus est noster, qui sedem Londinensem a Boneri exauctoratione vacuam repletet, quam vocationem quo minus extemplo admitteret, obstabant ipsi cum ritus varii ordinationis & vestimentorum Episcopalium e Patu superstites, tum quæ imminere credebatur ab Aula, maxima reddituum diminutio, quibus de rebus, quos habebat, scrupulos libere Petro Martyri, veteri amico suo, detectos & ab eo remotos tandem ita superabat, ut Episcopatum non detrectaret, consecratus mense Decembri anni modo memorati. Cum vero tunc temporis Episcopo Londinensi Ecclesiarum a peregrinis Londini institutarum, Belgicæ Gallicæque, inspectio simul incumberet, noster Grindalus *Superintendentis* Ecclesiarum istarum nomen ita non recusabat, ut potius, & titulo & munere isto usum eum esse quam libentissime, appareat. Statim enim A. 1560, cum in Ecclesia Belgica late spargerentur ab Hadriano Hamstedio errores Anabaptistici, noster & in eam rem inquisivit, & Hamstedio revocationis formulam præscripsit, qua inter alia fateretur, *quod præscriptorum errorum monitores utriusque Ecclesie ministros contempserit, atque ipsum adeo Reverendum Episcopum Londinensem, utriusque peregrinorum Ecclesie Superintendentem, cui tamen ille subscribere renuebat.* Quo nomine & apud Senatum Mœno-Francofurtensem pro exulibus Flandris, qui sedes ibi fixerant, ac imminentem sibi ejectionem metuebant, graviter sed cum gratissima humanitatis ab ista civitate Anglis exulibus exhibitæ commemoratione intercescit. Præterimus nunc alia ab Episcopo gesta, cum in rebus ecclesiasticis, tum politicis, & imprimis circa instituendam mercatorum Anglorum Societatem Emdæ in Frisia Orientali; ut magis theologica memoremus. Quale est, quod *Justus Velsius*, Hagæ Com. natus, A. 1564 turbas Londini dederit, publicata & dispersa scheda, quam inscripserat: *Christiani hominis Norma, ad quam se explorare perpetuo quivis debet.* Tota illa

C. V.

Append.

P. 4.

C. VI.

ta illa servata est in Appendice p. 13, cognoscique potest ejus indices ex initio statim, ubi ita Velsius: *Quisnam est Christianus? Qui, quod Christus per se & natura existit & est, in participatione & gratia est redditus & reddendus. Quidnam per se & natura existit Christus & est? Primum Deus in Homine, deinde & Homo Deus.* Probe, quæ in istis lateant errorum semina, monuit Grindalus, cujus Observationes ad hanc schedam ibidem Autor noster conservavit. Eodem vero anno fatales de rituum conformitate contentiones nostrum quoque exercebant, quas tamen & magna cum moderatione ipse agitabat, & quid in iis agendum sit, perpetuo per literas in Appendice conservatas a Theodoro Beza, Bullingero & Zanchio explorabat. Ubi legi quoque merentur Belgicæ apud Londinenses Ecclesiæ Articuli Ecclesiastici, post multas controversias tandem producti, ac a Grindalo, nec non ab Ecclesia Genevensi approbati, præter nonnulla, quæ in iis vel monita fuere vel emendata. Reliquis, quæ potissimum ad Schismaticorum ob rituum diversitatem persecutionem spectant, enarrandis superfedemus, properantes ad Librum II, qui a nostri Grindali ad Archiepiscopatum Eboracensem promotione inchoatur. Pervenit ad eum noster A. 1570, successoremque in sede Londinensi habuit Edwinum Sandys, hætenus Wigorniensem Episcopum. Quæ vero fuerit in istis partibus Ecclesiæ facies, docent Literæ Grindali eo anno ad Guil. Cæcilium datæ, quibus queritur, tantum hic esse dissimilitudinis ac diversitatis a meridionali Angliæ parte, ut in aliam Ecclesiam, non in ejusdem Ecclesiæ partem delatus sibi videatur, ac tria hæc inter plebem istam regnare, ignorantiam profundissimam, magnam in admittenda institutione stupiditatem & hebetudinem, ac deniq; pronam ad pristinos errores relabendi cupiditatem & contumaciam. Accedebat in his expugnandis occupato non minor a Separatistis difficultas, quibus tamen omnibus ea cura obviam tendebat, ut brevi Papistarum multum in istis partibus diminueretur, Ministrorum vero insigniter augeretur numerus, ac puritati suæ cultus divinus magis magisque restitueretur. Enimvero, vacua post Matth. Parkeri obitum

C. XI. XII.

p. 19-24.
p. 45 199.

L. II. C. I.

C. V.

C. VIII.

sede Cantuariensi, noster, nequaquam id vel speram vel optans, datus ipsi est successor, & in eam dignitatem immisus A. 1576 mense Febuario, statimque præsidium Synodi tum convocatae in se suscepit, in qua compositi Articuli de admissione idoneorum Ecclesiae ministrorum aliisque ad bonum in Ecclesia ordinem spectantibus ab Autore exhibentur in Appendice p 59 sqq. Cujusmodi alia lubentes præterimus, ut negotium quoddam Præsuli nostro fatale diligentius enarrare liceat. Invaluerat eo tempore in compluribus Angliæ partibus, Episcopis non modo conaiventibus, sed & probantibus & jubentibus, exercitium aliquod sacrum inter Ecclesiae Ministros, ad melius instruendos rudiores ex illorum numero, exercendos peritiores institutum. In eo semel per mensem, vel per duarum hebdomadam spatium, die non Dominico, sed alio ab Episcopo indicto, plerique Ecclesiae Ministri in Templo oppidano eum in usum selecto congregati, presentibus, sed silentibus, si qui vellent conventui interesse, Laicis, textui cuidam Scripturae S. interpretando per bithorium ita vacabant, ut primo occasionem dicti, inde scopum, tum verum sensum, emphases vocum, nec non loca parallela, loca item *ἰναυτιοφανῶν*, inde argumenta in textu comprehensa, virtutes vel vitia eo spectantia, deinceps, si opus esset, *ἱεροδραματίας* ejusdem, denique doctrinas fidei & morum inde deductas, præparati, unusquisque ut ordo ferebat, enarrarent. Ac, ne quicquam *αἰραξίας* hic interveniret, duo vel tres gravissimorum Presbyterorum, ab Episcopo Moderatores hujus exercitii nominati, cavebant, ne quis sine Episcopi indultu hic verba facere posset, neque controversiæ illius temporis odio se moverentur, ne quisquam alterum aperte vel tecte verbis impeteret, aut immodeste se gereret, ac imprimis, ne cuiquam Laicorum unquam liceret in his conventibus loqui, cavebant quoque, ut si quis minus affectus esset sensum dicti, privatim eum vel ipsi vel alii ministri ea de re monebant. Id exercitii genus, quod Paulina phrasi ex 1 Cor. XIV, 29 *Propheciam* omnium aptissime sibi appellare videbantur, & cum Scholis Prophetarum V. T. quodammodo comparabant, præter insignem fructum, quem Episcopi plerique

rique omnes in ministrorum antea fere rudium insigni scientiæ incremento deprehendebant, ita Laicis quoque ardebat, ut magno confluxu ad id audiendum se conferrent, nequa in re illi minus ordinate se gesserint, satis apparebat. At certe Regina, dubium, qua, de causa, his *prophetandi exercitiis* infensa, Archiepiscopo presenti non sine rigore imperabat, ut ea deinceps penitus inhiberet, palam professâ, potius e re Ecclesiæ esse, si pauci tantum essent ministri sermonibus habendis apti, ac tres vel quatuor ejusmodi integro Comitatu suffecturos, publicarumque Homiliarum lectionem ad plebem instruendam utique sufficere, quare, ut & numerus ministrorum diminueretur, & exercitia ista prorsus cessare juberentur, nostro severissime injungebat. Grindalus, Reginæ ipsum presentem audire recusante, Literis eam compellebat longe gravissimis & conservatione dignissimis, datis d. 20 Dec. 1576. In his post multam honoris debiti præfationem, cum omni modestia, at graviter tamen miram Reginæ de emolumento ad Ecclesiam a paucitate ministrorum redundaturo opinionem e Scriptura, ipsaque experientia luculentissime revincit; homilias publica auctoritate constitutas eo non esse, ut sermonibus præferrentur, sed in eorum defectu adhiberentur; multoq; majorem esse fructum sermonum ad temporis & audientium rationes accommodatorum, quam jejunæ generalium homiliarum lectionis; denique, quod *prophetandi exercitia* attinet, in iis abusus lubentissime se emendaturum, sed, ut prorsus ea, cum tanto fructu Ecclesiæ conjuncta, aboleat, id omni cum humilitate deprecatur, quippe quod a conscientia sua impetrare non valeat, nec habeat facultatem ad destruendum, sed unice ad ædificandum, neque quicquam possit contra veritatem committere. Quæ postquam edisseruit, se, si vel maxime dignitate sua eapropter excidat, non ægre laturum testatur, at monet Reginam, ut Ecclesiastica hujusmodi malit in Ecclesia seu Synodo, quam in Palatio decidere. Deinde *per viscera Christi* rogat, ut in sacris *non quasi ex auctoritate* agere velit, sed Deo se cum maxime tradere, ut Dei voluntas, non Reginæ fiat. Enimvero surdis hæc narrabantur auribus. Regina misso singulis Episcopis mandato

Append.
P. 74-85-

- C. IX. p. 236. dato severissimo *prophetandi* exercitia prohibebat, & nostrum suspensione ab officio ad semestre tempus mulctabat. Quæ suspensio ut tolleretur deinceps, Regina nec literis Præfulis nostris ad Consilii intimi Assessores, quibus ipsorum intercessionem exorabat, nec Synodi A. 1581 præside Jo. Aylmero Londinensi Episcopo convocatæ supplicibus literis poterat adduci.
- C. XI. p. 257. p. 260. Quamquam vel in ista etiam Synodo non cessavit Grindalus consiliis saltem optimis Ecclesiæ usibus invigilare, cum imprimis in ea gravis atque difficilis de poenitentia publicæ & excommunicationis Ecclesiasticæ reformatione materia agitaretur. Neque aliis muneris sui partibus prorsus deesse potuit, vel ipsa Aula ita jubente, imprimis in iis, quæ non ad provinciam, sed ad diocesin tantum Cantuariensem spectabant. Tandem circa initium anni 1582, cum reliquorum Angliæ Præfulum exemplo satisfactum suæ conscientia existimaret noster, ac Reginae favori se iterato submitteret, absolutus est a suspensione, ac libertate agendi iterum donatus, qua tamen uti eum mox prohibebat oculorum, quæ ipsi supervenerat, ac brevi præter omnem restitutionis spem invaluerat, cæcitas. Inde noster, quod antea a Regina nunquam potuerat obtinere, ut liceret sibi Episcopatu se abdicare, cum intellexisset, nunc quidem id per Reginam esse integrum, statim ab initio A. 1583 ea de re cogitavit, & in eo erat, ut d. 25 Martii eo onere se ipsum levaret. Cum autem nihilominus non pauca consilii hujus executioni intercederent, fata viam visa sunt invenire, ac propriam Præfulis abdicationem occupare, quæ adhuc dignitate sua fruentem ad aliam vitam evocarunt d. 6 Julii A. 1583, ætatis 63, cœlibem per omnem ætatem. Ceterum Autori nostro Clariss. ut vindicaret eum ab adspersionibus recentiorum quorundam, qui Puritanismo eum nimium favisse calumniantur, visum est addere observationes nonnullas, quæ eo spectarent. Nimirum exercitium *prophetandi* tantum abesse a Puritanismo docet, ut Rex Scotiæ Jacobus VI A. 1584 eodem Parlamenti Decreto, quo Episcopatus in Ecclesia Scotica restaurabatur, simul decreverit, ut omni modo *Exercitium prophetandi* in incrementum
- C. XIV.
- C. XV.
- C. XVI. p. 298.

mentum scientiæ Theologicæ inter ministros observaretur atque retineretur. Quin etiam Sandium Eboracensem medio isto tempore, quo noster ob eam rem suspensus erat ab officio, simile exercitium libere & sine ulla accusatione in sua provincia instituisse docetur. Puritanos nullo modo tolerasse nostrum, at Protestantes e Gallia & Belgio exules vel conscientiæ & honestatis habita ratione non fovere & admittere non potuisse, qui ipse olim exul fuisset, merito observatur. Sane cum exilii sui nunquam oblitum fuisse, gratamque erga omnes, qui tum temporis Anglos exules sublevaverant, recordationem perpetuo servasse, docent in hac Historia complura affectus tenerrimi erga alios ejusdem fortis & ad eos sublevandos promptissimi documenta. Patrium oppidum, nec non Collegia partim Oxoniæ partim Cantabrigiæ, moriens insigni ac Christiana munificentia ditavit. Scriptum non nisi unicum, idque *ἀναθύρω* sub titulo *Dialogi inter Consuetudinem & Veritatem*, adversus Transsubstantiationis dogma conscriptum, Joh. Foxii Monumentis & A&is p. 1263 insertum prodire passus est, Ecclesiæ potius commodis, quam propriæ famæ velificatus.

P. 199

C. XVII.
P. 133.

IOANNIS CHRYSOSTOMI DE SACERDOTIO Libri VI. *Accessere Dissertationes præcæmiales de dignitate sacerdotali, item Chrysoſtomi Vita ex Cl. Cavei Hist. Litt. desumpta. Editionem adornavit IOANNES HUGHES, A. M. Collegii Jesu apud Cantabrigienses Socius.*

Cantabrigiæ, impensis Edm. Jeffery, 1710, 8.

Alph. 1 pl. 6½.

Quos jam producimus Chrysoſtomi de Sacerdotio libros, sæpius quidem seorsim excusos esse, constat: præsentia autem editioni occasionem dedit liber Anonymi (qui creditur esse Tindalius, Juris civilis Doctor) *de Ecclesia Christiana jure &*

re & auctoritate, quo omnis ecclesiastica potestas civili tribuitur magistratui. Equidem contra hunc jam strinxere calamos clarissimi Angliæ Theologi, Georgius Hickeſius, Guil. Wottonus, & Jo. Turnerus, libris patria lingua ſcriptis & Londini A. 1707 editis. Hos A. 1708 excepit Sam. Hillius: ut omittamus Anonymos duos, qui Londini A. 1709 adverſus eundem librum prodierunt in publicum. Meminit etiam Cl. Hughelius in Præfatione Potteri & Hoadleji contra illum ipſum librum ſcripta. Quæ cum nobis ignota ſint, aliis inquirendum relinquimus, an hi forte duorum ἀνωνύμων vulgatorum librorum, quæ modo memoravimus, ſint autores. Nec vero tot tantique in hoc ſtudio præcurſores Cl. Hughelium abſterrere, quo minus & ipſe pro Episcoporum dignitate & auctoritate ſtrenue propugnaret, præmiſſis Chryſoſtomo Diſſertationibus aliquot. Quas hic in compendium redigere animus eſt, hinc ut liqueat non modo Episcopatum in Anglia de regimine Eccleſiaſtico ſententia, ſed & ejus præſidia, quæ more noſtro ponderanda relinquimus Lectori a partium ſtudio immuni, civilisque pariter diſciplinæ ac S. Scripturæ intelligenti. Quæ igitur Noſter ſibi demonſtranda ſumſit, hæc ſunt: (1) Eccleſiam eſſe veram & propriam ſocietatem, ab omnibus hujus mundi ſocietatibus diſtinctam, extra quam non detur ſalus: (2) hujus ſocietatis regimen Apoſtolos commiſſiſſe Episcopis cum potestate ordinandi miniſtros eccleſiæ: (3) hanc ſocietatem inde a Constantini M. ævo nequaquam cum ſocietate civili coaluiſſe, ſed ſemper manſiſſe integram & ſeparatam: (4) jus excommunicationis de jure divino competere eccleſiæ: (5) euchariftiam confecrandi potestatem ſolum ad ſacerdotes ab Episcopis rite ordinatos pertinere: (6) plebem Chriſtianam in electionibus Clericorum nulla propria habuiſſe ſuffragia. Primam theſin probat (a) ex nominibus Eccleſiæ, quippe quæ vocetur regnum & domus Dei: (b) ex iis S. Scripturæ locis, ubi omnes Chriſtiani jubentur baptizari, euchariftiam recipere, item ubi paſtores ordinantur, quorum manus eſt ſacramenta adminiſtrare, preces pro populo ad Deum fundere, & cenſuras eccleſiaſticas

p.14.
16.

ficas exercere. Hic simul agit de natura schismatis, quam consistere putat in separatione a veritatis principio. Unitatis autem principium in solo esse Episcopo positum, sine cujus autoritate nihil in ecclesia fieri possit, scribit p. 32. (c) ex testimonio Patrum, S. Clementis, Ignatii, Cypriani. Quod autem societas ecclesiastica sit ab aliis hujus mundi societatibus distincta, probare nititur ex harum societatum principiis, natura, sine, quæ omnia inter se discrepent. *Secunda* thesios priorem partem comprobat (a) ex eo, quod, cum Christus in sacramentis baptismi & eucharistiz institutiones Judaicas imitatus sit, probabile etiam sit, ipsum in stabiliendo regimine ecclesiastico formam Judaicam præ oculis habuisse, & ad ejus modulum efformasse suam ecclesiam. Quemadmodum itaque in V. T. tres sacerdotum ordines erant, Levitæ, Sacerdotes, & Pontifex maximus: sic & in N. T. tres esse debere Nostro videntur ordines, ita ut Levitis respondeant Diaconi, Sacerdotibus Presbyteri, Pontifici max. Episcopus. (β) ex exemplo Timothei ac Titi, quos Paulus ipse olim ordinavit Episcopos: (γ) ex Patrum denique testimoniis. Alteram *secundæ* thesios partem, quod scilicet Ordinatio ad solos Episcopos pertineat, probat (1) exinde, quod in libris N. T. soli Apostoli legantur ordinasse ecclesiasticos: (2) ex praxi ecclesiæ primævæ: (3) ex judicio ac testimonio Patrum. *Tertiam* thesin probari posse putat (1) ex ipsa societatis natura. Cum enim Christus Episcopus constituerit rectores societatis ecclesiasticæ, hinc liquere judicat, magistratum civilem gubernationem ecclesiæ sibi arrogare non posse. (2) ex ipsis Imperatorum concessionibus, quas repetit ex historia. (3) ex variis inter Imperatores Arianos & Episcopos Catholicos contentionibus. *Quartam* thesin firmat (1) ex ipsa societatis natura. Omnem enim societatem habere jus dignos ad sese recipiendi, indignos ejiciendi. (2) ex eo, quod, si Apostoli & Episcopi habent jus ad baptismum admittendi vel ab eo arcendi, quos dignos judicant indignosve, sequatur, eosdem habere potestatem, admissos, si quidem sint immorigeri, rursus expellendi. (3) ex dicto Christi Math. XVI, 19, quo

Q 9

tradit

p. 24.

25 sqq.

34.

45.

46.

50.

57.

60, 68.

66, 75.

85.

95.

99.

103.

104.

P. 107.

131.

135.

144.

145.

tradit Apostolis claves ligandi solvendique. (4) ex praxi & testimonio primitivæ ecclesiæ. *Quintam* thesin probat (1) ex institutione Christi, qui ecclesiam suam regendam commiserit certo hominum ordini. (2) ex testimonio Patrum & primitivæ praxi ecclesiæ. *Sextam* denique thesin probat (1) ex institutione Christi, dum certum ordinem designavit gubernandæ ecclesiæ, hoc ipso excludentis laicos: (2) ex primitivæ ecclesiæ praxi. Hactenus Cl. Hughesius. Sequuntur Chrysostomi libri, quibus ostendit, partim quam arduum ac difficile munus sit sacerdotium, partim quas virtutes inesse oporteat in sacerdote. Non est nostri moris, ex libris jam notis excerpta dare. Tamen nonnulla enotabimus publice salutaria. Libro II p. 49 & 53 docet, nullam vim hominibus adhibendam esse religionis causa, sed svadere tantum licere. Lib. IV cap. 2 declarat, qui indignos ad sacerdotium promoveant, gravissimo se scelere obstringere, eosque manere poenam gravissimam. Ibidem cap. 4 in sacerdote requirit, ut eximia sit præditus doctrina, quo & sententias probare suas, & refutare possit adversarias. Libro V cap. 1 & 3 contendit, sermones sacerdotis, quos ad populum habent, singulari studio elaboratos esse oportere, adeoque eum valere debere eloquentia. Subnexæ sunt a Cl. Editore Notæ & Emdationes in hosce libros, decem comprehensæ foliis. Ex his duas solum attingemus, quarum una de ipso Chrysostomo, altera de Basilio, quem his libris secum colloquentem induxit Chrysostomus, agitur. Cum enim statim capite 1 libri I Chrysostomus testetur, se ante, quam ad sacram vitæ rationem se contulisset, *affedisse tribunali*, atque spectandis comœdiis oblectatum fuisse: hinc Editor satis patere judicat, Chrysostomum *inter causidicos aliquandiu militasse. Frustraque* (ita pergit,) *Socrates & Sozomenus causidicinam illum nunquam exercuisse voluit.* Nimirum Sozomenus lib. VIII cap. 2 scribit, eum, cum causas acturus atque id genus vitæ sectaturus crederetur, constituisse sacris se dare litteris sacraque philosophiæ. Socrates lib. VI cap. 3 causam hujus rei adjicit. *Cum causas, inquit, agere parares, videns, quam laboriosum*

laboriosum & iniquum esset vivendi genus eorum, qui in foro versantur, tranquilliorē vitam sequi maluit. Ad quem locum Valeſius quoque annotavit, ex initio Libri primi de sacerdotio apparere, *Chryſoſtomum inter cauſidicos aliquandiu militaſſe*: eoque Socratem notat & Sozomenum, *Chryſoſtomum cauſidicinam non exerciſſe*, ſcribentes. Ex quo apparet, Cl. Hugheſium Valeſii, licet non nominatim laudati, autoritate permotum ita ſentire. Verum ſi Chryſoſtomi verba attentius conſideremus, fortasſe nihil erit cauſæ, cur a Socrate & Sozomeno diſſentiamus. Meminit quippe Chryſoſtomus, *ſe aſſediſſe tribunali, atque ſcena oblectamenta ſectatum eſſe.* Quid obſtat, quo minus hinc colligamus, eum, ſcholasticis declamationibus Libanio duce ſatis exercitatum, ſæpius in foro verſatum fuiſſe, non ut ipſe cauſas ageret, ſed ut acturus olim antea videret & audiret, quæ in foro agerentur & quo modo, ne deinceps in forum veniens putaret, ſe in alium terrarum orbem delatum, ut Petronii verbis utamur. Ac ſicut ex poſterioribus verbis nemo ſtatuerit, eum comœdias aliquo tempore egiſſe: quibus eo conſilio crebrius interfuiſſe videtur, ut futurus orator fori diſceret convenientiſſimos geſtus, quod & de Cicerone legimus: ſic nec ex prioribus ſequitur, eum egiſſe cauſas in foro. *Aſſedit* ſcilicet comœdiis: *aſſedit* etiam tribunali: utrobique ſpectator ſolum & auditor. Neque loquendi ratio ferre videtur, ut, qui cauſis agendis operam ſuam locat, eum dicamus *aſſidere tribunali*. Certe modeſtior eſt hæc vox, quam pro turbulento clamoroſoq; , quod vocant Poetz, foro. Ac Socrates ipſe innuit, Chryſoſtomum in foro fuiſſe verſatum, licet nondum ageret cauſas. Scribit enim, eum ab hac vitæ ratione abſterritum eſſe, cum *viderit*, quam laborioſum & iniquum eſſet vitæ genus Advocatorum. Altera quæſtio eſt, quis fuerit Baſilius ille, quocum hiſ in libris Chryſoſtomus colloquitur. A Socrate intellectum fuiſſe Baſilium M. Cæſaræ Episcopum, Baronius & Valeſius, cum quæſiſſis Cl. Hugheſius ſcribit. Verum id quidem Socrates nequaquam dicit: tantam refert, eum cum Baſilio illo olim familiariter vixiſſe. Photius Baſilium Seleuciensem

ciensem Episcopum innuiputavit. Sed & hujus opinio Baronio pariter & Valesio infirma videtur, statuentibus, intelligi vel Basilium Episcopum Raphaneæ, vel Basilium Episcopum Bybli, quos æquales Chrysofomi fuisse, pateat ex subscriptione Concilii Constantinopolitani. Editor noster Celeb. Caveum secutus rem in medio relinquit. Nobis, Chrysofomum per aliquot paginas collocutorem suum sine mentione nominis describere, atque adeo ejus proferre nomen non audere, animadvertentibus in mentem venit conjectura, quam eruditorum examini permittimus. Nempe videtur nobis fictum hoc loco esse nomen Basilii, sub eoque occultatus Evagrius, Episcopus Antiochenus. Chrysofomus namque initio Libri primi refert, se suumque collocutorem eorumdem disciplinarum sacris initiatum fuisse, tum etiam iisdem præceptoribus operam dedisse, eandem nactus esse patriam, illum vero priorem amplexum esse vitam severiorem, cujus exemplum ipse deinde sit secutus. Eadem hæc de Evagrio testatur Socrates citato loco, qui & addit, Chrysofomum ab Evagrio Episcopo ordinatum fuisse presbyterum: id quod & pristinae amicitiae causa & grati animi instinctu fecisse merito videri potest Evagrius. Quo facit, quod, Socrate teste, libri hi a Chrysofomo adhuc Diacono conscripti sunt. Hieronymus quoque in Catal. script. eccles. cap. 125 & 129 testis est, eodem tempore Evagrium fuisse Antiochiæ Episcopum, & Joannem Chrysofomum ibidem Presbyterum. Cur autem nomine Evagrii abstinerit Chrysofomus, supposito alieno, facile reddi potest ratio. Nimirum decori observans noluit, Evagrio in os laudato, subire turpis assentationis affectatque hinc remunerationis suspicionem.

*DIATRIBA DE ANNO ET MENSE NATALI Jesu Christi; Autore PETRO ALLIX,
S. T. P.*

Londini, 1710, 8. Pl. 10.

Quantum sit inter Theologos ac Chronologos de Servatoris nostri natali dissensio, inter omnes constat, nec juvat

juvat eorum, qui de hoc argumento scripsere, longum pertexere catalogum, cum Cl. Allixius, cujus *Considerationes in V libros Moysi ad stabiliendam religionis Christiana veritatem* in his Actis A. 1688 p. 298 & A. 1689 p. 397 & 445, *Historiam antiquarum Pedemontii Ecclesiarum* A. 1691 p. 254, *Historiam Albigenensium* A. 1693 p. 169 & libros alios alibi recensuimus, unus esse instar omnium videatur. Illud unum prætermittere nolumus, Gennadium Massiliensem in libro *de scriptoribus Ecclesiasticis* cap. 58 meminisse Timothei cujusdam Episcopi, qui (fortasse primus) librum composuit de nativitate Domini secundum carnem, in eoque statuit, factam eam esse in Epiphania. Videamus jam, quid videatur Cl. Allixio. Is Cap. I notat ex Scriptura S. tres characteres chronologicos nativitatis Christi, (1) ætatem Joannis Baptista, (2) censum Augusti Imp. (3) infanticidium Herodis. Queritur autem, Theologos pariter & Chronologos partim neglexisse istos characteres, partim pervertisse, atque (en ipsius verba!) *ita hanc partem Evangelicæ historie confudisse & perturbasse, ut illam in meras tenebras conjecerint.* Hinc recenset varias de Christi anno ac mense natali sententias, erroneamque esse paucis docet eorum opinionem, qui Christum natum esse credunt d. 25 Decembris. Ubi recordamur, eundem errorem singulari libello, cujus mentionem A. 1709 p. 103 injecimus, a R. S. confutatum esse. Noster quoque Cap. II præfatus, jam a Scaligero solide demonstratum esse, quod hyeme Christus natus non sit, huic sententiæ his potissimum argumentis fidem adstruit, quod (1) non sit credibile, Quirinium media hyeme censum habuisse, ut multi ægri aut mulieres gravida cogerentur iter facere longum ad danda sua nomina: (2) mense Decembri ob frigus & pluvias non potuerint pastores noctu in agris agere cum pecoribus: (3) antiquissimi Christum verno tempore fuisse natum crediderint, Clemente Alex. teste: (4) vulgaris sententia de d. 25 Decemb. orta sit ex crasso illo errore, quo Zacharias pater Joannis Baptista fuisse creditur summus Pontifex. Sæ hinc sententiæ fundamenta præstructurus Cap. III probat, primo, non alium fuisse illum censum, sub quo Christus natus

est, ab eo, cujus historiam exhibet Josephus *Antiq. lib. XVII cap. 3*. Deinde, hunc censum factum fuisse vernis mensibus anni V. C. 749. Prius affirmat collatione Josephi cum Luca: utrumque enim tradere, eam fuisse totius gentis descriptionem eandemque primam. Posterius ex eo probat, quod hic census absolutus fuerit (id quod rursus variis contendit rationibus,) ante conventum Berytensem, medio Majo habitum in causa Alexandri atque Aristobuli, Herodis ex Mariamne filiorum, A. V. 749. Cap. IV agit de rebus Herode regnante in Judæa gestis ante censum a Quirinio actum, notatque errorem Norisii & Pagii, duos diversos conventus Berytenses confundentium. Cap. V obiter de Quirinio agit, Bucheriumque refutat, qui Taciti verbis male intellectis statuerat, Quirinium statim a consulatu suo missum ab Augusto fuisse in Ciliciam. Cap. VI suam de Christo verno tempore nato sententiam defendit Tertulliani testimonio, scribentis, censum illum actum esse Saturnino præside. Atqui certum est, inquit, Saturninum paulo post Berytensem conventum, verno tempore A. V. 749 habitum, Syria decessisse eamque provinciam successori reliquisse. Disjicit simul nebulas, ab aliis huic argumento offundi solitas. Cap. VII agit de Herodis infanticidio, ubi probat, Magos post diem 41, quo Christus secundum legem in templo oblatus est, venisse Hierosolymam: Augustumque Imp. dicentem, malle se porcum Herodis esse, quam filium, non respexisse ad cædem Antipatri, filii Herodis, sed ad cædem Alexandri & Aristobuli, ejusdem filiorum, quæ contigit decem mensibus ante mortem Antipatri. Cap. VIII Scaligeri & Bucherii opinionem de natali Joannis Baptistæ & Christi convellit, cum Lydiato statuens, Christum Aprili mense natum esse. Hac occasione explicat locum Lucæ I, 26, scribentis, mense sexto missum fuisse Gabrielem angelum ad Mariam. Nimirum errare putat interpretes, qui per sextum hunc mensem intelligunt illum, qui sextus fluxit a conceptione Joannis Baptistæ: statuitque, Lucam designare sextum anni Judaici mensem, qui dictus est Elul. Ex quo deducit, Christum fuisse mense Elul conceptum, atque adeo natum mense Nisan. Cap. IX versatur in eo, ut conciliet Lucam, cap. III, 23 narran-

tem,

tem, Christum, quo tempore baptizatus est, fuisse *ὄντι ἰσὺν* *τησανορτα*, cum ipso Luca, cap. III, 1 scribente, Joannem Baptistam ad predicandum missum esse anno XV imperii Tiberii, procuratore Pontio Pilato. Statuit Noster, illud *ὄντι* latius esse interpretandum, ut Christus eo tempore jam annos 32 aut 33 vivendo supergressus sit: atque ostendit, Scaligerum, Pagium, Norisium & Usserium, cum strictiore sensu istam particulam cepissent, in difficultates inextricabiles conjectos misere perturbasse chronologiam. Cap. X. Evangelicam historiam circa Christi annum & mensem natalem componit cum historia Herodis Magni: quo facto docet, gravissime errare, qui volunt, Magos non prius venisse Hierosolymam, quam Christus esset bimulus: itemque eos, qui statuunt, Magos venisse Bethlehemum ante Christi oblationem in templo factam: eos denique, qui docent, Josephum post oblationem illam statim revertisse Nazaretham. Postremos hosce in errorem inductos judicat per locum Lucae II, 25 & 39. Sed, inquit Noster, cum Lucas nihil de fuga in Ægyptum habeat, hinc patet, Luca m compendio se ad reditum ex Ægypto Nazaretham factum transivisse, cum ex Matthæo liquido constat, non Nazaretham in Ægyptum, sed Bethlehemum translatum fuisse Jesum. Hinc historię Herodis, initio hujus capituli in ordinem redactę, seriem sequens pronunciat, Christi nativitatem Aprili mense contigisse: oblationem Christi in templo factam esse, dum Hierosolymis abesset Herodes, scilicet quo tempore habitus est conventus Berytensis in causa filiorum Herodis post Quirinii discessum: rediisse Herodem Hierosolymam ab illo conventu, & in Magos incidisse: missos ab Herode Magos Bethlehemum, rediisse in patriam: Christum Bethlehemum translatum fuisse in Ægyptum: Herodem excidisse infantes Bethlehemi vicinorumque pagorum, eodemque tempore jussisse suos filios Alexandrum & Aristobulum necari, quod factum respexerit Augustus Imp. dicto supra memorato. Capitibus sequentibus ad finem usque defendit ac pugnat, vera scripsisse Josephum historicum de Herode Magno, adeoque ejus relationes nullo jure sollicitari a Chronologis. Primum igitur Cap. XI agit de

de Herodis illius anno natali, & cum Josephi Græcus textus habeat, Herodem a patre factum Galilææ ducem natum fuisse annos 16, id est, 15, Noster contendit, rescribendum esse 18, id est, 15, ut adeo Herodes natus sit A. V. 680, (typographi vitio hic p. 78 legitur 690) & mortuus A. V. 750 mense Martio propemodum septuagenarius. Deinde Cap. XII investigat annum fatalem Herodis, probatque, eum incidere in annum Jul. 42 sive A. V. 750 circa Pascha, multis refelleas Scaligerum, contendentem, Herodis mortem A. Jul. 44 accidisse. Qua in re cum assensus esset Scaligero Jungmannus suo in Dancielem commentario, huac quoque refutat Cap. XIII: cumque idem Jungmannus falsi accusasset Josephum in constituendo regni Herodis initio, Noster contra eum probat, omnino duplex esse initium regni Herodis, primum, quo A. V. 714 in Senatu Romæ Rex declaratus est: alterum, quo A. V. 717 Hierosolymam occupavit. Rursus Cap. XIV & XV Josephi suscipit patrocinium adversus Norisium, cujus sententiam circa secundum regni Herodis initium docte evertit. Cap. XVI eodemque ultimo Usserium ceterosque confutat, qui Herodis mortem alia anni tempestate contigisse voluit, quam que fuit designata a Josepho.

JO. ALBERTI FABRICII S. S. THEOL. D.
Et Prof. Publ. Bibliotheca Græca Lib. IV.

Hamburgi, sumtu Christ. Libezeit, 1708, 4.

Alphab. 3 pl. 20

Sistitur hic Pars prior Libri IV Operis elaboratissimi, quod inde ab aliquot annis Cl. & diligentissimo Auctori debere cepit literatus Orbis. Exponit illa de Scriptoribus, quorum ætas inter Christum Servatorem natum, & Constantinum M. interjecta est, non quidem omnibus, sed illis tantum, quos hæc pars capere poterat. Primum locum cap. I tuetur *Strabo*, quem præter rationem, & repugnantibus Codd. omnibus, *Stratonem* appellandum esse Franc. Patricius opinatus est. Patriam habuit in Abamæam, Cappadociæ urbem, Augustique & Ti-

& Tiberii in primis ætate floruit, multisque itineribus confectis, animus ad libros XVII *Geographiæ* scribendos cum laude convertit, qui tanto applausu sunt excepti, ut *Geographi* nomen Scriptori pepererint. Hujus operis exstat epitome repetitis vicibus, & ultimo loco cum opere ipso a Cl. Almelovenio edita. Hic enim post alios multos, quorum hic diligens fit mentio, novam curam ad Strabonem attulit, eumque ad fidem edit. Paris. emendatiorem tamen variis in locis, cum integris Casauboni aliorumque notis & animadversionibus ex veterum commentationibus selectis in lucem denuo produxit. Præter hæc scripsit & alia Strabo, quæ ætatem non tulerunt, a Cl. Autore vero cum *ἑμπερίους* ejus & Indice Scriptorum commemorantur. Nos hic monemus, in instructissima Bibliotheca Ampliiss. Senatus Lipsiensis existare Latinam versionem *Geographiæ* inde a lib. XI usque ad finem. Cap. II *Dionysium Periegetem* & alios *Geographos*, v. c. *Scylacem*, *Anonymum quendam*, *Isidorum Characenum*, *Scymnum Chium*, *Martianum Heracleotem*, *Agathemerem*, *Stephanum Byzantinum*, *Autorem expositionis totius Mundi*, a Gothofredo editum, cum cura recenset, ac denique Collectionem Geographicam Leonis Allatii, & simile Syntagma, quod paravit olim Lucas Holstenius, persequitur, adjecta *Geographorum* quorundam partim non editorum, partim deperditorum notitia. In notis, quibus passim eruditissimus Autor in alia digreditur, observes p. 38 excursionem de vestigiis tabularum Geographicarum in antiquitate, & p. 85 aliam de Notitiis Episcopatum veterum per varias regiones. Cap. III p. 88 *Dioscoridis* meminit, eumque *Pedanum* potius quam *Pedacium*, ut vulgo fit, appellandum esse, cum Lambecio affirmat, postea cognomines ejus recenset & diligenter distinguit, variisque editionibus, Interpretibus, interpolatoribus & MSS. Codd. laudatis, de *Aretæ* Cappadoce & *Raso* Ephesio commentatur. Cap. IV p. 104 sq. integrum destinatum est *Philoni Judæo*, quem Platonicum fuisse contra Jo. Jansium Cl. Autor strictim monet, quod singulari dissertatione idem olim fufius ostenderat. Postea subjicitur oculis recensio

de Herodis illius anno natali, & cum Josephi Græcus textus habeat, Herodem a patre factum Galilææ ducem natum fuisse annos 16, id est, 15, Noster contendit, rescribendum esse 28, id est, 25, ut adeo Herodes natus sit A. V. 680, (typographi vitio hic p. 78 legitur 690) & mortuus A. V. 750 mense Martio propemodum septuagenarius. Deinde Cap. XII investigat annum fatalem Herodis, probatque, eum incidere in annum Jul. 42 sive A. V. 750 circa Pascha, multis refellens Scaligerum, contendentem, Herodis mortem A. Jul. 44 accidisse. Qua in re cum assensus esset Scaligero Jungmannus suo in Daniele commentario, hunc quoque refutat Cap. XIII: cumque idem Jungmannus falsi accusasset Josephum in constituendo regni Herodis initio, Noster contra eum probat, omnino duplex esse initium regni Herodis, primum, quo A. V. 714 in Senatu Romæ Rex declaratus est: alterum, quo A. V. 717 Hierosolymam occupavit. Rursus Cap. XIV & XV Josephi suscipit patrocinium adversus Norisium, cujus sententiam circa secundum regni Herodis initium docte evertit. Cap. XVI eodemque ultimo Usserium ceterosque confutat, qui Herodis mortem alia anni tempestate contigisse volunt, quam quæ fuit designata a Josepho.

JO. ALBERTI FABRICII S. S. THEOL. D.
ES Prof. Publ. Bibliotheca Græca Lib. IV.

Hamburgi, sumtu Christ. Libzeit, 1708, 4.

Alphab. 3 pl. 20

Sistitur hic Pars prior Libri IV Operis elaboratissimi, quod inde ab aliquot annis Cl. & diligentissimo Auctori debere cepit literatus Orbis. Exponit illa de Scriptoribus, quorum ætas inter Christum Servatorem natum, & Constantinum M. interjecta est, non quidem omnibus, sed illis tantum, quos hæc pars capere poterat. Primum locum cap. I tuctur *Strabo*, quem præter rationem, & repugnantibus Codd. omnibus, *Stratonem* appellandum esse Franc. Patricius opinatus est. Patriam habuit is Abameam, Cappadociæ urbem, Augustique & Ti-

& Tiberii in primis ætate floruit, multisque itineribus confectis, animum ad libros XVII *Geographia* scribendos cum laude convertit, qui tanto applausu sunt excepti, ut *Geographi* nomen Scriptori pepererint. Hujus operis exstat epitome repetitis vicibus, & ultimo loco cum opere ipso a Cl. Almelovenio edita. Hic enim post alios multos, quorum hic diligens fit mentio, novam curam ad Strabonem attulit, cumque ad fidem edit. Paris. emendatiorem tamen variis in locis, cum integris Casauboni aliorumque notis & animadversionibus ex variorum commentationibus selectis in lucem denuo produxit. Præter hæc scripsit & alia Strabo, quæ ætatem non tulerunt, a Cl. Autore vero cum *ἰμωυμωυς* ejus & Indice Scriptorum commemorantur. Nos hic monemus, in instructissima Bibliotheca Ampliiss. Senatus Lipsiensis exstare Latinam versionem *Geographiæ* inde a lib. XI usque ad finem *Strabonis*. Cap. II *Dionysium Periegetem* & alios *Geographos*, v. c. *Scylacem*, *Anonymum quendam*, *Isidorum Characenum*, *Scymnum Chium*, *Martianum Heracleotem*, *Agathemerem*, *Stephanum Byzantinum*, *Autorem expositionis totius Mundi*, a Gothofredo editum, cum cura recenset, ac denique Collectionem Geographicam Leonis Allatii, & simile Syntagma, quod paravit olim Lucas Holstenius, persequitur, adjecta *Geographorum* quorundam partim non editorum, partim deperditorum notitia. In notis, quibus passim eruditissimus Autor in alia digreditur, observes p. 38 excursionem de vestigiis tabularum Geographicarum in antiquitate, & p. 85 aliam de Notitiis Episcopatum veterum per varias regiones. Cap. III p. 88 *Dioscoridis* meminit, cumque *Pedanium* potius quam *Pedacium*, ut vulgo fit, appellandum esse, cum Lambecio affirmat, postea cognomines ejus recenset & diligenter distinguit, variisque editionibus, Interpretibus, interpolatoribus & MSS. Codd. laudatis, de *Aretæo* Cappadoce & *Rafo* Ephesio commentatur. Cap. IV p. 104 sq. integrum destinatum est *Philoni Judæo*, quem Platonicum fuisse contra Jo. Jansium Cl. Autor strictim monet, quod singulari dissertatione idem olim fusius ostenderat. Postea subjicitur oculis recensio

omnium scriptorum Philonis, quorum novam editionem, a Cotelerio jam pridem exoptatam, parare dicitur Cl. *Ericus Benzelius*, Bibliothecæ Upsaliensi præfectus. Occasione ipsorum scriptorum Philonis varia moentur, v. c. quid de Therapevtis statuendum sit, quos Judæos fuisse statuit Autor p. 11; Philones alii p. 118 sq. ordine recensentur. Hinc transitus fit ad eap. V, quod de sacris Novi Instrumenti Scriptoribus tradit, atq; adeo exposita, ex mente Millii potissimum, Tabula librorum N. T. Chronologica, de singulis & Evangeliiis & Epistolis, earumque Scriptoribus ea commemorat, quæ maximam partem aliorum industriam effugerunt. Hinc §. XIV scripta Apocrypha Servatoris, Mariæ & Apostolorum nominibus perperam notata ex Codice Apocrypho N. T. aliquot abhinc annis a Cl. Autore edito breviter repetuntur & observationibus illustrantur. Adjunguntur his Epistolæ Barnabæ & Clementis cum editionibus earum & versionibus variis, proximeque recensentur Scriptores varii, qui de Canone N. T. disputarunt. Excipit hæc §. 16 recensio MSS. præcipuorum, §. 17 editionum potiorum, §. 18 versionum diversarum, §. 19 commentariorum, qui vel a veteribus vel a recentioribus nunc in Codicem N. T. nunc in aliquot ejus libros prodierunt. Harmoniarum Evangelicarum Scriptores utriusque ætatis §. 20 sibi recensendos sumit, quibus jungi possunt ea, quæ Cl. Serpilius nuper de eodem argumento vernacula lingua commentatus est. Tandem §. 21 distinctio librorum N. T. in capita & versiculos, & §. 22 stylus N. T. & lingua Hallenistica sub examen vocatur, recensitis Scriptoribus, quorum diligentia in utroque argumento elaboravit. Cap. VI ad Flavium Josephum defertur, cujus & vita & scripta representantur, ex quibus adhuc præter ceteros supersunt Libri 7 de Bello Judaico & Antiquit. Judaic. Libri XX. Hac occasione §. 4 fides Josephi contra asstimatores parum æquos strictim vindicatur, neque tamen negatur, passim occurrere talia, quæ & minus veri sint similia, & historię quoque Sacræ contradicant. Hinc de testimonio Josephi, quod de Christo tulit, ea in compendium mittit Auctor, quæ hucdum ab eruditis disputata fuere; his

nunc

nunc addi possunt, quæ B. Ittigius noster in Selectis Capp. H. E. Sec. I erudite in hanc rem commentatus est. Post recensionem libb. 2 de antiquitate gentis Judaicæ & sermonis in laudem 7 Maccabæorum, §. 8 scripta deperdita enarrantur, & tum accessus sit ad editt. partim Græc. partim Lat. partim Græco-Lat. tum versiones, quæ in vernaculis linguis existant, & promissas editt. enumerandas. Cumque Josephus hic cum Josepho Pseudo-Gorionide confundi soleat, quamvis ipse Josephus noster se a filio Gorionis lib. V c. 1 de B. Jud. diserte distingvat, illius mentio §. 15 injicitur, quibus omnibus tandem subjicitur series aliorum Josephorum & catalogus Scriptorum deperditorum, qui res Judaicas literis mundarunt, ac denique Index Scriptorum a Josepho allegatorum. Cap. VII Epicteti vitam & scripta illustrat. Hunc Christianum fuisse negat Cl. Autor, in quam sententiam disputavit erudite Cl. Michael Rossal in commentatione singulari de Christianismo Epicteti, quæ Groningæ lucem vidit postea, quam hæc a Nostro scriberentur. Enchiridion Epicteti ab Arriano ex ejus dogmatibus collectum fuisse, testatur Simplicius: illius ut variz existant editt. & versiones, ita cum cura hic recensentur, quibus addere poteris, quæ superiore anno Cl. Relandi cura Ultrajecti lucem vidit in 4, cum nova vers. M. Meibomii, hujusque & Salmasii notis antea non editis. Exstant etiam editiones Enchiridii cum Paraphrasi Græca Christiani Scriptoris, quem Noster p. 265 Ascetam V a Christo nato seculi fuisse suspicatur. Cl. Relandus p. 7 præfat. ad edit. modo laudatam testatur, se in Nic. Heinsii ad M. Meibomium epistola MS. legisse, Emericum Bigotium ex vetustis Codd. hujus παραφρασεως animadvertisse, quod illa rectissime Nito tribuatur. Ultimo loco recensentur dicta quædam Epicteti, quæ nec in Enchiridio, nec in Arriani dissertatt. Epicteteis leguntur. Cap. VIII Flavium Arrianum Epicteto jungit, statimque in notis commemorat alios ὁμωνύμης, ac deinde libros ejus singulos cum variis iisque eruditis observationibus interspersis recenset, ac speciatim de dissertatt. Epicteteis observat, eos libros, qui hodie supersint, esse quatuor priores ex

octo illis, quos Arrianus conscripfit. Utinam vero prædaret aliquando in lucem illa, quam Cl. Autor a se recognitam editionem sperare olim iussit. Cap. IX Scriptoribus Proverbiorum enumerandis impenditur, ubi §. 1 existat catalogus Scriptorum deperditorum, §. 2 Plutarchi, §. 3 Zenobii, §. 4 Diogeniani, §. 5 Appendicis Vaticanæ, §. 6 editionis Aldinæ, §. 7 Hesychii, §. 8 Suidæ, §. 9 Michaelis Apostolii, §. 10 Gregorii Cyprii & Hermodori Rhegii Proverbia commemorantur, quibus succedit Index Scriptorum a Paræmiographis istis laudatorum. Claudit hoc caput recensio Scriptorum recentiorum, qui Proverbia collegerunt. Cap. X sibi vendicat *Dionem Chrysostrum & Dionem Cassum*, Scriptorem utrumque nobilissimum: prioris orationes & dissertationes nominatim recensitæ observationibus quibusdam illustrantur; posterioris vero opus historicum una cum epitome *Jo. Xiphilini*, excerptisque *Theodossi*, & variis editionibus recensetur, obiterque de vita Alexandri Severi, quæ a Th. Elioto tanquam ex Græco Anglice conversa prodiit, agitur. Cap. XI de Plutarcho ita exponit, ut post Lamprizæ de ejus scriptis libellum integrum, vitæ ejus parallelæ, scripta Moralia omnia, deperdita item & editiones variæ, tum *ὁμολογῆσαι* quidam ac denique Index Scriptorum a Plutarcho allegatorum conspiciantur. Cap. XII *Appianum Alexandrinum* sistit, nec contemnenda de nova Appiani editione consilia suppeditat. Cap. XIII *Phlegonem, Artemidorum, Astrampsyichum, Achmetem*, Scriptoresque de somniis alios confidetat, & post Phlegontis scripta testimonium ejus, quod de eclipsi, perpeffionem Servatoris nostri comitata, tulit, strictim commemorat. Cap. XIV *Claudii Ptolemai* rationem habet, & partem priorum libelli ejus *de apparentiis fixarum stellarum*, quem *Frid. Bonaventura* olim Lat. cum notis edidit, Græce exhibet, qualem Summe Rev. *Jo. Frid. Wincklerus*, nunc Pastor ad D. Nicolai Hamburg. ex Saviliano Codice descripserat. Pars posterior propterea omissa est, quod illa in Petavii Uranologia extet, quæ cum a MS. Saviliano passim dissentiat, variantes lectiones cum cura annotatæ inveniuntur. In capite extremo de

de aliis Ptolemæis ac præterea de sphaeris globisque coelestibus veterum differitur. Cap. XV in *Pausania & Polyeni* scripta inquirunt. Cap. XVI eandem operam præstat *Luciano* Samofatenfi, exposita primum per notas vita ejus, quam Bourdelotio debemus, deinde vero commemoratis variis editt. cum *ἑκατόμωις* decem. In calce aperitur occasio erroris, a quo sibi non caverunt, qui Philostrati libros de Vita Apollonii Luciano tribuendos censuerunt. Hæc ex eo repetitur, quod in Antiquis editt. Græcis quædam Philostrati scripta Luciano subjiciuntur. Cap. XVII Claudii Galeni vitam & scripta persequitur, atque adeo primo loco exhibet Elogium ejus Chronologicum a Phil. Labbeo olim Paris. 1660 editum, deinde scripta singula ordine non sine interjectis observationibus proponuntur, variis operum ejus editt. inter se comparatis, tum vero mentio fit deperditorum ejus Scriptorum, editionum diversarum, ac tandem Scriptorum, qui a Galeno allegantur. Cap. XVIII *Sextum Empiricum* in scenam producit, & præter *Pyrhonas Hypotyposes* ac libros contra *Mathemat.* scripta deperdita cum catalogo Scriptorum ab eo allegatorum exhibet. Idem olim plura Cl. Auctori debet, ubi in lucem prodierit nova, quam molitur, Operum ejus editio. Cap. XIX *Dio- genii Laertii* sacrum est, de cujus ætate & patria, librisque & eorum editt. censuris item eruditorum ad stylum ejus pertinentibus &c. differitur, Indice Scriptorum, quorum ipse meminit, in calcem capituli rejecto. Cap. XX *Oppianum* atque *Athenæum* conjungit, & utriusque scripta eadem cura, qua ceterorum, recenset, Indicemque Auctorum, ab Athenæo laudatorum, bene longum annectit. Cap. XXI agmen claudit *Claudius Elianus*, cujus *ἑκατόμωις* in limine notarum recensentur: tum sequuntur scripta ordine, inter quæ cum a nonnullis *Taxiaca* numerari soleant, Cl. Autor cum *Tillemontio & Perizonio* ea alii, iique integro fere Seculo antiquiori, Scriptori vindicanda censuit.

OBSERVATIONES SELECTÆ IN VARIA LOCA

Novi Test. cum Tabulis æneis & præmissa Præfatione.

JO. ALB. FABRICII, SS. Theol. D. & Prof.

Hamburgi, sumtu Christ. Liebezeit, 1712, 8.

Alphab. 2 Pl. 12.

Laudem, quam sensim sibi vindicant Viri de re literaria bene merentes, ut vel propriis scriptis, vel alienis in lucem proferendis illam amplificare conentur, utramque Cl. Editor in se transfert, qui iterum iterumque præter commentationes, ingenio & industria partas, scripta aliorum lectu digna ad prelum revocat. Cuius generis novum exemplum hæc Observatt. Selectarum in N. T. collectio exhibet, quæ præter *Laur. Ramirefii de Prado Pentecontarchum, Notas Alexandri Mori in Novum Fœdus & Petri Possini Spicilegium Evangelicum* comprehendit, quorum scriptorum exempla adeo rara erant & minus obvia, ut pauci nossent, pauciores legendi copiam, quam doctiores maxime desiderabant, nanciscerentur. De singulis his quædam præfatur Cl. Editor, ac de *Ramirefio* quidem, cujus typhum cum Gatakerò improbat, ea repetit, quæ Nicolaus Antonius Tomo II Bibl. Hisp. Novæ p. 7 diligenter de vita & scriptis ejus ad posteritatem retulit. *Alexander Morus* in Castro Occitaniz oppido A. 1616 patre Scoto natus, & Genevæ, Middelburgi, Amstelodami & Parisiis variis muneribus cum laude defunctus, obiit 1670, 28 Sept. in cujus vita recensenda multus est Pet. Bælius in Dictionario Historico & Critico. Hujus notæ & breves ut plurimum sunt, & selectæ, nec minus eruditæ, potissimum vero variis fragmentis, quæ ex ineditis & in Bibl. Medicæ obviis Græcis Scriptoribus subinde delibavit, jam pridem commendatæ. *Petrus Possinus*, Ignatiani Ordinis quondam socius, Narbonensis patria, A. 1686 2 Febr. æt. 77 catarrho extinctus, variis scriptis a Nathan. Sotvello recensitis, nominis famam sibi comparavit. Hic Spicilegium notarum in quatuor Evangelia olim Catenæ Græcorum Patrum in Marcum subjunxerat, idq; non præter rationem Cl. Editori dignum visum est, quod ex libro rariori quasi in publicum reduceretur. Tabulæ æneæ ad Pentecontarchum Ramirefii illustrandum pertinent, quibus ipse Autor lucem illi affundere conatus erat: & hujus liber lucem primum videt Antw. A. 1612, 4. Mori vero notæ Parisiis 1668, 8 prodierant.

Ultimo

Vltimo loco Cl. Editori & otium liberale & vires idoneas apprecamur, quibus instructus ea in lucem proferre possit, quæ ipse ad illustrandum Novum Fœdus in promptu habet, & quorum spem in limine Præfationis Lectori fecit.

PROBLEMATIS A PRÆSTANTISSIMO

Geometra Anglo Matheſeos practica studioſis propoſiti

ſolutio duplex. Aut. F. D. C.

ABB. VALL.

Quæ scitu facilia videntur, non ideo despicienda, imo quadam notatione digna censenda sunt, quoties aliquid, quantumcumque sit, aut ad ingenii exercitationem aut ad utilitatem conferre queunt. Cujus generis est subsequens Longimetriae problema.

Metiri altitudinem profundi ac precipitis loci, dato ſolum temporis intervallo, quod inter inchoatum alicujus graviffimi ponderis lapſum & auditum obicis in fundo ab iſto pondere percuſſi ſonum ſedulo obſervetur.

Ad ſolutionem maxime generalem, qua involvitur hæc quam dico *primam* (denominatis, tam ſecundorum horariorum, quæ temporis obſervati intervallo continentur, multitudine, t ; quam certo, cujus ope ſpatia a gravibus cadentibus & a ſonis transmiſſis pari tempore decurſa conferri inter ſe poſſunt, numero, n ; tum etiam multiplicanda per 15 pedes vel per $\frac{5}{2}$ hexapedas altitudinis quaſitæ meſura, x) invenio, nulla reſiſtentis aeris habita ratione, $x = \frac{1}{2}n + nt - \frac{1}{2}nt^2 (m + 4nt)$ (*A*) ubi, quod ad uſum attinet, in locum litteræ n ſubſtituendus eſt numerus 72, quemadmodum mox oſtendam ſuppoſito de ſonorum propagatione experimento, ex quo ſonum uno minuto ſecundo per ſpatium hexapedarum 180, ſeu pedum Gallicorum 1080, transferri ſat præciſe compertum eſt: Quo eodem minuto ſecundo pondus per aerem decidens (cujus aeris omne removèatur impedimentum) pedes conficeret quindecim accelerato motu; cum quo deſcenderet per ſpatium triplum minutis ſecundis duobus, per quintuplum.

tuplum minutis secundis tribus, & sic deinceps servata numerorum imparium serie ex hypothesi Galileana, cui eo magis experimenta consentiunt, quo major datur ponderis cadentis gravitas. Interea dum sonus editus, sic motu per aërem æquabili progredetur, ut spatium perageret duplum tempore duplo, triplum tempore triplo, atque ita deinceps secundum seriem numerorum naturalium, hoc est, radicum ex omnibus quadratis per continuam horum imparium additionem genitis. Adeo ut si conferantur inter se spatia, quæ temporibus æqualibus per medium liberum a pondere verticaliter delapso & a sono recta propagato transmitterentur, liquido appareat 1^o post certum tempus certo spatio (1) aut per pedes aut per hexapedas mensa quod gravia deorsum percurrerent, aliud respondere spatium (n) ex iisdem constans mensuris, quod soni quoquo versus trajicerent; 2^{do} post duplum tempus aucto gravium spatio $1+3=4$ (quadrato ex 2) respondere auctum quoq; sonorum spatium $n+n=2n$ (multiplex ipsius 2) 3^o post triplum tempus aucto adhuc gravium spatio $1+3+5=9$ (quadrato ex 3) respondere auctum etiam adhuc sonorum spatium $n+n+n=3n$ (multiplex ipsius 3) & sic consequenter; hoc est in genere post tempus quodcumque. \sqrt{x} secundum Galilæi hypothesin, omni gravium spatio x (quadrato ex \sqrt{x}) respondere certum sonorum spatium $n\sqrt{x}$ (multiplex ipsius \sqrt{x}).

Quibus perspectis, & quoniam motus sonum deferens æquabilis est proindeque spatiorum, quæ decurrit, & temporum, quibus durat, eadem habetur ratio; necessarie concluditur hæc analogia: Sicut a sono emensum tempore \sqrt{x} spatium $n\sqrt{x}$ est ad peractum tempore quæsito spatium x , ita idem tempus \sqrt{x} est ad illud tempus quæsitum nempe $x:n$. Hoc itaque tempore $x:n$ (soni a pondere lapso producti atq; ex profundo auditi) & tempore \sqrt{x} (ponderis altitudine cognoscenda libere cadentis) in unam summam collectis fit, per propositum problema, $x:n + \sqrt{x} = t$; & inde per notas Algebræ regulas prodit æquatio 2^{di} gradus $x^2 - \frac{nn}{n} \left. \begin{array}{l} - \\ - \end{array} \right\} x + nnt = 0$ unde extractam

tractam radicem x supra exhibuimus nota (A) insignitam, ut facilius discernatur. Quæ quidem radix ambarum minor hic assumitur; quandoquidem pondere descendente, & sono subinde ascendente per idem spatium verticale x , tempus solius descensus \sqrt{x} tempore tam ejusdem descensus anterioris quam ascensus posterioris conjunctim & brevius necessario est.

En autem quo modo quantitati indeterminatæ n (generali expressione designatæ, quatenus refertur ad omne de motu soni experimentum, quod accuratius fieri unquam possit) subrogandus invenitur numerus, quem recentiores observationes, Robervallianis, Merfennianis ac Newtonianis ob adhibitam in explorando subtilitatem præferendæ, admittant. Sonum, uti jam diximus, progredi ad distantiam hexapedarum $90=540$ ped. Parisin. tempore semisrupuli secundi; hexapedarum $180=1080$ ped. tempore unius scrupuli secundi; hexapedarum $360=2160$ ped. tempore duorum scrupulorum secundorum; & ita semper velocitate æquabili, nuper experientia docuit. Dividantur autem numeri $90, 180, 360, \&c.$ per $\frac{1}{2}$ ex una parte, & ex altera numeri $540, 1080, 2160, \&c.$ per 15 : prodibunt iidem pariter quotientes $72\sqrt{\frac{1}{2}}, 72\sqrt{1}, 72\sqrt{2}$ &c. id est in genere $72\sqrt{x}=n\sqrt{x}$: Ergo secundum posteriora ipsaque certiora experimenta datur $n=72$. Hinc per formulam (A) superius expositam facta substitutione 72 in locum literæ n obtinetur quantitas $x=1296+36(36+2x)-432\sqrt{(36+2x)}$ (B) æquivalens numero 144 ducto in $18+\frac{2x}{4}-3\sqrt{(36+2x)}$, quæ multiplicanda est ad libi-

tum aut per 15 (numerum pedum Parisinorum) aut per $\frac{1}{2}$ (numerum hexapedarum Gallicarum.) Et hæc est specifica problematis propositi solutio prima, secluso nempe medii aërii renixu, positaq; Galilei de descensu gravium theoria. Specificam porro dicimus; quia si diligentiori adhuc exploratione velocitas transmissi per aërem soni investigaretur, & aliquid postremis observationibus corrigendum deprehenderetur; tunc mutata spatii quantitate mutandus quoque

foret numerus n . Statuatur, exempli causa, hujusce spatii mensura non quidem 90 sed vel 100 vel 80 hexapedarum esse tempore dimidii minuti secundi; jam n fieret vel 80 vel 64 loco numeri 72: Divisus quippe 100 vel 200 vel 400, & 80 vel 160 vel 320 per $\frac{1}{2}$, prodeunt quotientes $80\sqrt{\frac{1}{2}}$ vel $80\sqrt{1}$ vel $40\sqrt{4}$, & $64\sqrt{\frac{1}{2}}$ vel $64\sqrt{1}$ vel $64\sqrt{4}$, ubi $\sqrt{\frac{1}{2}}$, sicut $\sqrt{1}$, $\sqrt{4}$, &c. est numerus temporis ad secunda horaria revocati. Idem de similibus intellige. At stantes observatis, quorum proprium esse $n=72$ ostendimus; præcedentem solutionem, per quam loci profundi altitudo ex temporibus ab inito gravissimi ponderis lapsu usque ad auditum soli percussi sonum observatis innotescit, aliquot illustremus exemplis.

I. Diligentissime facta & attentissime iterata temporis observatione, ex quo grave manu dimissum impetuque naturali præceps imo præcipitio impactum est, & sonus percussione editus aures observatoris perculit; numerate supponuntur, exempli causa, viginti duæ penduli novem pollicibus cum duabus lineis longi vibrationes, quarum singula unum semisecundum horarium metitur. Ergo $28=2t$; quo casu $\sqrt{36+2t}$ fit $\sqrt{64}=8$. Hic numerus 8 ejusque quadratus 64 substituti in valore quantitatis x supra invento (B) præstant $x=1296+2304-3456=3600-3456=144$; cujus producto per 15 dante 2160 pedes, sive producto per $\frac{1}{2}$ efficiente 360 hexapedas, habetur mensura quæsitæ altitudinis ex qua pondus (sic grave ut resistentis aeris impedimentum negligi in calculo sine notabili errore queat) primum descendisset tempore secundorum $\sqrt{x}=12$; & ad quam deinde percussionis sonus tempore secundorum $x:n=\frac{144}{72}=2$ ascendisset. Manifeste enim $x:n+\sqrt{x}=2+12=14$ est semissis t numeri semisecundorum observatorum $28=2t$. Quod problematis propositi beneficio erat inveniendum.

Qui autem simili observatione scrupula penduli oscillantis semisecunda numerasset duntaxat $17=2t$, quæsitam præcipitis loci altitudinem esse tantummodo hexapedarum 90 sive pedum 540 invenisset per æquivalentem ejusdem formulæ

mulæ (B) expressionem. Etenim tunc darentur $V(36+2t) =$
 $V49=7$ & $x =$ numero 144 ducto in $18 + \frac{13}{4} = 3V49 = 144 \frac{3}{4}$
 $= 36$. Vnde consequitur fieri $36 \frac{1}{2} = 90$ hexap. & $36.15 = 540$
 ped. nec non $\frac{x}{72} = \frac{36}{2} = \frac{1}{2}$ & $x = V36 = 6$. & $t = \frac{1}{2} + 6 = \frac{13}{2}$.

Generaliter sumto $t = 12A + 12AA$ secund. horar. fierent $V(36+2t) = 6 + 2A$ & $x = 144AA$; hinc facta per $\frac{1}{2}$ multiplicatione perpendiculararem præcipitii depressionem adæquare 360AA hexapedas, quæ a pondere in imum delapso intra secundorum numerum $Vx = 12A$ & a sono collisus audito intra parium scrupulorum numerum $x.72 = 2AA$ peragrarentur, observator certo concluderet.

II. Dum jussu Regis Christianissimi, anno 1674, D. Picard Regiæ scientiarum Academiæ socius & in Observatorio Regio Astronomus, subtilissimis ope instrumenti, quod *Libellam* vocant, observationibus vacabat; inter alia quæ ad susceptam operam utilia ipsi videbantur, accuratiore opus habuit mensura altitudinis turrium, quæ Parisiis in atrio Templi B. V. Mariæ, vulgo Notre-Dame, ad utrumque portæ latus constructæ sunt. Ambarum itaque illam quæ Meridiem spectat, a pavimento ad superum usque loricæ muro impostæ limbum summa cura dimensus, altam esse 34 hexapedes sive 204 pedes Parisinos præcise deprehendit. Tanta erat, qua solebat uti in observando diligentia, ut isti mensuræ, quam statuit, stare tuto possumus. Experiamur jam quid hic prima nostra solutio problematis a Doctissimo Geometra Anglo excoGITATI præstare queat.

Constat apud Mechanicos mobile, cujus perpendiculariter cadentis urgente pondere sic superaretur resistantis æris impedimentum, ut sensu percipi non posset, ex altitudine pedum 204 descendere sensibili tempore in subduplicata ratione numeri $\frac{204}{15}$, id est, intervallo secundorum horariorum

$V13 \frac{1}{3}$, notum est etiam, æquabilem soni motum qui secundum certiore experientiam pedes 180 intra sextam partem scrupuli

puli secundi horarii, proindeque 24 pedes intra $\frac{1}{45}$ ejusdem

scrupuli particulam, percurreret, debere consequenter intra unius secundi partes $\frac{1}{90} = \frac{1}{6} + \frac{1}{45}$ spatium pedum $204 = 180 + 24$ conficere. Si quis ergo constitutus in suprema parte turris, quæ Lutetiæ ad latus meridionale Ædis B. V. Mariæ ædificata est, e sublimiore fulcri circum erecti limbo globum plumbeum, molis ad aerem quam libere permeandum aptæ, dimitteret perpendiculari in subjectum atrii pavementum lapsu; is attentam aurem præbens, editum hujus globi hujusque pavimenti collisu sonum post breve tempus audiret. At ex datis paucum illud tempus minuta secunda adæquaret plura quidem quam $3\frac{1}{2}$, pauciora vero quam 4, præcise autem $\frac{1}{6} + 7\frac{1}{5}$. Hujus potro numeri duplus $\frac{1}{3} + 27\frac{1}{5}$ scribatur pro $2t$ in formula superius denotata (B) emanabunt inde $1^\circ. 36(36+2t) = 1296 + \frac{68}{5} + 727\frac{1}{5}$, $2^\circ. 7(36+2t) = 7(36 + \frac{1}{4} + 27\frac{1}{5}) = 6 + \frac{1}{8}7\frac{1}{5}$, tandemque $x = 1296 + 1296 + \frac{68}{5} + 727\frac{1}{5} - 2592 - 727\frac{1}{5} = \frac{68}{5}$. Atqui 15 pedes in $\frac{68}{5}$ ducti faciunt 204; pro mensura altitudinis proposita tali

omnino, qualem dimensa ipsa turre fuisse repertam, ex Tractatus D. Picard de Libellæ usu (*du Nivellement*) pagina 148 discimus. Recte igitur se habet calculus noster primæ solutionis; sed accurata veri temporis observatio remotis mediis impedimentis cardo est præcipuus, circa quem difficultas Problematis, sicut mox ostendam, versatur.

III. Vltimum esto nobis hujusce generis exemplum una ex observationibus de gravium descensu & completa velocitate, quas D. Mariotte e Regia scientiarum Academia sagax & expers Physicus, adscitis peritissimis adjutoribus, summa sedulitate a se factas, suo de percussione (*De la percussion ou choc des Corps*) scripto mandavit. Legantur, si placet, ipsius rem singulatim enarrantis verba a pagina 407 usque ad 410 editionis tertie Ann. 1684 Parisiis: Qua in narratione ea potissimum attendantur, quæ ad nostrum exemplum attinent; nempe 1° . quod illa experimenta facta fuerint intra cavum

RU-

nucleum scalarum, quæ, cochleæ in modum, ad descendendum in subterranea Observatorii regii loca structæ sunt: Ita ut per mediam hujus nuclei vacui cavitatem, directo & adequate respondentem tot circularibus tripedalis diametri aperturis, quot insunt huic ædificio contabulationes, globi plumbei demittebantur perpendiculari lapsu cistrato toti structuræ superimposito, in subjectam tabulam ligneam, quæ ab ipsis Observatoribus situ horizontali posita dimidio pede ab imo solo distabat: 2° . Quod inter fundum ejusmodi putealis cavi & pavementum aræ in summo ædificio constructæ, distantia erat pedum Parisinorum $163\frac{1}{2}$ accurate dimensa; a tabula autem lignea horizonti parallela usque ad Observatorii globos deorsum dimittentis manum tripedali intervallo supra illud pavementum elatam & circumdatam in eo aperturæ imminuentem, intermedia dabatur eorundem pedum præcise $166\frac{1}{2}$ altitudo: 3° . Quod is, qui præcipuam experientie operam dabat, tum spherulam penduli per semiseconda horaria oscillationes suas absolventis, tum globum plumbeum casu suo tabulæ infra positæ illidendum eadem manu tenebat; hunc pollice ac digito medio, illam pollice ac digito indice premens: Tunc intentis astantium adiutorum oculis attentisque auribus, subito dilatans manum spheram utramque proprio ponderi simul permittebat. Altera libera in præceps agebatur; altera suspensa in latus agitabatur; Nec mora, numerabantur oscillationes donec sonus a tabula ictu globi incidentis concussa productus audiebatur: Denique quod repetita sæpenumero experientia, ope globorum plumbeorum diametro duntaxat semipollicari; nunc plura nunc, pauciora semisecondorum intervalla numerata sunt, sic nimirum præter propter computata ut temporis inter casum globi inchoatum & sonum tabulæ auditam consumpti quantitatem Observatores æstimaverint semisecondorum $7\frac{1}{2}$, hoc est, secundorum integrorum $3\frac{1}{2}$.

Porro in observatione toties & tam attente habita illud inevitabile *plus minusve* argumento est præcisum, quod quærebatur, tempus a septem semisecondis differre quadam semisecondi particula, quæ nec oculis in pendulum vibratum defi-

xis nec auribus ad ictum globi audiendum arrectis certo observari poterat, ad solam proinde æstimationem revocanda. Quare quum verissimum sit, quod in eodem Tractatu de percussione (pag. 415) D. Mariotte sæpe rem expertus monet, nempe in his experimentis nihil difficilius esse quam tempus accurate observare, quia in errorem octavæ aut decimæ partis minuti secundi pene impossibile est non deferri; haud dubitemus quin hic error, a quo diligentia vel maxima cavere nequit, paulum ultra octantem minuti secundi quandoque evadat, dum tempus experientiæ per semisecundorum intervalla vibrationibus penduli sat promptis designata observatur: Faciamusque ideo $21 = 6\frac{3}{5}$ semisecundis, id est, æquale duplo secundorum $3\frac{3}{5} = \frac{18}{5}$, qui numerus (ob mediocrem assumpti ab Observatoribus ponderis gravitatem impedimentum aeris trajiciendi non satis prompte removens) hic ponitur paulo minor quam medius ille $3\frac{3}{5}$ ex Observatorum æstimatione collectus. Hinc habemus $\sqrt{(36+21)} = \sqrt{42\frac{3}{5}}$ quod est quam proxime $6\frac{3}{5}\frac{20}{20}$, cujus productum per 432 nempe $2831\frac{1}{2}$, simulque productum 1547 factum multiplicatione ipsius $42\frac{3}{5}$ per 36 præstant ope formulæ supra designatæ (B) numerum $x = 1296 + 1547 - 2831 - \frac{20}{5} = 11\frac{2}{5}$ qui ductus in 15 pedes producit pedum numerum $166\frac{1}{2}$ pro altitudinis de qua agitur mensura præcise tali qualem in Observatorio regio ipse D. Moriotte ad faciendâ sua de descensu & completa celeritate gravium experimenta accuratissime mensus est. Quod autem motum soni a tabula ictu globi tremefacta editi spectat, ex eadem solutione concludimus, tempus ejus fuisse $x:72 = \frac{11\frac{2}{5}}{720} = \frac{1}{80}$ minuti secundi sicut convenit. De differentia vero $\frac{1}{80}$, qua temporis in experimento consumti æstimatio una alteram excedit, judicandum videtur, veluti jam innuimus, ipsam ex eo præsertim oriri, quod obstaculum medii aërii cadentia gravia minus ponderosa magis retardantis negligitur totum in calculo, at in experientia nullum non fuit durationemque paululum produxit.

SCHO-

SCHOLIUM I.

His patet exemplis, tres problematis propositi casus, si primæ solutionis usus attendatur, esse distinguendos. Primus quum, impedimento aeris per gravitatem molis in profundum locum demissæ ita superato ut sensu percipi nequeat, vera mensura temporis impensæ in descensu ponderis subjectum solum percussuri & in ascensu soni percussione producti datur rotundo expressa semisecundorum numero, qui quadrato 36 additus alium quadratum perfectum constituat. Tunc semper quantitas x formulæ resolventis (B) præcise cognosceretur; sed vix ullus problematis usus in hoc casu foret: Generali quippe primi trium exemplorum præcedentium solutione palam fit præcipitia tunc requiri alta tot hexapedas quot unitates continet quantitas $3600a$ (ubi a omnem naturalem numerum significat) sive quæ profunda sint multis ad perpendicularum leucis quarum singula ex 2000 Parisinis hexapedis constet. Assumatur enim $a=3$ verbi gratia; inde fit $\frac{1}{2}x=3600a=3240$ hexapedis pro altitudine loci præcipitis: Atqui in Terrestris superficie, quam inhabitamus, locum perpendiculariter 160 hexapedis seu 960 pedibus excelsum difficillime quisquam invenerit.

In 2^o casu expressio temporis præcisi, quo experientia duraret, numerus quidem esset semisecundorum horariorum integer, at una cum quadrato 36 aliud perfectum quadratum non efficeret; summa ex illis collecta quantitas foret commensurabilis, sed cujus radix quadrata non haberetur nisi prope accedens proinde major aut minor quam vera. Quapropter ad calculum sine errore notabili ineundum non pauca attentione opus esset, ut per numerum, rationalem radici quadratæ $\sqrt{36+21}$ penissimè æqualem ad verum quæsitæ x quam proxime accedere liceret valorem; in quo si quis errare vel decima quinta parte unitatis non caveret, in altitudine dimetienda non minus quam uno Parisino pede erraret.

Tertius denique casus is est, in quo dum observatio accu-

accuratissime haberetur & attentissime repeteretur, nunc plura nunc pauciora numerarentur penduli oscillantis semisecunda; certissimum indicium temporis intrà duo, penultimum nempe & ultimum, semisecunda desinentis: Quod idcirco tempus aliquis numerus aut fractionarius aut irrationalis, particula sui vel fracta vel surda incognitus, exprimeret. Unde necesse foret usum problematis tunc esse errori maxime obnoxium. Error namque (nisi diligenter caveatur, æstimationibus requisitis sagacissime factis) parvi forsan momenti in $2t$, sæpe esset magni in $\sqrt{36+2t}$, majoris in x , & maximi in $\frac{1}{2}x$ hexap. vel in $15x$ ped. altitudinis ex observato tempore $2t$ primaque problematis solutione cognoscendæ. Adde quod casus iste difficilior sese frequentius offerret; ad mediocres quippe altitudines pertinet, quæ circa Terram haud difficulter reporiuntur. Fac, in primo exemplo nostro generaliter expresso, $a = \frac{7}{4}$ vel $= \frac{1}{4}$ &c. Erunt inde tibi fractionaria temporis intervalla $2t = 24a + 4aa = 8\frac{3}{4}$ vel $= 6\frac{1}{4}$ &c. semisec. horari. & mediocres altitudines $\frac{1}{2}x = 36aa = 40$ vel $= 22\frac{1}{4}$ &c. hexaped. Atque ita de similibus,

Alteram Autoris solutionem vide Suppl. Tomo V Sect. IIX.

* * * * *

UT, quod reliquum est, spatium repleatur, monendum hac occasione duximus, Inviçitiff. Cesaris LEOPOLDI Viduam, nuper Austriacarum provinciarum Gubernatricem felicissimam, A. 1700 Librum vernaculum septem plagulis edidisse hoc titulo: Christliche Gedancken auf alle Tage des Monats aus dem Frantzösischen in das Teutsche treulich und zierlich übersetzt, von der Allerdurchlauchtigsten Frau ELEONORA MAGDALENA THERESIA, Römischen Käyserin &c. &c. gebohrnen Pfaltz-Gräfin bey Rhein, &c. &c. mit Zusatz Geistl. Senff-Körnleins, auff ebenfals ieglichen Tag des Monats, um den Schlag ewigen Todes ab zu wenden, fruchtbarlich zugebrauchen, zum Nutz aller ihrer Seeligkeit beflissenen Christgläubigen dienstreich verfertigt. Gedruckt, bey Joh. Georg. Schlegel, Anno 1700, 12.

* * * * *

138 (37) 138
ACTORUM
ERUDITORUM,

Qua Lipsia publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. IIX.

MISCELLANEA DECISIONUM SEU RESOLUTIONUM, Autore STEPHANO RANCHINO, Jurium Publ. Prof. in Univ. Mompel. & in supr. Generalium Curia Senatore; qua variis mendis repurgata & ordine Alphabetico secundum materias Juris digesta, utilissimis Annotationibus & Dissertationibus illustrata &c. opera & studio PHILIPPI BORNERII, Regis Consil. & in Praefectura & Curia Praesidiati Mompel. Pro-Praetoris Honorarii.

Geneva, sumtibus Fabri & Barrillot, 1709, in fol.

Alph. 3 plag. 9.

Celebre dudum inter Jctos Ranchini nomen fuit, quod non solum illius Notae ad Guidonem Papam, sed & quas iste edidit, Decisiones, magno applausu exceptae, comprobarunt. Sed & dudum est, quod Decisiones sive Resolutiones illae desiderari coeperunt, omnibus pridem exemplis priorum Editionum distractis. Itaque non tam de gente sua, qua Ranchinum attingit, quam de Republica literaria ac Jurisprudencia universa praclare meritis Philippus Bornerius novam editionem adornavit, in qua alio ordine dispersas Quaestionum Resolutiones disposuit, & Parentis sui, qui hunc librum adornare susceperat, Annotationibus auxit & illustravit. Ut autem minus tecti afferrent illis,

T t

lis,

lis, qui iisdem in variis Juris partibus uti vellent, ordine Alphabetico sub certos titulos eas redegit. Hinc itaq; instar Lexici Realis quavis titulus materias eo pertinentes accurate sistit. Accedit, ne quid prætermisum esse videatur, Ranchini Conclusionum & Bornerii Notarum Index uberrimus. Sunt vero Conclusiones hæc concise & succincte conscriptæ, allegationibusque nimis non onerata, optimis tamen & recentioribus Scriptoribus imprimis adjectis. Nullam Autor Juris partem reliquit intactam & diligenter enodavit, quatenus Jura Civilia, Feudalia & Canonica cum Constitutionibus Ludovici Magni conveniant, aut ab iisdem recedant. Quo & de Italico Jure inter omnes constaret, non postrema cura est adhibita, ut, data occasione, quid Rota Romana & Genuensis, hac in parte, in Decisionibus suis decernendum esse existimaverint, apparet. Cujus rei exempla, quoad Jura Gallica, ex Part. 5 Conclus. 116 desumere licet. Ubi agit de Quæstione: utrum donatio a milite vel a Doctore facta aut ab Advocato vel a Clerico concubinæ aut mulieri conjugatæ aut viduæ, de qua erat sinistra suspicio, valeat? Quam reprobat l. 2 C. d. donat. int. Vir. & Ux. & quanquam ab Ulpiano asseratur, tales donationes non esse prohibitas, dictum tamen id esse ex mera Ethnicorum prudentia Civili monet, secundum quam concubinatus permissus erat. Verum aliud generaliter in Gallia receptum esse ostenditur. Part. 4 Conclus. 328 tractat de comparatione literarum ita facta, ut plenam fidem mereatur. Hæc ut recte suscipiatur, requirit peritos in arte, jurejurando adstrictos examinatosque præseente Judice, nec non literas similes, quodsi in aliqua parte deprehendatur dissimilitudo, fidem tali comparationi derogat. Id quod confirmatur per novas Constitutiones Ludovici Magni de A. 1667 tit. 12 *des compulsoires & collations des pieces* art. 7 & seqq. Multas etiam Decisiones summi Parlamenti Tolosani suffragio corroboratas adducit, v. g. Part. 4 Conclus. 358 naturalibus liberis per subsequens matrimonium legitimatis tribuit jus revocandi donationem factam ab eorum Patre, quamvis donationis tempore illi jam nat

P- 142

462

141

nati fuerint, nondum tamen legitimati. Cum talis donatio, sicuti per supervenientes liberos, ita & per intercedentem legitimacionem mediante matrimonio, cui tribuitur beneficium retrotractionis ad nativitatis tempus, revocetur; eodemque modo judicatum esse a Senatu Tolosano probat. Jus Italicum si spectemus; plurima Rotæ Romanæ præjudiciis illustrat. Sic Part. 5 Concl. 123 tradit: attentata non reparari, quando sententia executioni mandatur post tempus datum ad appellandum, etiamsi demum impetratæ fuerint literæ restitutionis in integrum, adversus lapsum fatalium. Nam quando petitur restitutio in integrum, post executionem jam factam, illa impedit quidem in posterum, ne fieri possit executio, sed jam antea susceptam non revocat: quam sententiam Rotæ judicium quoque confirmavit. In Part. 4 Concl. 293 Autor noster refert, quod, licet in aliquibus casibus privatio beneficii ipso jure contingat, non propterea illico beneficium illud vacet, quin imo sententia declaratoria requiratur & ablatio possessionis, cui opinioni Rota Romana etiam subscripsit. Rotæ Genuensis placita adducit in Part. 2 Concl. 128, quo loco perhibet, confessionem factam extra judicium sine causa non inducere obligationem, cum non valeat ad obligandum talis confessio, imo nec valeat ad fidem plenæ probationis, inducat tamen semiplenam, siue facta sit cum scriptura siue sine scriptura, & ad eum effectum, ut talis confessio probet, allegandam esse monet causam obligationis, qua ratione valida reddatur confessio, quæ alias esset inanis: idque Rotæ Genuensis Decisione 37 comprobatur. Præterea quædam notatu præ ceteris digna huc afferre incongruum haud duximus, ut quid de quovis materiarum genere nobis polliceri queamus, quisque brevi perspiciat. Quod artifex aut Bibliopola possit vicinum prohibere, ne ejus officina similis suæ sit, quæ prope eam constituta est, illustratur placito Senatus Parisiensis de A. 1612. Ubi Lutetia in eodem vico vicinus aromatarius, cujus domus aromatarii alterius domum pariete intermedio attingebat, insigne parvæ crucis rubeæ sedibus suis appendere voluit, cum vicinus alter

p. 38

240

293

eruce eadem rubea officinam suam signatam totaque regione porticum notissimam ab annis pluribus haberet, ita ut ad æmulationem sui que commercii detrimentum id factum videretur, atque hoc ex Part. 3 Concl. 14 cognoscimus. Quoniam Gabella intuitu contractus præstanda venit, eam in loco contractus, licet conditio contractui adjecta in alio loco purificetur, aut traditio ex celebrata conventionem alibi fiat, offerendam esse ostendit Part. 5 Concl. 290. Idem, cum ex transactionis causa res transfertur in alium, certo æstimata pretio, accipientem a laudemii præstatione non esse immunem, tuetur; at a laudemio absolvit istum, penes quem, accepta pecuniæ summa, res controversa relinquitur Part. 5 Concl. 29. Reliqua, quæ ipsa utilisissimi hujus laboris evolutio Lectorem benevolum edocebit, ejus curiositati reliquisse quam eundem plura exempla depromendo fatigasse satius erit.

VITÆ ANIMALIS MORBUS ET MEDICINA suæ vindicata origini disquisitione Physico-Medica, qua simul Mechanismi & Spinosismi deliramenta funditus deteguntur, & mathematica evidentia ex sanæ rationis circulo deturbantur, & integrum universi matris systema concinnis vinculis nectitur; Autore
CHRISTIANO DEMOCRITO,

M. D.

Lugduni Batavorum, ex officina Luchtmanniana, 1711, in 8.

Constat plag. 10.

PRincipia rerum naturalium adhuc latere, in Actis A. 1711 p. 391 monuimus, neque enim per ea satisfacere licet difficultatibus circa divisionem continui, cohesionem molecularum, productionem, continuationem & communicationem motus, nec non circa commercium mentis cum corpore, quæ ab omni tempore præstantissimorum Virorum ingenia in cassum defatigarunt. Nec facile, multo minus curvis

parva est supplere hunc defectum. Certe Sceptici de solutione nodorum istorum prorsus desperantes, non nisi phaenomena admisserunt; corpora vero realia esse pernegarunt: neque inventus est in hunc usque diem, qui eos solide refellerit. Etenim quod *Cartesius* in Meditationibus suis a veritate Dei petit argumentum & *Malebranchius* in Dialogis Metaphysicis Dialog. 6 fusius deducit, non multam vim habet ad persuadendum corporum existentiam. Alii nodos Gordiano intricatiores gladio dissecantes ad precaria confugerunt & vel Deo immediate, vel spiritui creato tribuerunt, quorum rationem reddere non poterant. Ex horum numero est *Dippelius*, qui sub *Democriti* persona hactenus fidem orthodoxam risit, nunc *Mechanicum* Physicorum ridet. Quodlibet enim extensorum cum spiritu quodam modificante, omnium diversarum qualitatum corporis autore, immo ipsius corporis compactore, nexu indissolubili cohaerere defendit: quasi vero ita intelligatur, quomodo molecule cohaerere, motus produci, continuari & communicari possit, cum potius difficultatibus prioribus novae addantur, de influxu nimirum reali spirituum in res corporeas, quem nemo hactenus concipere ac aliis explicare valuit. Hinc capite primo, quo naturam vitae in genere declarandam sibi proponit, non modo animae rationali functiones vitales in machina animali subdit, eique explosa dudum scholae battologia formationem propriam corporis in utero materno adscribit; verum etiam vegetabilibus, mineralibus ac lapidibus non minus, quam brutis animam intelligentem ac sentientem iudicio mathematico exquisitissime praeditam tribuit. Immo corporum particulas cohaerere asserit actu vitali & immobili cuiusdam Spiritus a particulis independentis easque intra sphaeram activitatis suae continentis ac coarctantis, totumque globum nostrum terraqueum constare, cohaerere ac versari actu vitae generalis cuiusdam & agitatos Planetarum animas esse. Generationis aequivocae causam vivum & spiritualmente activum ex defunctis insectorum myriadiabus residuum assignat: metempsychosin tamen non admittit, licet ejus fau-

tores, quos hodie numero quam plurimos esse ait, mechanisimi fabricatoribus præferat, sed animam per traducem propagationem propugnat. Inter alia generationum æquivocarum exempla refert, quod ex scobe corticum quercus insectu per incuriam servorum subinde adpersa tantam pulicum copiam processisse expertus fuerit, ut incolæ domus atque vicini deserendarum ædiam consilio angerentur. Capite secundo in genuinam morbi & medicinæ originem inquirens affirmat, morbos ex sensatione vitæ pendere. Lædi animam & morborum sensu corripitur per objecta externa in sensus animæ ad exteriora reflexos incurrentia. Duplicem nimirum morborum occasionem statuit, alteram dum anima per reflexos ad extra sensus vitæ suæ proprios; alteram dum per descendentiâ mentis præsentis confusa phantasmata læditur. Præmarium objectorum externorum & causarum morborum occasionalium esse machinam corporis humani, animæ domicilium. Hinc animam sui ipsius medicatricem optimam prædicat; Medici artem in eo saltem versari pronuntiat, ut blandioribus & congruis objectis vitam turbatam demulceat ac sedate ita rursus sensus infesti impetu eandem ad refarciendum damnum illatum & redintegrandum officinæ ordinem invitet ac excitet. Animam ad functiones corporis ob-eundas hujus organici ceu instrumenti uti. Dari in ventriculo ignem flammantem, quod sit præcipuum concoctionis instrumentum, quia spiritus vini nimium haustus inflammatur, cum tamen carbonibus sine flamma candentibus impositus tantum evaporetur. Flammulam quoque cordis defendit. Morbidorum affectuum animæ occasiones pronuntiat nimiam humorum resolutionem & orgasmum atque nimiam coagulationem & circulum impeditum. Cumque bilis & succus pancreaticus præcipua animæ instrumenta chymica ipsi videantur, quibus alimenta assumpta alterat; ab illorum vitis morborum causas propinquas petit: ac Anatomiam Chirurgiæ quidem aliquod, Medicinæ autem nihil lucis attulisse affirmat. Morbi resolutivi originem refert ad concitatio-nem per ignem culinarem & suffusum bilis resolventis
olæ

oleum circulum & inde subsequentem partium disgregationem: coagulantes & tartareos ad succum pancreaticum balsamum bilis infringentem, immo prorsus destruentem. Quamvis autem in generalibus plerumque cum Cl. *Stablio*, Medico Halensi, consentiat; in specialibus tamen, theoria præsertim februm, adeo ab eo alienus, ut (quod *Stablius* ex *Sydenhamio* inculcat) ridiculum affirmet, bona naturæ crisi per aliquod tempus posse grassari febrem, nec illico sisti debere. Ex ejus enim sententia noxam humoribus infert, non in iisdem invenit. Commendat contra hunc morbum medicamentum a se inventum, cujus unica dosis cum curat. Est istud, oleum destillatum & separatum a suo sale ex animalis partibus quibuscumque ex cornuta sine ullius rei additione eo usque rectificatum, donec nil adustarum sæcum nigrarum amplius in fundo relinquat, quod vel quindecim ad minimum, repetitionibus obtinetur. Istud oleum 30 vel 40 guttarum, pondere ante peroxysmum exhibitum somno dulci, per quindecim interdum horas protracto & de nulla narcosi suspecto, febres sepe lit. Ceterum obiter notamus ex Autore nostro, Amstelodami adhuc vivere Senem octogenario majorem, qui per 30 fere annos bene semper esuriens & pastus bene cibis solidis prospera usus est valetudine in corpore macilento, sed apmodum agili, nunquam nisi ordinarie 20 diebus, aliquando etiam 30 elapsis aliquid sæcum alvinarum deponens. Denique capite tertio mechanisimi naturæ nullitatem ostendere nititur, quod per eam gravitas, soliditas, durities ac motus explicari nequeant. Ait autem cum Mathematicis sibi potissimum rem esse, qui ab antiquo suis erroribus physicas veritates ludibrio exposuerint & simul Dei vestigia veraque religionis semina ex animis mortalium eradicare allaborarint. Quasi vero in Mathesi doceatur, extensionem uniformem & in infinitesimas divisibilem esse corporis essentiam & leges motus per extensionem solam explicari posse. Agnoscunt enim Matheseos apprimè periti in ratiociniis Geometrarum circa extensum aliquid imaginarii, nec mathematicam in infinitesimas divisionem pro reali habent seu naturæ genio congruam,

grua, uti jam aliquoties monuimus in his Actis. Ductam etiam in iisdem docuit *Leibnitius*, leges motus ex sola extensione non consequi, sed altius quoddam principium supponere. Tolle Mathematicorum ex Physica inventa, nec quicquam solidi ac certi restabit, nisi quæ Anatomicorum & Chymicorum industriae debentur. Nihil e. gr. constabit de vero systemate mundi, de natura corporum cœlestium eorumque affectionibus, de legibus motus, de proprietatibus aeris, de iride, de legibus gravitationis, aliisque similibus argumentis. Immo Vir summus *Leibnitius* in sua Theodicea non demonstrasset existentiam Dei istiusmodi, qualem Christiani veneramur (quod ante ipsum invictis rationibus præstitit nemo,) nisi mathematicis meditationibus intellectus acumen perfecisset. Quæ Autor physices principia tradit, ex *Jacobi Böhmi* sutoris scriptis desumpta ipse fatetur: unde opus non est, ut imaginariis recensendis immoremur. Etsi denique Autor confidat, se vera physica & medicinae principia mathematica evidentiâ demonstrasse; nulla tamen vestigia deprehendet, qui ex Mathesi persuasus, nihil pronuntiandum nisi explicitum, nihilque admittendum nisi probatum.

JO. ALBERTI FABRICII, SS. THEOL. D.
& Prof. Publ. Bibliothecæ Græcæ Libri IV
Pars altera.

Hamburgi, apud Christianum Liebezeit, 1711, 4.

Alph. 3 pl. 8.

VRget institutum laude dignissimum Cl. Autor, pro eo, quo valet, doctrinæ apparatus, & animo, quo in amplificandam rem Græcorum literariam maximopere fertur. Sistit enim hic Partem alteram libri IV, qua præter Scriptores de doctrina Numerorum, Philosophos quosdam, & Rhetoras ac Sophistas quosdam commemorat, qui in Lexicis Græcis conficiendis olim elaborarunt. Inter Scriptores itaque Arithmeticos cap. XXII primum locum tuetur *Nicomachus Gerasenus*, cujus qui existant cognomines in veterum scriptis, illorum

rursū succincta series simul exhibetur. Hujus Nicomachi libri 2 *Ἀριθμητικῆς Εἰσαγωγῆς* & totidem libri *ἑυχαιρίδια Ἀριθμητικῆς* aetatem tulerunt, & variorum Scriptorum mentionem faciunt, quorum Index una cum recensioe Scriptorum Nicomachi deperditorum subjicitur. Proximus illi jungitur liber Græcus incerti Scriptoris sub tit. *Ἐπιλογύμωνα Ἀριθμητικῆς*, de iis exponens, quæ veteres de numeris Theologicè vel Philosophicè meditati sunt. Sequitur *Diophantus Alexandrinus*, ex cujus libris XIII Problematum Arithmeticoꝝ, sex tantum injuriam temporum effugerunt, & non una vice editi leguntur. Hac occasione alii etiam Diophanti, quorum memoria superest, recensentur, totique capiti finis imponitur recensioe Scriptorum de numeris partim editorum, partim ineditorum & in MSS. adhuc latentium, partim deperditorum. Proximum cap. XXIII *Aurelii Antonini* aetatem, Præceptores, Scriptores de vita, libros XII ad se ipsum, editiones, indicem Scriptorum ab eo memoratorum, versiones vernaculas, edit. promissas, & alia scripta expendit, atque eorum sententiam confutat, qui cum Barthio, Xylandro & Jonsio non integros ejus XII libros, sed eorum tantum fragmenta hodie exstare opinantur. Post hunc *Maximus Tyrius* in censam venit, cujus ætas & cognomines, *Μαξιμῆς* item & earum variaz editiones ac versiones cum Indice Scriptorum in iis allegatorum recensentur; agmen vero claudit *Alcinous* Platonicus, cujus ætas in initium Sæculi a C. N. II incidere plerisque putatur. Hujus exstat Introductio in Platonis doctrinam, cujus editiones pariter & versiones variaz recensentur. Cap. XXIV de Philostratis, Callistratis, ut & Apollonio Tyanensi exponit, ubi in scenam producitur Flavius Philostratus Philostrati F. Veri nepos, scriptor vitæ Apollonii, Iconum & libb. 2 de Sophistis, Heroicorum, epp. & epigrammatum. Notari hic par est, Cl. Autorem cum aliis libros *de Sophistis* olim Philostrato juniori vindicandos censuisse, nunc vero Cl. Olearii, nuper illorum scriptorum Editoris, qui & ipse in notis p. 391 de juniore cogitaverat, argumentis adductum, antiquiori illi relin-

U u

quere,

quere. Scripta hæc omnia sigillatim considerantur, & deperdita quædam enarrantur, deinde vero ad Philostratum Nerbiani F. juniorem, cujus liber singularis Iconum exstat, cura transfertur, & recensitis utriusque editionibus variis, aliorum Philostratorum diligens mentio injicitur. Latus claudit *Callistratus*, cujus exstant *in Quæstus* five *descriptions 14 imaginum*, deinde cognomines huic XII cum observationibus variis perstringuntur. Capiti huic finem facit *Apollonius Tyaneus*, cujus epistolæ hodiernum leguntur, reliquis scriptis, quorum itidem fit mentio, calamitate temporum subductis. Cap. XXV *Alexandri Aphrodisiensis ætatem*, Præceptores & placita quædam; tum vero scripta edita, medita & deperdita, cum Indice Scriptorum, ab Aphrodisico passim laudatorum, recitat. Cap. XXVI *Plotino Philosopho* ejusque Præceptori *Ammonio* destinatum est, ac primo quidem conspectum Chronologicum Vitæ Plotini accuratum, cum ejusdem Vita a Porphyrio scripta & a Marfilio Ficino Latine conversa, ac Cl. Auctoris notulis passim illustrata. Hinc varia de Plotino, ejus apud veteres auctoritate, obscuritate, genio, Spinosismo, a Bælio & aliis præter rationem ipsi imputato, dogmate de SS. Trinitate, censuris in eum latis, scriptisque, afferuntur, cum Indice Auctorum in iis laudatorum. Plotino discipulo jungitur Præceptor *Ammonius Alexandrinus*, *Saccas* cognominis loco dictus, qui Christianis natus Parentibus, adultus ad Gentiles accessit, interque eos Philosophiæ laude illustis cum alios discipulos, tum potissimum Origenem Adamantium habuit. Ab hoc Cl. Autor distinguit Ammonium Christianum, III Sæculi scriptorem, Ammonium Peripateticum, & *Ammonium, Hermee F.* de quo eo diligentius agitur, quod varia ejus scripta ad nos pervenerunt. Illa itaque recensentur, annectiturque Index scriptorum in commentariis ejus allegatorum, & series aliorum, qui idem nomen ferunt. Cap. XXVII *Porphyrius Philosophum*, quod ad ætatem, scriptaque tam edita, quam non edita, & deperdita, cum Indice Auctorum a Porphyrio laudatorum Lectori sistit, totamque illam tractatio-

non

nem rarissimus Lucæ Holstæni de vita & scriptis Porphyrii libellus claudit. Cap. XXVIII *Jamblichus Chalcidensis* occupat, cujus vitam strictius persequitur Cl. Autor, quod eam diligentius in notis ad vitam ejus ab Eunapio scriptam consideravit, atque adeo hoc loco scripta tam edita quam non edita & deperdita cum Indice Autorum recenset. Ab hoc Jamblichō §. II distinguit alium ejusdem nominis juniorem, ad quem exstant Juliani & Libanii epistolæ, Syrum, quem a Chalcidensi sejungit itidem Tillemontius T. IV Histor. Imp. p. 481, 926. *Hortationem ejus ad Philosophiam* ab Arcerio minus feliciter conversam, nova versione donatam & notis illustratam publico destinasse se, p. 288 testatur Autor eruditissimus, qui nunc Cl. Hemsterhusio hanc lampada tradidit. Cap. XXIX habet insigne *Anatoli*, quem Jamblichus præceptorem habuit, & *Democriti* fragmentum *περὶ συμπραξίων καὶ ἀντιπραξίων*, utrumque ab Ampliff. Godofr. Christiano Gæzio ex quadam Italiae Bibliotheca descriptum, & a Cl. Joanne Rendtorfo versione Lat. ac notis eruditissimis illustratum. Ex Rhetoribus cap. XXX *Polemon*, *Herodes Atticus*, *Aristides Adrianensis*, *Adrianus*, *Himerius* & pauci quidam alii in theatris procedant. *Antonius Patemo*, Laodicenus, in magna gratia apud Imp. Trajanum, Adrianum & Antoninum Pium fuit. Duo ejus λόγοι ἐπιταφιοὶ ab Henr. Stephano cum Himerii & aliis quibusdam declamationibus editi sunt 1567; ceterarum ejus orationum memoria ex Philostrato superest. *Herodes Atticus* sub *Antoninis Pio*, & *Philosopho* itemq; *Vero* præter cetera varias orationes scripsit, ex quibus tantum una superest *περὶ πολιτίας* Græce cum aliis Oratoribus Venet. 1513 fol. & alibi edita. *Ælius Aristides*, Polemonis discipulus, Sophista apud Smyrnenses disertus, sub Adriano & Antonino Pio floruit, cujus varia scripta adhuc leguntur, diligenter a Cl. Autore, post vitam summam expositam, recensita, quibus annectitur catalogus deperditorum, & aliorum Scriptorum ab Aristide citatorum. *Adrianus* Phoenix, Herodis Attici discipulus & Aristidis æmulus, magnum inter Sophistas nomen sibi paravit, ut nonnullis γόγας videretur, au-

tore Philostrato p. 590. Illius nonnulla cum versione sua Leo Allatius in Excerptis Variis Græcorum Sophistarum & Rhetorum Rom. 1641, 8 (quæ hac occasione stricte recensentur) edidit, non tam integras declamationes, quam selecta ex illis excerpta. Aristidis imitator *Himerius*, Bithynus, isque Anatolii & Proæresii æmulus Orationes & declamationes varias habuit, quarum fragmenta & nôticiam ex Photii Bibliotheca Stephanus 1567, 4 cum 2 oratt. Polemoniâcis seorsim edidit. Est vero quidam ex Collegis nostris, qui plura a Photio vel omissa, vel obiter commemorata, & ex Codd. Anglicanis descripta, cum versione Latina in lucem proferre parat. *Demetrius* Atheniensis, naturæ, non doctrinæ beneficio, Rhetor eloquentissimus, cujus Plutarchus passim meminit, plures orationes habuit, quarum unica tantum inter Oratores Aldinos existat, ab aliis etiam edita. Næc felicior fuit *Lesbonax*, qui, Tiberio imperante, Romæ Sophistam egit: hujus enim Orationes XVI Photius laudat, quamvis duæ tantum ab Aldo, & postea ab aliis vulgatæ hodie legantur. Cap. XXXI telam eandem pertexit, & de *Demetrio*, *Hermogene*, *Longino*, aliisque commentatur. Cunque in novissima Longini *πρὸς ἑρμῆα* editione a Cl. Hudsono Oratorum curata fragmentum quoddam libri ejusdem *πρὸς μίτρον* ex Bibl. Vatic. depromptum legatur, consultum putavit Cl. Auctor, illud totum huic capiti inferere. Sequuntur *Apribonius*, Sophista Antiochenus, & *Theon* Alexandrinus cum recensione Rhetorum, qui Collectione Aldina Venet. 1508 fol. & alia minore Thomæ Galei continentur. Ibidem legas Indicem Scriptorum ab Alexandro Rhetore, Photio Ammono & Minuciano ut & in commentariis ad Hermogenem allegatorum. Cap. XXXII existat *Blenchus* Oratorum, Rhetorumque celebriorum ac Sophistarum apud veteres commemoratorum, secundum literarum seriem dispositus, & eruditis observationibus destinatus. Ex Lexicographis Græcis cap. XXXIII *Julius Pollux* primo loco occurrit, cujus editiones varis & Index Scriptorum ab eo laudatorum cum designatione aliorum cognominum enarrantur. Post illum *Ptolema-*

in *Afcalonia* laudatur, cujus *πρὸς διαφωκὰς λέξεων* commentatio hucdum non edita ex MS. Gudiano producitur non quidem integra, sed quod ad eam partem, secundum quam a simili Ammonii libro, cum quo plerumque consentit, discessisse videtur. Cap. XXXIV non solum *Phrynichum* & alios vocum Atticarum Collectores, sed & illos qui ceterarum dialectorum dictiones interpretati sunt, recenset. Inter non editos hujus generis Scriptores locum tuetur *Meridis* libellus, qui tunc temporis, cum hæc scriberet Cl. Autor, lucem nondum viderat, nunc vero ex schedis Spanhemianis, Cl. Hudsoni cura, in publicum editus prostat. Præter *Phrynichum* ex editis mentio fit *Thema Magistri*, (a quo qui laudantur Scriptores, illorum index accedit) *Emanuelis Moschopuli*, & *Georgii Lecapeni*, cujus Lexicon vocum Atticarum *ἀνιδόταρον* est, mentio fit. Hos sequuntur illi, qui ceterarum dialectorum rationem in Lexicis habuerunt. Cap. XXXV Lexica Biblica Philonis, Origenis, Eusebii, Cyrillique perstringit, ac fusius de Hesychio Alexandrino, Lexici ejus usu & defectibus, editionibus promissis, & industria eruditorum Virorum, in eo emendando posita, differit, ac inprimis Io. Viti Pergeri in Hesychium notas quantivis pretii non editas, quas Cl. Autor possidet, commendat. Ultimo loco additur Index in Scriptores ab Hesychio laudatos, a Io. Pricæo confectus & passim auctus. Cap. XXXVI Lexica & Glossaria, quæ ad scripta Theologorum, Jurisconsultorum, Medicorum, Philosophorum ac Rhetorum Græcorum intelligenda faciunt, comprehendit, inter quæ præcipua sunt, quæ *Erotiano* & *Harporationi* debentur, quorum utriusque Index Scriptorum allegatorum subjicitur.

**ALTERA PROBLEMATIS SUPPLEMENTARUM Tomo V Sectione VII propositi
Solutio.**

ET si rebus facilibus immerari plerumque tædet, nihilominus ab incepto desistere qui dimidium facti jam habent

minime decet. Quæstionem propositam de altitudine loci profundi investiganda per sonum collisu ponderis in ima delapsi editum sursumque ascendentem, haud difficile fuit solvere secluso aeris impedimento. Sed hoc susceptæ opellæ pars prima tantum est; hic in re facili hæzere, nec coeptum persequi dedecret. Superest ut effectû aeris gravibus permeantibus obstantis non neglecto problema, quoad ejus fieri potest, resolvatur. Rem itaque, quantum licebit per experientiam, cujus D. Mariotte sedulus explorator fuit, exsequamur.

Sciendum est, corpora solida, quorum nec figuræ nec moles hic nobis considerandæ sunt, utpote quas inter se non comparamus, mersa & mota in fluidis, velut in aere, urgere & impellere certa vi obvias sibi eorum fluidorum particulas, quæ transmeandum certo tempore spatium replentes intercludunt. Hæc autem mobilia solida has fluidas particulas impellunt, donec propulsæ loco cedant; quod fieri nequit nisi tanta cum velocitate singulæ recedant, quanta cum celeritate depellens mobile proximæ illarum cedenti succedit. Quantitas ergo motus tam ad dimovendum quam ad decedendum de certo spatio determinato requisita æquatur producto hujusce spatii per datam velocitatem: diciturque nobis tum vis corporis solidi, qua sibi viam per fluidum aperit, tum corporis fluidi impedimentum, quo solidi motus retardatur. At si mobillium velocitates arithmetice crescunt, quales gravium libere cadentium intelliguntur; liquet, non per primam seu enascentem velocitatem, quippe quæ minima est, nec per ultimam sive totalem, utpote maximam, multiplicandum esse spatium toti accelerationis tempori respondens, sed per velocitatem arithmetice mediam, quæ æqualis dimidio ambaram extremarum aggregato nec parva nec magna nimium est. His animadversis, esto ponderis casum in aere inchoantis prima velocitas = 1, siquidem quantulacunque supponatur, non est zero: sitque \sqrt{x} ultima velocitas, quam adipisceretur ex aliquapiam altitudine intra aeris sphaeram descendens: erit velocitas media arithmetica = $\frac{1}{2} + \frac{1}{2}\sqrt{x}$.

Que-

Quoniam autem grave, quod aerem deorsum permeat, plus motus ad descendendum habet quam impendit ad istum aerem de via dimovendum; hic intelligimus numeri x unitates representare spatii particulas, quæ singulæ sint minores, quando hujus numeri radix quadrata \sqrt{x} nobis significat velocitatum variarum, cum quibus aer per hæc spatiola diffusus accelerato gravi decedere posset, quam quum eadem radix quadrata \sqrt{x} maximam ejusdem gravis velocitatem ultimo descensus per medium vacuum momento acquisitam exprimeret. Secundum hypothesein Galilei, ratio- altitudinum, unde gravia in medio libero descenderent, non alia datur quam quadratorum x factorum ex numeris \sqrt{x} velocitates ultimo instanti acquisitas sive tempora illas acquirendo insumpta exprimentibus: At habitis ea de re observationibus comperitum est singulas hujusce quadrati x ad spatium relati unitates adæquare quindecim pedes Parisinos, quoties unaquæque unitas \sqrt{x} ad tempus relati pro uno horario secundo assumitur. Dum ergo de sola aeris cadentibus ponderibus obviæ expulsiõne quaestio est, quantitas x debet concipi ex unitatibus composita minoribus, quarum scilicet singula ad spatium relata pedes valeat non \sqrt{x} sed $1:m$, ubi m significet tum unum de numeris fractis ab $\frac{1}{2}$ usque ad $\frac{1}{2}$, tum aliquem omnium supra unitatem numerorum integrorum. Fit itaque nobis $\frac{x,1}{m}$, seu $\frac{x}{m}$ expressio, semper minor quam \sqrt{x} , multiplicanda per $\frac{1+\sqrt{x}}{2}$, ut producatur quantitas $(x + x\sqrt{x}) : 2m$

suis unitatibus tam ad spatium utriusque effectum quam ad motum uti ad causam relativa: Si ad motum referre velis, exprimet quantitate motus a gravibus aeri imprimendam, ut sibi suapte vi descendentes de loco decedat; si referas ad spatium, quum effectus suis causis sint proportionales, erit expressio spatii per pedes mensi quod (propter amissam in pondere deorsum moto & impressam aeri demovendo motus partem) demitur majori spatio pedum \sqrt{x} per quod intra medium vacuum seu omnimode liberum idem pondus tempore per scrupula

scrupula secunda computato descenderet. Hinc habemus $(15x - x - x^2) : 2m = (30mx - x - x^2) : 2m$ (C) numerum pedum, quos loci profundi altitudo secundis horariis numero x transmittenda continet. Ex qua altitudine pondus propriae gravitati permissum si caderet, pedes duntaxat $15 - \frac{1}{m}$

ob aeris impedimentum in primo descensus secundo horario conficeret. Posito enim $x=1$ & consequenter $m=1$, resultat $(x + x^2) : 2m = (1 + 1) : 2m = 1 : m$: quae quidem spatii per pedes dimensi, initio lapsus dempta, pars linearis nec generaliter nota nec constans est, sed experimentis peculiaribus exploranda pro tali pondere in tali fluido, videlicet pro globo semipollicaris diametri aerem deorsum permeante, ut inde numerus m proprius innotescat.

Haec haecenus animadversa nunc ad solutionem propositi problematis alteram accommodemus. Fiat itaque 1°. Sicut 1080 (numerus pedum Parisinorum quos sonus in aere recta percurrit unius secundi horarii intervallo) est ad 1, ita $(30mx - x - x^2) : 2m$ (numerus parium pedum ex quo quaesita praecipitii altitudo constat) sese habet ad quartum proportionalem nempe $(30mx - x - x^2) : 2160m$ (numerus secundorum horariorum quae sonus ictu ponderis in ima praecipitis editus ad eandem altitudinem quaesitam ascendendo insumit.) 2°. Statuatur (secundum expositas superius quaestionis conditiones) $(30mx - x - x^2) : 2160m + x = t$; unde per notas Algebrae reductiones elicitur trium dimensionum aequatio

$$\begin{array}{r} -900mm \\ x^3 - 4260m \\ -1 \end{array} \left. \vphantom{\begin{array}{r} -900mm \\ x^3 - 4260m \\ -1 \end{array}} \right\} x^3 + 4665600mm \\ \left. \vphantom{\begin{array}{r} -900mm \\ x^3 - 4260m \\ -1 \end{array}} \right\} x - 4665600mm \end{array}$$

= (D) quae supponit, ut patet, numericas quantitates per m & per t designatas speciatim determinari; quod ab experientia, quemadmodum diximus, accurate habita pendet.

Si quis ergo loci ad perpendicularum profundi depressionem dimisso in praecipis pondere auditoque obicis in fundo percussis sono dimensurus, globos plumbeos diametro sex linearum ac pendulum novem pollicibus cum duabus lineis longum

longum sibi comparasset; hisque ad experimentum problematis sedulo usus, semiseconda horaria nunc quatuor nunc quinque, sed 4 paulo citius & 5 aliquanto tardius quam sonus ad aures pervenerit, numerasset; ita ut facta quam accuratissime potuerit æstimatione verum observationis tempus z esse $4\frac{1}{20}$ semisecc. inferret: is in æquatione præcedente (D) numerum $2\frac{1}{20}$ pro litera t scribendum reservaret. Deinde fidem habens verbis D. Mariotte, Physici dum vixit apprime experientis, statueret, quod in Tractatu de percussione (pag. 387 editionis tertiæ) experimentis penissime præcisus constare notatur, nimirum Sphæram plumbeam diametro sex linearum in aere propria gravitate descendentem, pedes quatuordecim uno secundo horario percurrere; quo quindecim conficeret si per medium vacuum delaberetur. Positis itaque $\sqrt{x}=t$ propter unius secundi tempus, consequenter $x=1$, & hinc $(x+x\sqrt{x})$: $2m=1:m$ quod exprimit spatium impedimento aeris demptum; tunc $15-\frac{1}{2}$ evaderet $=14$ ped.; unde observator colligens $m=1$, unitatem in locum litteræ m in æquatione superius insignita (D) substitueret; quæ sic mutaretur in aliam pro plumbeo diametri semipollicaris globo in qualibet problematis per tempus z facta observatione specificam $x^3-5161x^2+4665600x+125280t$ } $x-4665600t=0$ (E) ubi ille scribens pro caractere t reservatum numerum $2\frac{1}{20}$, obtineret demum æquationem casus particularis propriam $x^3-5161x^2+4922424x-19607184=0$; quæ quum resolvatur in $x^2-5157x+4901796=0$ & $x-4=0$, radicem quæstioni facientem satis ipsam esse $x=4$ ostendit: Inde enim emanant $\sqrt{x}=2$. pro tempore descensus globi, & $(30mx-x-x\sqrt{x})$: $2160m=(29x-x\sqrt{x})$: $2160=\frac{108}{2160}=\frac{1}{20}$. pro tempore ascensus soni; quorum aggregatum est evidenter $t=2\frac{1}{20}$. pro nota observationis tempore. Ergo datur $(30mx-x-x\sqrt{x})$: $2m=(29x-x\sqrt{x})$: $2=\frac{108}{2}=\frac{54}{1}$ ped. pro invenienda præcipitii altitudine, minore quam $15x=15.4=60$ pedibus,

Xx

quos

quos idem globus eodem secundorum 2 intervallo per medium ab aere aliove fluido demovendo vacuum transmitteret sua gravitate præceps.

Simili modo, ab instanti quo par globus in profundum ex alto dimitteretur usque ad momentum, quo ictus ipsius in fundum ruentis audiretur, funto semisecunda peduli numerata nunc 12, nunc 13, sed sæpius 13 quam 12; adeo ut accuratiori æstimatione $12\frac{2}{3}$ statuenda sint = 21. Vnde scribendo $6\frac{2}{3}$ pro littera r in æquatione superius indicata (E) ad globos diametrum sex linearum habentes pertinente prodit alterius hujusce casus propria $x^3 - 5161x^2 + 5465304x - 190108944 = 0$, reducibilis per $x^2 - 5125x^2 + 5280804 = 0$ ad $x - 36 = 0$ seu $x = 36$. Quod patet tunc esse tempus motus globi deorsum $\sqrt{x} = 6$.ⁿ, tempus motus soni fursum $(29x - x\sqrt{x}) : 2160 = \frac{114}{1080} = \frac{23}{8}$.ⁿ, horum summam bis sumptam $12\frac{2}{3} = 21$ numero semisecundorum observationis, & altitudinem foci profundi cognoscendam $(29x - x\sqrt{x}) : 2 = \frac{1044 - 216}{2} = 414$

ped. quæ in medio vacuo, pari secundorum 6 intervallo, ad $15x = 15 \cdot 36 = 540$ ped. usque sese extenderet.

Denique, si forte unquam hoc Longimetrix problema usui esset; tabula nullo negotio construi posset; quæ in duas columnas, alteram sinistram alteram dextram, distributa complecteretur in earum prima singulos semisecundorum horariorum numeros $(2x = (29x - x\sqrt{x}) : 1080 + 2\sqrt{x})$ quibus observationes durasse supponerentur, & contineret in earundem columnarum secunda totidem e regione positos pedum numeros $\frac{(26x - x\sqrt{x})}{2}$ ex quibus altitudines cogno-

scendæ constarent. Ad constructionem enim tantummodo requiritur, ut pro \sqrt{x} omnes ordinati numeri naturales, & pro x omnes eorum quadrati scriberentur. Quod autem ad reliquos casus in hac tabula non comprehensos attinet, statim ejus subsidio prævideretur quasnam inter duas proximas altitudines quæsitæ occurreret, quæ sic magna ex parte jam in-

note-

notesceret post habitam sedulo temporis z observationem. Exempli causa, sit tempus inter lapsum ponderis & auditionem soni æquale septem præcise semisecundis: Tabula extemplo ostenderet, dato illo tempore longiore quam $6\frac{1}{3}\frac{1}{8}$ semisecundorum intervallum, & brevior quam $8\frac{1}{2}\frac{7}{8}$, altitudinem inveniendam excedere pedes $(261-27):2=117$ (qui casus est ipsius $\sqrt{x=3}$ & $x=9$) esse verò minorem quam pedum $(464-64):2=200$ (qui casus ad $\sqrt{x=4}$ & $x=16$ pertinet.

Deinde quando peculiaris æquatio ex specifica præcedente (E) ope dimidii numeri semisecundorum observatorum t diducta (velut hic $x^3-516x^2+5104080x-57153600=0$ propter $t=\frac{7}{2}$) non esset algebraice reducibilis; en quo modo ad verum ipsius x valorem propior tentaretur accessus.

Ex Tabula, de qua nunc agitur, casus problematis quem proponimus, reperiretur inter numeros 3 & 4; qui tanquam duo quantitatis variabilis \sqrt{x} valores proxime diversi primum statuerentur. Dein considerandum foret $4-3=1$; qua differentia bipartita poneretur $3\frac{1}{2}=\sqrt{x}$; qui appareret multo major quam par est, quoniam cum suo quadrato $x=10\frac{9}{16}$ facit $2t=6\frac{5}{8}\frac{967}{120}$ quod nimio defectu ab eodem numero 7 differt. Simili ordine sumerentur $3\frac{1}{2}-3\frac{1}{4}=\frac{1}{4}$; $3\frac{1}{8}=\sqrt{x}$; & $11\frac{2}{16}=\frac{1}{4}$; und fit $2t=7\frac{8}{16}\frac{5}{8}$ haud tanti excessus supra eundem observatum 7: Quapropter e formula altitudinum superius quoque exhibita eliciatur altitudo supposita, quæ = $145\frac{25}{16}\frac{1}{4}$ ped. veram non multum exsuperat. Itidem continuata operatione obtinerentur $3\frac{1}{8}-3\frac{1}{4}=\frac{1}{8}$; $3\frac{1}{8}-3\frac{1}{8}=\frac{1}{8}$; $3\frac{1}{8}-3\frac{1}{8}=\frac{1}{8}$; $3\frac{1}{8}-3\frac{1}{8}=\frac{1}{8}$; $3\frac{1}{8}=\sqrt{x}$, & $11\frac{1}{16}\frac{5}{8}=x$: Hinc colligitur $2t=\frac{5046075}{18374368}$ non tam magnæ

infra datum numerum 7 differentię; quamobrem altitudo respondens ab eadem formula altitudinum deducatur quæ = $144\frac{193613}{524288}$ ped. a vera quæsita paululum superatur. Hęc

igitur vera (partitã bifariam majoris ac minoris differentię) \sqrt{x} 2 esset

esset quam proxime $144 \frac{3128197}{4194304}$ pedum, major quidem quam

144, at minor quam 145. Atque ita de aliis similibus.

His porro ostensis probandum restat, quod si quis primam solvendi problematis methodum, globo plumbeo diametri tantum semipollicaris ad experientiam usus, adhiberet; non parum discrepantem quæsitæ altitudinis mensuram inveniret, proindeque satis notabiliter a vero propter neglectum profus in calculo aeris impedimentum erraret. Sufficit autem si præcedentis exempli habita ratione demonstremus, pondus requiri ita grave, ut altitudinem pedes 144 excedentem & 145 non adæquantem percurreret citius quam globus ille, hoc est, ut tempus experientiæ daretur brevius intervallo septem semisecondorum. In formula (B) supra, qua numerus 144 ducendus est in $18 + \frac{2t}{4} - 3\sqrt{(36+2t)}$, scri-

batur pro $2t$ valor $\frac{29}{108} + 2\sqrt{9\frac{2}{3}}$ exprimens summam temporum cujusdam ponderis deorsum moti & soni sursum subinde transmissi. Fiet $\sqrt{(36+2t)} = \sqrt{36 + \frac{29}{108} + 2\sqrt{9\frac{2}{3}}} = 6 +$

$\frac{1}{3}\sqrt{9\frac{2}{3}}$ præcise; $\frac{2t}{4} = \frac{29}{432} + \frac{1}{2}\sqrt{9\frac{2}{3}}$; & $18 + \frac{29}{432} + \frac{1}{2}\sqrt{9\frac{2}{3}} - 18 - \frac{1}{2}\sqrt{9\frac{2}{3}} = \frac{29}{432}$, in quem ducto 144, si productum $\frac{29}{3}$ multiplices per 15 ped. habebis 145 pedum altitudinem quæsitæ majorem. Insuper ponatur pro $2t$ in eadem solutionis formula alius valor $\frac{1}{15} + 2\sqrt{9\frac{2}{3}}$; evadent inde $\sqrt{(36+2t)} = 6 + \frac{1}{15}\sqrt{9\frac{2}{3}}$ præcise, $\frac{2t}{4} = \frac{1}{15} + \frac{1}{2}\sqrt{9\frac{2}{3}}$, & $18 + \frac{1}{15} - 3\sqrt{(36+2t)} = \frac{1}{15}$ in quem ductus 144 producit $9\frac{2}{3}$, cujus per 15 pedes multiplicatio dat 144 pedum altitudinem inveniendâ minorem. Atqui duorum temporum, quæ primam solutionem problematis ad has mensuras non omnino congruentes redigunt, utrumque a tempore observato semisecondorum $7 = \frac{84}{108} + 2\sqrt{(9\frac{2}{3} + \frac{1}{8})} = \frac{1}{3} + 2\sqrt{9\frac{2}{3}}$

$+ \frac{1}{\sqrt{50}}$) superari patet. Ergo tempus descensus ponderis ascensusque soni huic primæ solutioni ad inveniendam altitudinem, cujus mensuram inter 145 & 144 pedes cadere ostendimus, conveniens; quum medium quoddam inter ista duo tempora necessario teneat; brevius quoque eodem observato 7 semisec. tempore esse debet: Nec per consequens sine aliquo errore æquale ipsi in hac nostra solutione imponeretur; ad nimiam quippe altitudinis quæsitæ mensuram perduceret. Graviora certe quam est globus plumbeus diametri sex linearum calculo secundæ solutionis commodus, pondera requirit usus calculi solutionis primæ medium ærium penitus liberum supponens.

Ceteram hic operæ pretium est determinare aut in primâ solvendi problematis methodo talem ponderosi globi diametrum, ut illi cadenti aer obvius quam minimum obstat; aut in secundâ methodo aliquam imminutionem motus ab initio descensus sensibilem ob aerem demotum, data globi mole cujus in ima ruentis ictu inflicto sufficiens sonus producat. Quid in hæc quæstione satis abstrusa calculus algebraicus noster Physici nostratis sæpe laudati tentamine & experimentis nixus audeat, sequenti scholio liceat exponere.

Scholium II.

Sunto, quemadmodum supra suo loco diximus,

1. \sqrt{x} quilibet secundorum horariorum numerus:

2. z vel pedis Parisini pars, vel pedum Parisinorum numerus minor quam 15 illi pedes qui per medium vacuum sive omnimode liberum a gravibus deorsum motis perpendiculariter conficerentur unius secundi horarii intervallo. Quæ quidem spatii verticalis quantitas propter impressum aeri depulso motum eodem tempore amitteretur.

3. $(30mx - x - x\sqrt{x}) : 2m$ (C) verticalia spatia quæ intra tempus per minuta secunda computatum \sqrt{x} a ponderibus cadentibus transmitterentur minora in medio ærio quam in vacuo.

4. $(30m - 2 - \sqrt{x}) : 2m + x + 2\sqrt{x}$ esse similia spatia
 $X \times 3$ intra

intra tempus uno secundo addito sumptum majus $1 + \sqrt{x}$, motu continuato ab iisdem ponderibus in aere deorsum peragrata manifeste consequitur.

5°. $(30m - 2 - 3x + (60m - 5) \sqrt{x}) : 2m(L)$ sunt eorum intervalla intra unum secundum horarium decursa, quibus ab invicem differunt spatia in Articulis præcedentibus $\# 6$ $\# 3$ expressa. Illorum autem intervallorum semper maximum dari, post certum motus deorsum continuati tempus, Regula de maximis & minimis beneficio calculi differentialis seu quantitatum indefinite exiguatum propriè adhibita sic demonstrat.

Duo termini formulæ præcedentis (L) variables $-3x + (60m - 5) \sqrt{x}$ mutantur in differentiales $-3x' - \frac{1}{2}(60m - 5) x^{\frac{1}{2}-1}$, id est $-3 + (60m - 5) 2\sqrt{x}$; quibus

positis $= 0$ quoniam maximi nulla est a majori altero differentia, resultat $\sqrt{x} = (60m - 5) : 6 = 10m - 5$ (N) pro numero secundorum horariorum queis ab exordio descensus elapsis grave, ad perpendiculum cadens, intra secundum horæ continuo subsequens percurreret maximum spatii verticalis incrementum. Illo numero in locum \sqrt{x} ejusque quadrato in locum x subrogatis in eadem formula (L) obtinetur hujus incrementi maximi mensura $= ((60m - 5)^2 + 360m - 24) : 24m = (60m - 5)^2 : 24m - 1 : m + 15$ (P).

Nota maximum illud incrementum spatii a gravibus aerem permeantibus deorsum confecti certum esse terminum quem ultra nec usui problematis propositi nec calculo 2dæ solutionis nostræ ullus est locus; ut ex sequentibus patet.

Ad explorandam alicujus præcipitii depressionem, quo modo in hoc problemate præscribitur, haud consentaneum videtur pondera globo plumbeo diametri semipollicaris minora in profundum demittere; ea siquidem requiruntur quæ obstantem aerem facile vincant, & vehementi impetu fundum feriant ut sonus fiat intentior. At talis globus, qui pro minimo aptorum ad hujusmodi experimenta habem-

habendus est, si perpendiculariter in aere decidens transfret spatium non minus quam 973 pedum tunc ad maximum ejus incrementum perveniret. Teste enim experientia a D. Mariotte accuratissime quam fieri potuit habita, globus ille ex quindecim pedibus in vacuo transmittendis initio casus sui unum amitteret in aere: Unde, sicut jam diximus, $\frac{1}{m}$ factum $\frac{1}{m}$ sequitur $\frac{1}{m}$; quo datur $1077 - \frac{1}{8} = 10 - \frac{1}{8} = 9\frac{7}{8}$ scrup. secund. horariis pro tempore \sqrt{x} descensus ad maximum usque spatii verticalis incrementum uno secundo peragendum, nempe ex formula (P) æquale pedum quantitati $\frac{3}{2} \frac{2}{4} \frac{5}{4} - 1 + 15 = 140\frac{3}{4}$ ped. Verum quia perpendicularis 950 pedum altitudo circa Terram habitabilem difficillime inveniretur, & formula superius notata (C) numeris $9\frac{7}{8}$ & $84\frac{1}{3}$ in locum \sqrt{x} & x substitutis præstat $1260\frac{1}{4} - \frac{7}{8} - 427 - \frac{1}{4} \frac{1}{2} = 833\frac{1}{4} \frac{1}{2}$ cujus cum $140\frac{3}{4}$ summa est æqualis $973\frac{1}{4} \frac{3}{2}$ pedibus; liquido constat tale spatium verticale inter altitudines quæ ad problematis propositi usum calculumque secundum attinent, nullatenus comprehendendum esse: quanto magis earum numero excludenda sunt ejusmodi spatia a plumbeis majorum diametrorum globis peraganda.

Nota etiam, idem spatii ad horizontem perpendicularis maximum incrementum esse quiddam comparationis medium; quo, globis plumbeis quarumcunque diametrorum collatis cum globo diametrum sex linearum habente, determinari sat præcise queunt, aut datis eorum diametris quantitas $\frac{1}{m}$ demenda ob aeris impedimentum spatio 15 pedum quod primo descensus verticalis minuto secundo globi illi per vacuum decedentes transfret, aut data ista quantitate ipsorum diametri: donec experientia rem explorare commodum sit. Quæ quidem comparatio hoc nititur principio, quod ejusdem materiei globis intra idem fluidum movendis resistitur in ratione quadratorum (d^2, d^2) ex illorum diametris (d, d) nec resisti posset sine aliquo impulsu, ideoque nisi cum certis velocitatibus (u, v) per quædam spatia (e, e) determinato tempore, id est cum conatu quodam (ed

dd, *sv dd*) qui quum eo tendat ut fluidi volumina soliditatibus globorum immerforum æqualia in ratione d^3 ad d^3 . de loco dimoveat, æquipollet quantitibus seu designari potest expressionibus d^3 , d^3 . quare habetur eudd = d^3 , *svdd* = d^3 . Præterea spatia verticalia (e, s) de quibus sermo nunc nobis est, respondentia, utpote omnium similium maxima, certis velocitatibus (u, v) quæ non crescunt amplius, ipsas velocitates constantes æqualibus temporibus (exemp. cauf iisdem genere ac numero scrupulis horariis) metiuntur. Licet ergo tunc analogice in locum expressionum u, v expressiones e, s substituere; quod dat eu = ee, *sv* = ss, ac consequenter eedd = d^3 , *svdd* = d^3 hoc est reductione facta *ve* = d, *sv* = d; unde tandem colligimus e = \sqrt{d} , s = \sqrt{d} quantitates quarum eadem ratio est atque horum spatioſum, quæ unius secundi tempore per medium vacuum Sphæræ homogeneæ (quales sunt duo globi plumbei diversorum diametrorum 6. lin. & d. lin.) deorsum proprio pondere mota conficerent maximis velocitatibus acquisitis. Secundum itaque principium istud poneretur analogia $\sqrt{6} | \sqrt{d} | | 140$ $\frac{1}{24} | (60m - 5) : 24m - 1 : m + 15$; ex qua eliceretur 1° . $3361\sqrt{\frac{1}{6}}$ $d = 3600m + 1 : m - 240$ (G) ubi per litteram d quæſita globi plumbei diameter in partibus unius pollicis duodecimis seu certo linearum numero exprimitur; at per litteram m nihil aliud significatur quam numerus, qui ex nota vel data $1 : m$ pedum aut partium pedis infra 15 quantitate resultat quemadmodum superius explicavimus:

$$m^2 \quad \left. \begin{array}{l} 2^\circ. \quad -\frac{3361\sqrt{\frac{1}{6}}}{3600} \sqrt{\frac{1}{6}} d \\ \quad \quad \quad -\frac{1}{15} \end{array} \right\} m + \frac{1}{3600} = 0 \text{ (H) in qua}$$

æquatione secundi gradus, suppositis brevitatis causa $3361\sqrt{\frac{1}{6}}$ $\frac{1}{6} d = q$ & $3600 = r$, habetur $m = \frac{1}{30} + \frac{q}{2r} + \sqrt{\left(\left(\frac{1}{30} + \frac{q}{2r}\right)^2 - \frac{1}{r}\right)}$; estque d notus numerus linearum aut partium lineæ diametrum globi dati constituentium, massa ex plumbo conflata.

Exemp. Quæritur, cujusnam diametri esse debet plumbea sphaera, ut in primo verticalis casus secundo horario, pro-

propter aeris impedimentum, ex 15 pedibus in vacuo confi-
ciendis aeris amitteret; sive ut per aerem propria gravitate
perpendiculariter præceps, 12 tantum pedes Gallicos prima
minuti horarii parte sexagesima percurreret. Statua-
tur $\frac{1}{m} = 3$; fit $m = \frac{1}{3}$, quo subrogato in precedente æqua-
tione specifica (G) emergit particularis $3361 \sqrt{\frac{1}{6}} d = 1200 + 3$
— 100, id est $\sqrt{\frac{1}{6}} d = \frac{96}{3361} r$: Hinc Sphæræ propositæ diame-
ter invenienda cognoscitur esse $d = \frac{5564214}{1129832} r$ unius lineæ;
paulo plus quam pars ejus tertia, & aliquanto minus quam
dimidia.

Eadem methodo sed diverso prorsus exemplo inveni-
endum sit, quam haberet diametrum globus plumbeus, cujus
suo pte pondere aerem permeantis motus sic ab initio retar-
daretur, ut prima primi minuti horarii sexagesima spatium u-
na tantummodo centesima pedis parte a pedum quindecim
longitudine differens pertransfret. Propter datum hic
 $1 : m = \frac{1}{100}$, scribens numerum 100 pro littera m , æqua-
tionem specificam supra affectam nota (G) mutabis in pec-
uliarem $3361 \sqrt{\frac{1}{6}} d = 360000 + \frac{1}{100} - 240 = 359760 \frac{1}{100}$
unde colliguntur $\sqrt{\frac{1}{6}} d = 107 \frac{13301}{336100}$ & $d = 68744$
 $\frac{45489736003}{35481605000}$ lineis, quæ sitæ diametri mensura notatu
digna, quippe quæ hexapedas 79, pedes 3, pollices 4, & line-
as $\frac{846489736003}{35481605000}$ adæquaret. Certe globus plumbeus
hujusce diametri ea mole foret, ut ad usum problematis pro-
positi, non magis, imo multo minus quam primus supra in-
ventus diametrum dimidia linea minorem habens, accom-
modari posset. Hic enim enormi crassitie, ille nimia exili-
tate prorsus esset inutilis. At hic considerare ambos li-
cet tanquam extremos, quos ultra citraque nullus ~~unus~~ glo-
bifis materiei præter aurum ponderosissimæ huic Longi-
trix experimento idoneus. Etenim molem habeat non tan-
tum portatu facilem verum etiam ad ictum valide infligen-
dum aptam, cui præterea decidenti medium aerium quam-
parum obstat, necesse est. Si quos ergo experientia conve-
nientes reperire est, medii inter illos duos, ut competere vi-
debitur, assumendi sunt.

Yy

At

At sufficiat hic nobis nostri Galli beneficium ostendere, pro globis plumbis in pollices duos præcipites quatuor auctos uno semisse longam habentibus, cui segmentum non minus quam vel semissem vel triens pedis ob aeris impedimenta demendam esse spatii verticali quod propria gravitate præcipites primo casus sui circulo secundo percurrerent.

Detur 1°. diametri quantitas $d = 2 \text{ poll.} = 24 \text{ lin.}$
 Fiet $\sqrt{\frac{1}{8}} d = \sqrt{\frac{24}{8}} = 3$; qui numerus æquationem superius affectam nota (H) mutat in $m^2 - \frac{3481}{1800} m + \frac{1}{3600} = 0$; unde concluditur $m = (3481 + \sqrt{1213761}) : 3600$; cujus præcisus valor inter $\frac{133881}{3600}$ & $\frac{133882}{3600}$ cadens, paululum superat numerum $1\frac{1}{2}$ paululumque superatur a numero 2: Quadratus enim perfectus 12117361 ex radice 3481 est major, perfectus vero 12110400 ex radice 3480 est minor quam imperfectus 12113761. Ita ut hoc casu imminutio $\frac{1}{8}$ unum pedis semissem paulisper excederet. 2°. autem ponamus $d = 4\frac{1}{2} \text{ poll.} = 54 \text{ lin.}$ tunc habebimus $\sqrt{\frac{1}{8}} d = \sqrt{\frac{54}{8}} = 3$, atque inde eandem æquationem (H) supra generaliter inventam reducemus ad particularem $m^2 - \frac{3441}{2400} m + \frac{1}{3600} = 0$ quæ resolvitur in $m = (3441 + \sqrt{1183881}) : 2400$ valoris inter $\frac{22081}{2400}$ & $\frac{22082}{2400}$ positi, id est, majorem quam $2\frac{1}{2}$ ac minorem quam 3; quandoquidem quadratum imperfectum 1183881 perfectus 11840481 ex radice 3441 factus superat, & ab eodem imperfecto perfectus 11833600 ex radice 3440 genitus superatur. Pari modo de reliquis similibus, si opus sit, inquiri poterit; quorum moles multo magis augeri quam impedimentum aeris minui deprehendet qui requiret: Quod profecto ad usum problematis propositi promovendum minime confert.

Quapropter omnibus perpenfis hocce Longimetria problema physico-mathematica subtilitate potius quam physico-mechanica utilitate notabile mihi videtur. Et facile adducor ut credam, illud a doctissimo Autore libri cui titulus est *Philosophia naturalis principia mathematica*, Geometris propositum fuisse, ob eam præcipue causam, quod in suo

fra genere, non minus quam alia non pauca, Naturam, et si
 que sagacissimis hominum investigationibus inac-
 Geometricam esse manifeste ostendat.

Mense Mayo Anno 1711.

*JACOBI PERIZONII ORIGINES BABY-
 lonica & Aegyptiaca Tomis II. Quarum Prior Babylo-
 nis & Turris in Terra Sinear exstructa, ac disper-
 sionis hominum ex ea rationem ac historiam
 continet.*

Lugduni Bat. apud Joannem van der Linden, Jun. 1711, 8.
 Alph. 2 plag. 14.

DIu jam est, quod Babylonicas has origines Cl. Autor
 Dissertationibus aliquot Academicis per partes edidit.
 Quum vero perplacuerint Lectoribus, & ex officina omnes
 brevi fuissent distractæ jamque dudum haberi amplius non
 possent, multorum rogatu in unum collectas, & hic illic
 variis accessionibus auctas, in publicum dedit. Sed dum
 in rebus antiquissimi temporis investigandis, quæ spisis un-
 diquaque tenebris sunt obsitæ, nec idoneis semper testibus
 probari possunt, versatus est, accidit sane, ut, dum omnia
 diligenti meditatione, & secundis, ac sæpe tertiis curis, cir-
 cumspexit, multa mutaret, nec spernendam addendorum
 segetem extremo libri adjiceret.

Originem igitur & antiquitatem investigans Urbis Ba-
 bylonicæ, quam a Nimrodo conditam esse censet, observat,
 Callisthenianam annorum c13. 100000 III summam, qua ob-
 servationes siderum Babylone factæ, & a Philosopho Calli-
 sthene, in ista Chaldæorum urbe inventæ, continebantur;
 S. Scripturæ bellæ congruere, Chaldæorum vero immensæ
 antiquitatis ostentationem vanissimam esse. Locum Plinii
 H. N. L. VII, 56, ubi Babylonii 480 duntaxat annorum obser-
 vationes siderum habuisse dicuntur, mendosum, & adjecta
 numeri millenarii nota, quæ facile excidere potuerit, emen-

Cap. I. p. 5.

- p. 13.
17. dandum esse censet. Cap. II hanc sententiam contra Marshamum & Dodwellum, tum Stadeljurn & Clericum, qui Callisthenianam annorum summam asserunt, ostendunt, atque falsam illam Berosi ex corrupto Minii loco nunc recipiunt, uberius confirmat. Cumque Marshamius Callisthenianam summam propterea rejiciat, ut exinde confirmet suam de recentissima Babylonis origine sententiam, qua ad Nabonossari aetatem, qui vixit ultimorum Israelis Regum tempore, eam deprimit, Cl. Perizonius Cap. III ostendit, Babylonis Urbis & Regni mentionem in S. Scriptura dudum ante Nabonassarum fieri Genes. X, 11, ubi Babel dicitur *Regnum Nimrodi*, vel principium regni ejus, h. e. prima urbs. Quem locum Cap. IV ex professo explicat, ostenditque, Assur istuc filium Semi, Assyriaci nominis & gentis conditorem, non terram notare. Mosen enim, cum per parenthesis quandam & prolepsin retulisset Babelis regnum, & conditorem ejus Nimrodum, opportunissima parenthesis subjecisse continuo Niniven quoque, & ejus conditorem Assaram Semitam, ut cum initiis regni Babylonicis & Babelis conjungeret initia regni Assyriaci, & Ninives, urbis fama & potentia Babeli in eodem terrarum tractu aequalis. Cap. V profanos enarrat scriptores, qui Babylonicam urbem a Semiramide, vel a Belo, scilicet Babylonicis, conditam esse. Multi enim & diversarum gentium fuerunt Beli, & antiquiorum & recentiorum plerique male confundunt. Cap. VI locum ELXXIII, 13 contra Marshami expositionem probe vindicat. Tandem Cap. VII sententiam Dicaearchi apud Stephanum Bizantinum in voce *Χαλδαίος* de origine Babylonis examinat, docetque, eam non esse eandem a Semiramide sed forsan ornata & ampliata, conditam autem esse potius secundum plerosque, & fide digniores scriptores a Belo antiquissimo, seu Babylonio, quem ipsum Nimrodum esse, Cl. Autor noster opinatur. Eadem enim magna ex parte de Belo hoc retulit Alexander Polyhistor apud Eusebium Praep. Ev. IX, 18, quae de Nimrodo tradit S. Scriptura, & quae veram occasionem rationemque conditae sive Urbis, sive Ar-
30.
33.
39.
45.
53-36.
58.
64-84.
87.
89.
94.
- cis

cis & Turris, ubertim exsequitur Genes. XI, 1-9, quam Mo-
 fice historię laciniā eruditissimus Perizonius Cap. VIII
 fere interpretatur. Ubi per **וְכָל־בְּנֵי־נֹחַ** omnes omnino homi-
 nes designari putat, qui tunc exstabant, pariter in terra Sine-
 ar habitantes in unius gentis aut populi speciem, & male ex
 illa multitudine ædificantium excludi Semum & Heberum
 cum Nocho, licet hi forsā cum voluntatis divinæ demun-
 ciatione discesserint, & Sanaan atque Nimrodus in extru-
 enda turri, contra consiliū & sententiā Noachi, præcipui
 fuerint autores, ita ut hic ab ista rebellionē dictus fuerit
 Nimrodus. Credit enim doctissimus Autor, hoc infausti
 sensus qualique ominis nomen filio recens nato a Parenti-
 bus non fuisse impositum, sed hominem hunc utpote fero-
 cem venturorum & sodalium comitatu succinctum semper
 in ore habuisse & ingeminasse, ad reliquos ad rebellionem
 excitandos, illud **נִמְרוֹד נִמְרוֹד** *rebellemus rebellemus*, atque
 inde postea ab aliis, etiam ab ipso Mose, hoc vocabulo tan-
 quam proprio nomine designatum. Cujus rei ex sacris &
 profanis litteris varia exempla profert, ut ostendat, scripto-
 res sæpe cognomen, alicui ex casu quodam impositum, pro
 pristino, & proprio ejus nomine usurpare. Nec præterea
 illam hominum dispersionem in familias & societates ingen-
 tis poenæ loco habendam, sed simpliciter esse effectum vo-
 luntatis divinæ. Idem etiam affirmat de linguæ pristinæ
 mutatione. Cap. IX contra Philonem Judæum, qui histori-
 am turris extruendæ allegorice exposuit, & contra Her-
 mannum von Der Hardt, qui a Philonenon longe abscedit,
 probat, illam literaliter & historice accipiendam esse, id-
 que confirmat ex stylo, & ex Scriptoris consilio, atque ex
 historica facti veritate. Cap. X in consilia Noachidarum
 inquit, & in causam, cur *facere sibi voluerint nomen, ne
 dispergerentur in superficiem omnis terræ*, investigat, quale
 intelligatur nomen, quod idoneum sit, ad cavendam talem
 dispersionem hominum tunc viventium. Tandem confuta-
 tis aliorum interpretum sententiis Cap. XI suam exponit,
 consuetque, **נִמְרוֹד** hic significare non *Nomen*, sed *signum, mo-*

96.

21.

121.

123.

125.

127.

233.

135-136.

137-139.

161.

168.

193.

terent, amolitur *Gen. 11*, quod *Lucretius* vertit *convallum* de
æquabili terra planitie exponit, contenditque, in extru- 250, 251
ne turris nihil vitii hæsisse, peccasse tamen Noachidas 258.
contra voluntatem Dei & præcepta Noachi voluerint, con- 260.
juncti manere & dispersionem impedire, & inde esse rebel- 262.
lionem Nimrodi. *Confusionem labii* non fuisse pœnam, sed 263.
instrumentum, quo Deus, pios ab impiis segregare yolens, 269.
homines ab se invicem coegerit secedere. Porro nequa-
quam fuisse subitam complurium novarum linguarum pro-
ductionem cum veteris oblivione, sed veram & propriam 274.
sermonis confusionem, quacunque demum ratione illa ex-
stiterit, nec perpetuam sed ad tempus duntaxat adhibitam, 275.
ut homines ad secedendum coeret. Ultimo tandem Ca-
pite XIV ostendit, quo tempore hæc dispersio vel successio 280.
acciderit, aliaque quæ huc pertinent, confutatis dissentien-
tium argumentis, docte ornateque exponit. Ita vero Nim-
rodus in terra Sinear mansit, & regnum ibi condidit, suisque
successoribus reliquit. Hoc præter Scripturam S. *Josephum* 325.
& *Aben Esram*, affirmat *Syncellus* p. 42, memoratque p. 90,
92 *Chronograph.* ex Africano & *Alexandro Polyhist.* primos
post diluvium Babyloniorum Reges septem numero, quor-
um princeps *Evechous*, qui in Scriptura dicatur *Nimrod*.
Quibus *septem* dein successerint in Chaldaico hoc regno *sex*
Arabum Reges, quorum ultimus victus & principatu deje-
ctus fuerit a *Nino Assyrio*. Hanc sententiam *Cl. Autor* 325.
contra *Salianum*, qui hos Reges inter *Nimrodum* & *Ninum*
interjectos rejicit, *Ninum*que statuit *Nimrodi* filium, uberius
confirmat. Ceterum Arabibus illis debellatis *Babylonem* 326.
sibi subjecisse *Assyrios*. Ast horum illam jugum rur- 328.
sus excussisse, incertum quando. Certum illud ex *Epocha*
Nabonassarea, habuisse eam urbem circa initia *Olympia-*
dum Chronologicarum, aut *Romæ conditæ*, proprios iterum
Reges, quod ipsum liquet ex *Merodacho Baladanis F.* qui ad
Ezechiam legatos misit 2 Reg. XX, 12, Es. XXXIX, 1. Ve-
rum hi Reges non adeo diu adversus invalescentem tunc ma-
xime *Assyriorum* potentiam tunc se potuerunt. Nam jam
tem-

190. *numentum, indicium.* Et turrim coeptam esse extrui, ut esset signum, & quasi Pharos pastoribus per longinqua locis redendi ad suam urbem. Cum vero, ipse
202. Autore; vix ullum in S. Scriptura reperitur exemplum, praeterquam in hoc Geneleos loco, ubi **DS** pro **DS** positum, Vir doctissimus in ea significatione probanda eademque ex etymologia, lingua Graeca, aliisque fontibus eruenda totus est, contenditque, **Σημα** Graecorum idem plane esse, quod Hebraeorum **DS**. Tandem Cap. XII ostendit, quam opportuna huic Geneleos loco sit haec interpretatio, & quam pulcre per eam omnia cohæreant, quæ ceteroqui nullam plane habebant connexionem. Nimirum turri extruenda, homines istos fecisse sibi **Σημα**, quod eum habebat usum, ut eminus conspectum pastores in longinquis locis securius jam cum pecoribus suis errantes, facile semper reduceret ad sua, & ita caveret, ne illi hisce erroribus, in pacendis pecoribus usu venire solitis, in perpetuum ab se invicem divellerentur ac dispergerentur, quod evenire facillime, in isto praesertim tempore & regione ista, poterat, si minus exstructa hæc turris fuisset. Ea itaque gratia turrim hanc dici *caecumen* habituram *in celo*, hoc est altissimam futuram, nempe ut undique e longinquo maxime spatium conspici posset in terra illa æquabili & quaqua versum plana. Prorsus uti Pharos, turris item altissima, exstructa fuerit in insula cognomine, Alexandriae opposita, ut lumen ex ea preberetur navigantibus. Istam igitur turrim, e longinquo conspectam impedivisse putat, ne homines nimium ab urbe aberrarent, & præda fierent ferarum, quæ olim homines & armenta valde infestabant. Nec dubitat, quod Nimrodus eo tempore venando & conficiendo ferarum bestias summam inter istos homines potentiam & auctoritatem Regiam sit consecutus, quia Genes. X, 9 dicitur fuisse **תבואה** *potens venatione coram Deo*, id est, quam maxime potens, per hoc de Graecis Heroibus constat, eos per venationem & conficiendo ferarum evasisse. Cap. XIII dubia, quæ contra hanc sententiam moveri poterant,
- 214.
- 222.
- 224.
- 230.
232. 239.
- 234.

terent, amolitur. **250.** quod Iunius vertit *convallens* de 250, 251
 zquiblibet planis exponit, ostenditque, in exteris 258.
 no vitium illi fuisse, peccatum tamen Noachides 260.
 contra Deum & procerum Noachi voluerint, con- 262.
 junctam dispersionem impedit, & inde esse rebel- 263.
 lionem Nimrodii. *Confusionem labii* non fuisse peenam, sed 269.
 instrumentum, quo Deus, pios ab impiis segregare volens,
 homines ab se invicem coegerit secedere. Porro nequa-
 quam fuisse subitam complurium novarum linguarum pro-
 ductionem cum veteris oblivione, sed veram & propriam 274.
 sermonis confusionem, quacunquedemum ratione illa ex-
 stiterit, nec perpetuam sed ad tempus duntaxat adhibitam, 275.
 ut homines ad secedendum cogeret. Ultimo tandem Ca-
 pite XIV ostendit, quo tempore hac dispersio vel successio 280.
 acciderit, aliaque quæ huc pertinent, confutatis dissentien-
 tium argumentis, docte ornateque exponit. Ita vero Nim-
 rodus in terra Sinear mansit, & regnum ibi condidit, suisque
 successoribus reliquit. Hoc præter Scripturam S. Josephum 325.
 & Aben Esram, affirmat Syncellus p. 42, memoratque p. 90,
 92 *Chronograph.* ex Africano & Alexandro Polyhist. primos
 post diluvium Babyloniorum Reges septem numero, quo-
 rum princeps Evechous, qui in Scriptura dicatur *Nimrod.*
 Quibus *septem* dein successerint in Chaldaico hoc regno *sex*
 Arabum Reges, quorum ultimus victus & principatu deje-
 ctus fuerit a Nino Assyrio. Hanc sententiam Cl. Autor 325.
 contra Salianum, qui hos Reges inter Nimrodum & Ninum
 interjectos rejicit, Ninumque statuit Nimrodi filium, uberi-
 us confirmat. Ceterum Arabibus illis debellatis Babylo- 326.
 nem sibi subjecisse Assyrios. Ast horum illam jugum rur- 328.
 sus excussisse, incertum quando. Certum illud ex Epocha
 Nabonassarea, habuisse eam urbem circa initia Olympi-
 dum Chronologicarum, aut Romæ conditæ, proprios iterum
 Reges, quod ipsum liquet ex Merodacho Baladanis F. qui ad
 Ezechiam legatos misit Reg. XX, 12, Es. XXXIX, 1. Ver-
 um hi Reges non adeo diu adversus invalescentem tunc ma-
 xime Assyriorum potentiam tulerunt. Nam jam
 tem-

tempore Manassis sui Euerhii filii, & Alarhadden, Rex
 Armeni, Babylonia perierunt. Atque
 eodem tempore Assyrus debellavit, & Niven
 jugum Assyrorum anno abiecerunt, sed & Medo-
 rum cum Medis quasi dividerunt, & reliquias partem tractu
 Asiae versus Orientem, ipsi omnia, quae Assyrii tenebant in
 Occidentali parte Asiae, sibi vindicarunt. Ita vero ad Medos
 tunc & Babylonios validissima illa Assyriorum monarchia
 transit. Sed ut mundus non potest ferre duos Soles, ita ne-
 que duo illa imperia diu ferre potuit una Asia, quin inter se
 colliderentur. Tum vero Babylon, expugnata a Medis &
 Persis, in horum dein potestate mansit, usque dum una cum
 iis in ditionem Alexandri M. concessit. Post quem a Seleuco,
 condita Seleucia, & spoliis Babyloniae ornata, ac a succes-
 soribus ejus, Regibus Syriae, prorsus est neglecta & exhausta,
 & sic deinceps in solitudinem ac vastitatem paulatim reda-
 cta, in qua ad hanc usque tempora mansit, ostentans tantum
 antiqui splendoris reliquias, rudera, & muros. Nam quae
 nunc vulgo Babylon dicitur, Bagdad est, ab Almanfore, Ara-
 bum seu Saracenorum Principe, condita anno Christiano
 DCCLXII. Haec de Cl. Autoris *Originibus Babylonicis*:
 de ejusdem *Originibus Aegyptiacis* proxime in Actis dice-
 mus.

p. 129.

SECRET MEMOIRS OF ROBERT DUDLEY,
 Earl of Leicester.

h. e.

HISTORIA ARCANAE ROBERTI DUDLEY,
*LEICESTRIÆ Comitis, ex MS. edita, cum Prae-
 fatione IO. DRAKII.*

Londini, apud B. Braggiam, 1706, 8.

Plag. 17.

Commentarii hi, Leicestriae Comitis, qui princeps & pater
 Magnae summae apud Elisabetham, Angliae Regiam,
 gratia

gustat, in unum duntaxat alterumve annum incidentes, complexi, atque ipso adhuc supersite & nondum ad præfecturæ Batavæ dignitatem evecto, literis consignati, nostro demum seculo, obstetrici-
as manus admovente Cl. Drakio, in publicam lucem prodierunt. Hic enim ad fidem antiqui codicis, manu exarati, eos descripsit, suaque Præfatione locupletavit. Plurima omnino memoratu digna, nec alibi facile obvia, de Comitibus nostri ambitione intolerabili, fatis, machinationibus, clandestinisque consiliis, potentia maxima, nimio Reginæ erga eum favore, atque hinc resultantibus periculosis rebus in illis tradita atque ab oblivione vindicata fuerunt. Quam vero Autorem libelli hujus a partium studio minime alienum, sed juratum Dudlei hostem fuisse, manifestissimis indicii constat, doctissimus Drakius in luculenta, quam Præfationis loco subjunxit, Epistola æquissimi partes arbitri explendas, Comitemque ab injuriis & maledictis, temere ac præter meritum a nonnullis Scriptoribus haud raro in illum conjectis, aliqua ex parte vindicandum duxit. Initio itaque Hugonem Grotium & Famianum Stradam, Annalium Belgicorum conditores non incelebres, illum quidem Batavis, hunc vero Hispanis obnoxium, violatæ fidei historica palam accusat, eosdemque Comitibus, & Anglorum, quibus ab Elisabetha novæ Batavorum Reipublicæ in subsidium missis hic præerat, militum in Fœderati Belgii ordines merita non mediocria astute & invidiose sæpius reticuisse, acriter conqueritur. Sigillatim vero Illustris Grotius, Anglicæ nationi infensor, ac popularium suorum ingrati erga Anglos animi crimen variis coloribus, Drakio iudice, palliare studens, Dudleium egregium nuncupavit *virtutum simulatorem, qui invisos suæ gentis spiritus haud ingrata comitate vetavit*. Paulo iniquius autem de eo judicavit Strada, Lojolarum ordini adscriptus, ac venalem Hispanis calamum commodasse non injuria visus, qui, *versatilem Comitibus solertiam, qua fuerit histrio multarum partium, facile ad aliorum mores, & vota, factitium ingenium circumflexisse*, scriptum reli-

quit. Utriusque igitur judicia a partium studio profecta Cl. Drakio audiunt, propterea, quod Leicestriæ Comes, compluribus ac singularibus virtutibus conspicuus, politicarum rerum callentissimus fuerit, non male de Batavis, quorum præfectus recens creatus erat, promeritus. Inerat enim, ipso Grotio diffiteri non auso, vultui sermoneque amœna quædam majestas, qua animos hominum mirifice sibi conciliavit, atque inprimis Fœderati Belgii populum univèrsum, cum sacri ordinis hominibus, in partes suas petrahere novit. Quorum favore suffultus, fœderatum Belgium, Hispanici jugi pertaxum, in potestatem suam facile redigere potuisset, si per Reginam suam, in tanto fastigio Comitem collocari haud passam, integrum hoc ipsi fuisset. Cujus rei varias rationes affert Cl. Drakius, quarum præcipua hæc est, quod Regina Imperium in Batavos ingenti animo recusasset, nec Angliam, illis in clientelam receptis, difficili ac diuturno bello cum Hispanis gerendo exponere voluisset, Grotium autem, *Elisabetham quorundam non effugisse suspiciones, quasi consensu publico delatum honorem, & recusatam, plebis ac militum seditionibus debere maluisset*, scribentem refutat, & diversum luculenter demonstrat. Quicquid hujus sit, Elisabetha, si Drakio credimus, Leicestriæ Comitem summæ rerum in Batavia præesse noluit, ne ex subdito princeps factus spem conjugii secum ineundi, de quo diu cogitaverat, aleret aut sustentaret. Fatetur enim, omnes historicos, tam exteros, quam domesticos, in eo consentire, quod Regina uxore potiundi spe fretus Comes, varia crimina, quæ copiosius in hisce commentariis percensentur, perpetrare non dubitavit. Quæ inter præcipua extiterunt cædes uxoris suæ & Essexiæ Comitissæ, ingenti sævitia peractæ. Illam enim cruenta morte interemptam ambitioni; hunc vero veneno sublatum libidini sacrificavit. Tum vero Simierum, Alenconi Principis Francisci ad Elisabetham legatum, qui matrimonium ejus, cum Essexii vidua, nefarii facinoris conscia, secreto initum, Regiæ manifestaverat, per sicarios interficiendum curavit: quod a Mezerzo quoque, quocum Commentarii

nostri

MSS. communicati esse videntur, in vita Leicestriæ
 Comitis servatum fuit. Ceterum ~~liber~~, magno numero
 a Commentariorum conditore, scriptore incerto, & implaca-
 bili erga Comitem odio flagrante, adductos, pariter a Dud-
 leo interfectos fuisse, Drakius negat, nec contemnendas Co-
 mitis Leicestriæ vindicias subministrat. Chatillioneum enim,
 Romanæ Sedis purpuratum, non Dudlei insidiis, sed Aula
 Gallicæ jussu, sive ad minimum Ligisticæ factionis artibus,
 necatum fuisse, pertendit. Autorem vero libri hujus ma-
 ximopere commendat, nec stili solum elegantiam ac perspi-
 cuitatem, quanta eo tempore expectari poterat, sed rationum
 quoque pondus, judicii acumen, observationum præstan-
 tiam, ac vaticiniorum veritatem in eo prædicat vehemen-
 terque laudat. Interea non parum miratur, de tantis faci-
 noribus, ab Anonymo memoratis, Anglicorum Annalium
 scriptores nullam mentionem injecisse, cujus perpetui silen-
 tii principem causam allegat, quod Dudleus, verissimus li-
 terarum stator, eruditos homines impense foverit, sibiq; tam
 obzatos fecerit, ut memoriam ejus apud posteros inquinare,
 religioni duxerint. Deinde vero putat, neminem de Lei-
 cestriæ Comite minus honorifice scribendo, nepotem hujus,
 Philippum Sidneum, ab omnibus summa veneratione cul-
 tum observatumque, irritare ausum. Interim non omit-
 tendum, quod Drakius noster de pervetusto quodam Anglo-
 rum libro, Germanis quoque satis noto, qui Historia Reinardi
 Vulpis, *History of Reynard the Fox*, inscribitur, commemo-
 rat. Existimat enim, hunc librum nihil aliud, quam Lei-
 cestriæ Comitis ejusque Familiæ Historiam ἀντιγραμμάτως
 & obscure descriptam comprehendere, additque, multum
 lucis ex nostris Commentariis nominatæ Historiæ, si diligen-
 tius paullo cum ea conferantur, conciliari posse. Rara ce-
 teroquin Comiti nostro hæc contigit felicitas, quod perpe-
 tua apud Reginam gratia floruerit, atque invidenda auctori-
 tate præditus, vitam cum morte commutarit. Scite enim
 eleganterque Mezeræus Gallus ait, omnes splendidissimis
 totius regni muneribus præfectos ipsi tanquam Promotori ac

benefactori suo adhaesit, ipsamque Elisabetham, canini instar occultis artibus carere tenuerit, in custodia ab eo servatam fuisse. Singulari itaque clementiae ac dexteritati adscripsit Drakius, quod horum negotiorum administratio sollicita, & per habuerit faventissimam, quum plurimi fidei tate olim constituti ingloria & cruenta morte perierint. Quod non solum ex Anglicana Historia domesticis Gaveloni, Spencerorum, Thomae Wolfei aliorumque exemplis; verum etiam ex Gallorum annalibus, Ancrei deplorando ac tristissimo ex hac vita exitu, ab eruditissimo Le Vassor, quem merito Drakius dilaudat, novissime in Historia sua descripto, confirmat, ac tragico hoc casu, ad ductum Vassoris memorato, Praefationi finem imponit.

Opera autem pretium fuerit, libellum ipsum cursim perlustrasse, ac nonnulla ex eo in usus nostros transtulisse. Autor itaque illius, Dudlei characterem daturus, hominem Deo hominibusque invisum, ac conspirationibus adversus regium sanguinem factis infamem vocat, quem Deus, justo judicio Anglorum peccata puniturus, superstitem esse voluerit. Deinde unicum Henrici VIII filium, Eduardum Regem Dudlei scelere vitam amisisse, haud obscure prodit. In neculis autem & subtili veneno e medio tollendis adversariis suis, ac pulcherrimarum mulierum, quas deperire solebat, maritis, Itali cujusdam, praesignis miscendorum venenorum artificis, opera usum fuisse, ipsumque se vitia & libidinis non Sardanapalum modo, & Neronem, sed Heliogabalum, Darii nomen propter luxuriam adeptum, quoque longe multumque superasse, refert. Fidem enim facit, in explenda venere illum neque affinitatis, neque consanguinitatis, neque religionis, neque famae, neque honestatis rationem habuisse, sed filiorum, cognatorum & amicorum uxores, aut filias corrumpere non dubitasse, ratum, matrem pariter filiasque amare, idem esse, ac gallina ejusque pullis vesci. Quamobrem, Nostro arbitro, promeruit epitaphium, Heliogabalo post mortem poni jussum, quod ita habet:

[REDACTED] *est indomita & rapida libidinis carulus.* De p. 40
[REDACTED] potentia nimia, atque autoritate, qua polluerit, lo- 56.
[REDACTED] regnum illo vivo Leicestrensem Rempubli-
 cam commodum appellari potuisse, confirmat. Academia 86.
 Oxoniensi Cancellarii nomine cum summa ac regiam ex-
 quante potestate praefectus Leicestriae Comes, summa imis
 miscuisse, tyrannidemque cujusdam Phalaridis, aut Tarta-
 rorum principis, exercuisse perhibetur. Naturali enim qua- 97-
 dam animi propensione in homicidia, proditioes, crude-
 litatem, ambitionem, immensum, si Autori credimus, fere-
 batur. Ad extremum, ut vitiis horrendis profus obrutum
 Comitem fuisse evincat, perditissimos quosque homines, 86-
 Atheos, excogitandarum pessimarum artium artifices, Italos
 Judaeosque, venenorum parandorum peritissimos, & leno-
 nes denique lenasque, in procurandis abortibus & corrup-
 pendis fomosisissimis mulierculis exercitatisimas, immensis
 sumptibus conductos, operas suas ipsi addixisse, memoriae
 prodit. Ab his autem reliqua non multum abeunt, quorum
 commemoratione longiori jam superfedemus. Ex memo-
 ratis enim B. L. facile perspiciet, Autoris institutum eo cum-
 primis spectasse, ut ne minima virtutum, quibus alioquin
 Dudleus non destituebatur, mentione facta, non tam Histo-
 riam, quam Invektivam, omni conviciorum genere refer-
 tam, Orationem in Leicestriae Comitem, quem Vatiniano
 odio prosequutus est, literis consignaret.

JOANNIS GEORGII ECCARDI, HISTOR-
 in Acad. Julia Prof. Historia Studii Etymologici
 linguae Germanicae hactenus im-
 pensis.

Hanoverae, apud Nicolaum Foersterum, 1711, 8-

Plag. 21.

Qum origines atque antiquitates linguae Germanicae
 magno opere sive Lexico Etymologico illustrare sibi

Zz 3

pro-

proposuerit celeberrimus *Eduardus*, qui jam olim præstantiam ætymologica rei peculiari diffinitione monstravit, brevem hanc traditionem præmittit, bitratus est, in qua, ordine temporis utcumque observato, plerosque recenseret auctores, qui etymologo Germanico utiles esse possint. Et capite quidem primo in originem studii etymologici apud Germanos inquirens, etymologias vocum a Germanis & Gallis non ante peculiari studio investigatas fuisse ostendit, quam Nominalium secta invaluerit, & in consideratione vocum operæ pretium posuerit. Sed misere eos & hic hallucinatos exemplis quibusdam probat, inde sub finem XV & XVI seculi, *Rudolphi Agricolaë* & *Daleburgii*, *Wormatiensis præfulis*, cura meliorem quodammodo studii hujus conditionem factam, arctamque linguæ Germanicæ cum Græca cognationem tum agnoscere cœpisse, capite II refert, eaque occasione de iis, qui linguam Germanicam cum aliis compararunt, agit, *Megiserique* inprimis thesaurum polyglottum commendat. Simulque *Rudbeckium juniorem* in epistola ad *Wallisium* 1703 scripta *Lexicon polyglottum* promississe, in quo variarum linguarum cum Hebræa convenientiam sibi demonstrandam sumserit, narrat. Eaque occasione eorum, qui vel omnia ex Hebræis, vel Germanica ex Græcis deducere conantur, sententiam, & *Eduardi Bernardi*, qui Septentrionales linguas ex Slavonico Armenioque idiomate ortas sibi imaginatur, errorem tangit. Hinc capite III *Hermannum Comitem Nuenarium* celebrat, & cap. IV eos, qui nomina Germanorum propria exposuere, recenset, *Aventinique*, *Lutheri*, *Gesneri*, (cujus opus MScr. cum aliis reliquiis *Goldasti* in *Bremensi Bibliotheca* adservari notat,) aliorumque complurium labores commendat: conficique a solerti critico ad talium nominum ductum perfecta veterum Teutonum ethica posse arbitratur, cum pleraque ad animi corporisque aut patriæ communis gentisque felicitatem respiciant, non vero, secundum nuperi cujusdem Auctoris personati sententiam, ab ursis, apris, lupis & similibus descendant, quamvis tamen

super-

nomina illa cum Hebraicis, Græcis & Latinis
 commutata esse doleat. Cap. V de Beati Rhenani extantibus,
 Aventini deperditis laboribus, & occasione Viti Amerbachii
 (cujus cum Occonibus commercium literarium, circa anti-
 quitates & numos fere occupatum, se apud Jo. Nicolai
 Professore Tubingensem vidisse refert) de variis legum &
 capitularium veterum editoribus, unde magnam lucem res
 Germanorum etymologica accepit, disserit, ibique Morho-
 fii, nullum Pithœi glossarium prodiisse putantis, errorem
 monstrat, deque Frisonum legibus quædam notatu digna
 profert; & minus accuratam speculi Saxonici versionem a
 Zobelio procuratam reprehendit; denique illustrem Eybe-
 nium jam in eo esse nunciat, ut corpus constitutionum & le-
 gum fundamentalium Imperii Romano-Germanici in pu-
 blicum edat. Cap. VI eorum notitiam exhibet, qui Gothorum
 linguam illustrarunt, atq; argentei codicis Evangeliorum hi-
 storiam tradit. Cap. VII illos exponit, qui Gallicam linguam
 Germanicæ originis esse ostenderunt, atque simul demon-
 strat, quomodo contemptus linguæ nostræ in exteris sese vindicet.
 Cap. VIII de Joachimi Vadiani scriptis huc pertinenti-
 bus disserit, additis quoque iis scriptoribus, qui de migra-
 tionibus gentium Germanicarum, nec non de diversitate lin-
 guarum & dialectorum scripserunt, ubi Lazium, quamvis
 multoties errarit, varia tamen admiscuisse, egregie rem ety-
 mologicam juvantia, refert, Pezronium vero, Abbatem Gal-
 lum alias non indoctum, nimio gentis suæ amore abreptum,
 & Celtarum nomine nonnisi Gallos suos venire statuentem,
 linguarumque Septentrionalium ignarum, non magni admo-
 dum momenti rem præstitisse, ibidem monet, atque illustris
 Leibnitii circa migrationes gentium laborum meminit, quo-
 rum nuper specimen Berolinensibus Miscellaneis insertum
 est. Cap. IX Otfridi Evangeliorum fata, atque Diderici de
 Stade in ea labores recenset. Cap. X Anglo-Saxonica diale-
 cti illustratores memorat, Lindenbrogiique glossarii msc.
 Anglo-Saxonico-Latini, Hamburgi in bibliotheca Joannea
 extantis, meminit. Hicelium vero, quem præ reliquis hic
 com-

propofuerit celeberrimus Eceardus , qui jam olim ufum & præftantiam etymologicæ rei peculiari differtatione demonftravit, brevem hanc tractationem præmittendam arbitratus eft, in qua , ordine temporis utcumque obfervato, plerofque recenferet auctores, qui etymologo Germanico utiles elle poffint. Et capite quidem primo in originem ftudii etymologici apud Germanos inquirens, etymologias vocum a Germanis & Gallis non ante peculiari ftudio investigatas fuiſſe oftendit , quam Nominalium ſecta invaluerit, & in confideratione vocum operæ pretium poſuerit. Sed miſere eos & hic hallucinatos exemplis quibusdam probat, inde ſub finem XV & XVI ſeculi, Rudolphi Agricolaë & Daleburgii, Wormatiensis præfulis, cura meliorem quodammodo ftudii hujus conditionem factam, arctamque linguæ Germanicæ cum Græca cognationem tum agnofci cœpiſſe, capite II refert, eaque occasione de iis, qui linguam Germanicam cum aliis compararunt, agit, Megifterique inprimis theſaurum polyglottum commendat. Simulque Rudbeckium juniorem in epiſtola ad Walliſium 1703 ſcripta Lexicon polyglottum promiſiſſe, in quo variarum linguarum cum Hebræa convenientiam ſibi demonſtrandam ſumſerit, narrat. Eaque occasione eorum, qui vel omnia ex Hebræis, vel Germanica ex Græcis deducere conantur, ſententiam, & Eduardi Bernardi, qui Septentrionales linguas ex Slavonico Armenioque idiomate ortas ſibi imaginatur, errorem tangit. Hinc capite III Hermannum Comitem Nuenarium celebrat, & cap. IV eos, qui nomina Germanorum propria expoſuere, recenſet, Aventinique, Lutheri, Geſneri, (cujus opus MScr. cum aliis reliquiis Goldaſti in Bremeniſi Bibliotheca adſervari notat,) aliorumque complurium labores commendat : conficique a ſolerti critico ad talium nominum ductum perfectæ veterum Teutonum ethica poſſe arbitratur, cum pleraque ad animi corporiſque aut patriæ communis gentiſque felicitatem reſpiciant, non vero, ſecundum nuperi cujuſdem Autoris perſonati ſententiam, ab urſis, apris, lupis & ſimilibus deſcendant, quamvis tamen

ſuper-

nomine illa cum Hebraicis, Græcis & Latinis
 commutata esse doleat. Cap. V de Beati Rhenani extantibus,
 Aventini deperditis laboribus, & occasione Viti Amerbachii
 (cujus cum Oeconibus commercium literarium, circa anti-
 quitates & numos fere occupatum, se apud Jo. Nicolai
 Professore Tubingensem vidisse refert) de variis legum &
 capitularium veterum editoribus, unde magnam lucem res
 Germanorum etymologica accepit, disserit, ibique Morho-
 fii, nullum Pithœi glossarium prodiisse putantis, errorem
 monstrat, deque Frisonum legibus quædam notatu digna
 profert; & minus accuratam speculi Saxonici versionem a
 Zobelio procuratam reprehendit; denique illustrem Eybe-
 nium jam in eo esse nunciat, ut corpus constitutionum & le-
 gum fundamentalium Imperii Romano-Germanici in pu-
 blicum edat. Cap. VI eorum notitiam exhibet, qui Gothorum
 linguam illustrarunt, atq; argentei codicis Evangeliorum hi-
 storiam tradit. Cap. VII illos exponit, qui Gallicam linguam
 Germanicæ originis esse ostenderunt, atque simul demon-
 strat, quomodo contemptus linguæ nostræ in exteris sese vindicet.
 Cap. VIII de Joachimi Vadiani scriptis huc pertinenti-
 bus disserit, additis quoque iis scriptoribus, qui de migra-
 tionibus gentium Germanicarum, nec non de diversitate lin-
 guarum & dialectorum scripserunt, ubi Lazium, quamvis
 multoties errarit, varia tamen admiscuisse, egregie rem ety-
 mologicam juvantia, refert, Pezronium vero, Abbatem Gal-
 lum alias non indoctum, nimio gentis suæ amore abreptum,
 & Celtarum nomine non nisi Gallos suos venire statuentem,
 linguarumque Septentrionalium ignarum, non magni admo-
 dum momenti rem præstitisse, ibidem monet, atque illustris
 Leibnitii circa migrationes gentium laborum meminit, quo-
 rum nuper specimen Berolinensibus Miscellaneis insertum
 est. Cap. IX Otfridi Evangeliorum fata, atque Diderici de
 Stade in calabores recenset. Cap. X Anglo-Saxonica diale-
 cti illustratores memorat, Lindenbrogiique glossarii msc.
 Anglo-Saxonico-Latini, Hamburgi in bibliotheca Joannea
 extantis, meminit. Hicessum vero, quem præ reliquis hic

COM-

commendat, in eo errasse monet, quod monumenta Francica
 diverforum temporum, e. g. Otridi & Willeramii styllum u-
 nius Grammatica legibus adstrinxerit. Denique de contem-
 tu linguæ Saxonica inferioris (*der platdeutschen Sprache*)
 conqueritur, deque hujus contemptus injustitia Bernhardi
 Raupachii dissertationem commendat, atque Gerhardi Mei-
 eri, Theologi olim Bremensis, & Justii Joannis Kelpii, Otters-
 bergæ quondam in Ducatu Bremensi præfetti, nunc Canonici
 Ramesloviensis, glossariorum mss. mentionem facit, optat-
 que, ut ministri ecclesiarum in pagis præfetteque, quæ in a-
 gro audirent vocabula, una cum significatione propria ad-
 notare ac secum communicare velint. Cap. XI Becani & Scric-
 kii, quorum ille linguam Belgarum esse omnium primam,
 hic vero linguam Celticam Latinæ, Græcæ & Chaldaicæ ori-
 ginem præbuisse statuit, sententias exhibet, ceterosque, qui
 in origines linguæ Belgicæ inquisiverunt, recenset, præsertim
 autem Cornelii Kiliani dictionarium Teutonico-Latinum
 prædicat, doletque hunc eximium thesaurum in editionibus
 posterioribus mutilatum & corruptum esse. Cap. XII de pere-
 grinis vocibus in lingua Germanica, & de societatibus eru-
 ditis variis, quæ purgandæ linguæ Germanicæ causa institutæ
 fuerunt, differit. Hinc Cap. XIII ad eos pergit, qui præter-
 ea sub finem sæculi XVI de originibus nostræ linguæ sollici-
 ti fuerunt, & Cap. XIV de editione peraphraseos Teutonicæ
 in Canticum canticorum, quæ Willeramum autorem habet,
 agit, eaque occasione varias lectiones ex msc. P. Scriverii in-
 ferit, atq; Paraphrasin Cantici Latinam in membrana exara-
 tam, inter codices Gudianos, Guelpherbytana nuper bi-
 bliothecæ additos, reperiri, addit. Cap. XV Helvigii, Frehe-
 ri, Henischii, Zinzerlingii, Jungii, & Suiceri studia, originibus
 lexicisque Germanicis colligendis impensa laudat, ac Fre-
 herum in notis mss. ad codicem legum Heroldinum sæpius
 commentarium suum de veteri Germanica lingua vel origi-
 ne ejusdem, & in notis ad Chronicon quoddam ineditum
 volumen duodecimum diplomatatum a se collectorum alle-
 gare adnotat, ibidemq; ex epistola Felleri fata Glossarii Fre-

herli

Notitia refert. Cap. XVI de Cluveri & Pontani scriptis, eaque occasione de prisca Britannorum & Gallorum lingua, de Cluveri item libris huc spectantibus quaedam adfert, atque de Casarii monachi Heisterbacensis & Ex-abbatis Præmunitii glossariis msc. a Browero passim citatum adservare scribit. Cap. XVII de Lexicis & libris Juridicis Germanorum verba obscuriora explicantibus agit, atque optat, ut viri eruditi majorem impofterum curam statutis provinciarum civitatumque Germanicarum impendant, Gifeberti tamen Periculum harmoniæ Statutorum practicæ, & Deuteronomium harmonicum, quod ineditum adhuc latere itidem autumat, in lucem jam prodiisse abunde constat. Cap. XVIII de editoribus glossariorum Latinorum & Græcorum agit, atque præcipue desiderat, ut Cangii labores vir quidam doctus revideat, corrigat & augeat. Cap. XIX de Goldasti libris origines Linguae Germanicæ inquirenti utilibus, atque de ejusdem veteribus mss. quæ hodiernum Bremæ adservantur, præsertim de volumine carmina Imperatoris Henrici variorumque Imperii Principum continente, item de Glossario veteri in Bedæ artem metricam, quædam in medium profert. Cap. XX de lingua veteri Cantabrica, Cap. XXI de iis, qui vetera monumenta Danicæ, Islandicæ & Norvagicæ ediderunt, quique harum dialectorum linguæ Germanicæ origines quæsierunt, agit. Ibidemque, ut celeberrimus Rostgaardus etymologico Danico manus admoveat, quippe qui insignem apparatus congegesserit, optat, & monumenta quædam mss. ab illo adservata recenset, atque catalogum monumentorum Islandicorum impressorum & mss. ex Thormodi Torfæi serie Regum Danicæ inserit. Cap. XXII de antiquitatibus Suecicis earumque illustratoribus, de Suecicæ item, Finnonicæ & Lapponicæ linguæ expositoribus, præsertim de Stiernhielmii & Rudbekii laboribus differit, atque illustrem Leibnitium contra hos doctissima sed adhuc inedita dissertatione demonstrasse, Germanicam linguam Suecicæ parentem esse, docet. Cap. XXIII de iis, qui Perficiant linguam Germanicæ adfinem dixerunt, Cap. XXIV de scrip-

ptis Opii, Grotii, Harodorfii & Vredii, originem
 nostra applicationibus, Cap. XXV de Bosbornio, Linguae
 linguae Scythica derivante, Cap. XXVI de Bellini, P
 ningii & Schottelii scriptis criticis, nonnulla affect
 XXVII Claubergii Specimen & regulas etymologica
 & hic inferuit) minime commendat, atque ejusdem
 si linguae Germanicae & de sibilo Germanorum libros non
 produisse, dolet. Cap. XXVIII de Vorstii, Scheidii, Junii, Ca
 si, Lambecii, Cap. XXIX de Voigti & Kempii scriptis criti
 cis, inque Acta Sanctorum Commentatoribus disquirat. Cap.
 XXX de Morhofii, Arnaldi, Hachenbergii & Kirchmaieri,
 Cap. XXXI de Praschii & Daumii conaminibus etymologi
 cis agit, hujusque tractatum de causis deperditarum radi
 cum secundis curis auctum, & bene longum catalogum ra
 dicum Graecarum a se manuscriptum adseruari tradit. Cap.
 XXXII Boedikeri & Grubelii labores criticos praedicat. Cap.
 XXXIII de Casparis Stileri (*des Spaten*) Lexico Germani
 co agit. Cap. XXXIV Gravii, Buslingii & Ill. Thomasi
 sententiam, quod scientiae aptius lingua Germanica doce
 antur, examinat. Cap. XXXV de Slavonicae linguae diale
 ctis in Germania superstitibus, & de scriptoribus huc spe
 ctantibus differit, ibidemque narrat, gentem Venedicam ho
 dienam in Ducatus Luneburgici praefecturis Luchoviensi &
 Dannebergensi lingua Slavonica uti, cujus usus etsi illis
 quondam interdictus fuerit, a Serenissimo tamen Ele
 ctore Georgio Ludovico denuo concessum addit, & Henni
 genium Ecclesiae Wustroviensis ministrum glossarium Ger
 manico-Venedicum congestisse refert, cujus specimen Cl.
 Eccardus hic inferuit, pariter ac Vocabularium Venedicum,
 quod a Cl. Pfeffingero accepit. Cap. XXXVI Eggelingii scri
 pta critica, Cap. XXXVII Schiltzeri circa origines Linguae
 nostrae studia praedicat, ejusdemque thesauri antiquitatum
 Teutonicarum brevem designationem exhibet. Hinc Cap.
 XXXVIII Erischii, Meisneri, Palthenii & Hertii labores
 enarrat, atque varias lectiones ad Isidori Hispalensis de nat
 vitate Domini fragmentum ex alio apographeo subjicit. Ca
 pite

LEXICON proprium de Lexico lingue Germanicæ, quod edere constituit, consilium, me-
 ritumque in concinnando observatam exponit. Di-
 gressa nempe omnia Germanicæ lingue vocabula nstitutio-
 re, quorum radices investigandæ, secundum ordinem, quem
 vocant, alphabeticum, adjunxitque ex editis & mss. codici-
 bus distictam scripturam, dialectosque varias, inter-
 spersa rerum significandarum ex historie antiquæ & medie
 penu depromptarum copia. Ut adeo nihil magis optan-
 dum sit, quam ut Autor celeb. postlibrum de Germano-
 rum veterum Diis, & Poetarum Germanorum historiam, que
 prius adhuc quibusdam ipsum Lexicon nos expectare jubet, opus
 a tot eruditissimis Viris inchoatum sed non absolutum, pro-
 pediem conficiat atque luci publicæ committat.

**NOUVELLE BIBLIOTHEQUE HISTORIQUE ET
 Chronologique des principaux Auteurs du Droit
 Civil, &c.**

h. e.

*BIBLIOTHECA NOVA HISTORICA ET
 Chronologica potiorum Autorum & Interpretum Ci-
 vilis, Canonici & Provincialium Jurium inde a tem-
 poribus IRNERII, in qua simul indoles ipsorum & ju-
 dicia de eorundem scriptis exhibentur. Adjecta est
 Idea boni Judicis & Dissertatio de Moribus; Auctore
 DIONYSIO SIMONE, Tribunalis Marc-
 schallatus Bellovacensis Asses-
 sore.*

Tomi II.

Parisii, apud Robertum Pepis, 1692 & 1695, 12.

Qui hæc manus Bibliothecas Juris concinnare aggressi
 sunt, id ferè omnes egerunt, ut rem juxta materia-
 rum ordinem distribuerent, & quid quisque Autorum in ea
 Aaa 2 præ-

ptis Opii, Grotii, Harodorfii & Vredii, originem suam nostræ applicantibus, Cap. XXV de Boshornio, Erasmio lingua e Scythica derivante, Cap. XXVI de Bellini, Nungii & Schottelii scriptis criticis, nonnulla affert, Cap. XXVII Claubergii specimen & regulas etymologicæ (hic & hic inforuit) minime commendat, atque ejusdem linguis lingue Germanicæ & de sibilo Germanorum libros non prodiisse, dolet. Cap. XXVIII de Vorstii, Scheidii, Junii, Casii, Lambecii, Cap. XXIX de Voighti & Kempii scriptis criticis, inque Acta Sanctorum Commentatoribus disquirat. Cap. XXX de Morhofii, Arnoldi, Hachenbergii & Kirchmaieri, Cap. XXXI de Praschii & Daumii conaminibus etymologicis agit, hujusque tractatum de causis deperditarum radicum secundis curis auctum, & bene longum catalogum radicum Græcarum a se manuscriptum adseruari tradit. Cap. XXXII Bredikeri & Grubelii labores criticos prædicat. Cap. XXXIII de Casparis Stileri (*des Spaten*) Lexico Germanico agit. Cap. XXXIV Gravii, Buslingii & Ill, Thomasi sententiam, quod scientiæ aptius lingua Germanica doceantur, examinat. Cap. XXXV de Slavonicæ linguæ dialectis in Germania superstitibus, & de scriptoribus huc spectantibus disserit, ibidemque narrat, gentem Venedicam hodiernum in Ducatus Luneburgici præfecturis Luchoviensi & Dannebergeni lingua Slavonica uti, cujus usus etiam illis quondam interdictus fuerit, a Serenissimo tamen Electore Georgio Ludovico denuo concessum addit, & Hennigenium Ecclesiæ Wustroviensis ministrum glossarium Germanico-Venedicum congestisse refert, cujus specimen Cl. Eccardus hic inseruit, pariter ac Vocabularium Venedicum, quod a Cl. Pffeffingero accepit. Cap. XXXVI Eggelingii scripta critica, Cap. XXXVII Schilteri circa origines Linguæ nostræ studia prædicat, ejusdemque thesauri antiquitatem Teutonicarum brevem designationem exhibet. Hinc Cap. XXXVIII Erischii, Meisneri, Palthenii & Herlii labores enarrat, atque varias lectiones ad Isidori Hispalensis de civitate Domini fragmentum ex alio apographo subjicit. Capite

LEXICON proprium de Lexico lingue Germanicæ, quod edere constituit, consilium, me-
 concinnando observatam exponit. Di-
 Germanicæ lingue vocabula usitatio-
 ra, quorum radices investigandæ, secundum ordinem, quem
 vocant, alphabeticum, adjunxitque ex editis & mss. codici-
 bus diversam eorum scripturam, dialectosque varias, inter-
 sperfa rerum selectissimarum ex historiæ antiquæ & mediæ
 penû depromtarum copia. Ut adeo nihil magis optan-
 dum sit, quam ut Autor celeb. postlibrum de Germano-
 veterum Diis, & Poetarum Germanorum historiam, que
 prius adhuc quædam ipsum Lexicon nos expectare jubet, opus
 a tot eruditissimis Viris inchoatum sed non absolutum, pro-
 pediem conficiat atque luci publicæ committat.

**NOUVELLE BIBLIOTHEQUE HISTORIQUE ET
 Chronologique des principaux Auteurs du Droit
 Civil, &c.**

h. e.

*BIBLIOTHECA NOVA HISTORICA ET
 Chronologica potiorum Autorum & Interpretum Ci-
 vilis, Canonici & Provincialium Jurium inde a tem-
 poribus IRNERII, in qua simul in doles ipsorum & ju-
 dicia de eorundem scriptis exhibentur. Adjecta est
 Idea boni Judicis & Dissertatio de Moribus; Auctore
 DIONYSIO SIMONE, Tribunalis Merc-
 schallatus Bellovacensis Affes-
 fore.*

Tomi II.

Paris, apud Robertum Pepie, 1692 & 1695, 12.

Qui hætenus Bibliothecas Juris concinnare aggressi
 sunt, id ferè omnes egerunt, ut rem juxta materia-
 rum ordinem distribuerent, & quid quisque Autorum in ea
 præ-

praefiterit, breviter annotarent. Viam hanc in
Johannes Richardus, Job. Nevezanus, Ludovicus Sabellus,
Job. Baptista Zilius, Wolfgangus Freimundus, Johannes
colorius, Lipozius & Cl. Servvius, non raro rubricistibus,
 que librorum decepti. Aliud institutum est nostri Aucto-
 ris, cui Juris Interpretum nomina, vitas, libros ordine al-
 phabetico duobus distinctis Voluminibus digerere proposi-
 tum: Praefixit priori, quod Mareschallo Boussierio non
 cepavit, Praefationem, in qua de diversis Juris applicatione
 tionibus disserit. Praefert Commentatoribus Consultorum
 Scriptores, si cum grano salis accipiantur, quibus hanc
 que rem totam exhauriant; & ubi vis ^{causarum} que ad rem
 presentem faciunt, cumulent. Decisionum, Arrestorum,
 Sententiarum compilatoribus, nisi causis ipsis ⁱⁿ ^{causis} ^{inter-}
 terfuerint, temere fidem adhibendam non esse, quod lateat
 eos non raro vera ratio, & nubem sapientiae ^{pro} ^{Janone} am-
 plectantur. Doctores ^{Carthago} tantum ^{inservientes} ple-
 rumque inutiles ^{questiones} ventilare & in foro minime pro-
 fiterentur, ut consultum foret, hanc provinciam occupari ab
 hominibus in forensibus causis antea probe exercitatis. Il-
 lis, qui de Juribus provinciarum singularibus tractarunt, ple-
 risque optandum esse, ut intra cancellos Consuetudinum
 domesticarum se continuissent, neque in communis Juris
 materias libere adeo excurrissent. In interpretandis legibus
 ipsis duas esse methodos, unam Bartholistarum, alienas sepe-
 numero quaestiones cumulantium, alteram A. Augustini,
 Contii, Cujacii aliorumque humaniorum Jctorum, magis
 de lectione & specie genuina, quam in rem plura ejusdem
 Jcti loca combinare soleant, sollicitorum. Hanc in Scho-
 lis sectandam, illam ab Italis in forum Gallicum invec-
 tam eo tempore, quo Pontifices Romani in eo regno commorati.
 Aggreditur deinde ipsam receptionem Auctorum Juris, la-
 borem in non paucis commendandum, cum ob copiam Au-
 torum, cum primis recentiorum, tum quod passim ⁱⁿ ^{causis}
 ra recenseat, quae frustra alibi desideres. Neque tamen de-
 ficiunt obelo figenda, dum vel omittit nonnullos prima no-

atque Johannem Semecam, primum apud Germanos Decreti Glossatorem, aliosque, vel immiscet aliquos, quod frequenter admodum in altera parte evenit, qui plane inter Juris Autores locum invenire non possunt v. gr. Julium Casarem & Josephum Scaligeros, Lipsium, Scioppium, Joh. Gerhardum & Isaacum Vossios, vel in nominibus errat, dum Boeckelmannum *Böckelmannum* vocat, Johannem Brunemannum, *Brunenianum*, Matthiam Stephanum *Joachimum*, imo Reinhardum Bachovium, clarissimum JCtum, cum Patre illius, Scabino quondam Lipiensi, confundit, vel in dignitatibus assignandis, dum Goldastum Electori Saxoniz, Marquardum Freherum Brandenburgico a consiliis fuisse ait, vel scriptura perfecte admodum enumerat, in multis quoque intricatis notis, ex quibus sua hausit, tacet, quo ipso efficitur, ut dubium de veritate Lectorem relinquat.

CATALOGUS LIBRORUM BIBLIOTHECÆ JOACHIMI FAULTRIER, Abbatis B. Virg. Arduennensis & S. Lupi Tricasini, Præsæli Hannoniæ, &c. digestus a PROSPERO MARCHAND, Bibliop. Paris.

Parisiis, apud Prosp. Marchand & Jac. Quillau, 1709, 8 maj. Alph. 1 pl. 12.

Inter instructissimas Bibliothecas, passim hactenus publice divenditas, quas inter *Carlsoniana, Regum & Principum*, ut titulus habet, *oculis digna, multo studio, judicio & labore collecta*, quæ Hagæ Com. prostabat d. 19 Oct. A. 1711, & Ittigiana Lipsiæ d. 19 Octobr. 1711 & 25 Jun. 1712 distracta, merito memoranda, *Faultrieriana* hæc singularem laudem meretur, quod a Doctissimo Marchando, cui & *Bibliotheca Bigorriana* & *D. Joannis Giraud Catalogos*, A. 1706 & 1707 emissos, nec non *Catalogum Generalem librorum Parisiis ab A. 1650 ad A. 1705 editorum* debemus, ordine plane singulari & hactenus vix in Catalogis similibus conspicuo digesta est.

Es enim Systema Bibliographicum plane novum & singulare
diversum excogitavit, quod cum integrum aliquando esse
constituerit, nunc breviter in parva Prefatione expli-
cat.

**DISPUTATIONUM THEOLOGICO - PHI-
logicarum Fasciculus, propositus a SEBASTIANO
SCHMIDT, SS. Theol. D. in Academia Argen-
tor. Prof. Ordin.**

Jenæ, apud Christianum Pöhlmann, 1771, 2
A4p. 3 plag. 7.

Cum Disputationum harum a Celeberimo Argentoraten-
sium Theologo olim conscriptarum, atque anno sexto
& septuagesimo superioris seculi Argentinz jam editarum,
exemplaria in Bibliopoliis vix inveniuntur, laude sua non
est defraudandus Christianus Pohlius, quod easdem ob singu-
larem suam *curiositatem* maxime commendabiles exercitatio-
nes suis impensis denuo imprimi curaverit. In hac autem edi-
tione cum novi quicquam haud occurrat, sed eadem cum Ar-
gentorateni presus conveniat, eruditisque quibusdam con-
tineantur, jam satis constet, non est, ut quaedam Disputatio-
nibus hisce excerpamus.

**ELOGIUM FLECHIERII, EPISCOPI NE-
mausensis.**

Dilem suum obiit die 10 Februarii Anni seculi nostri deci-
mi in antiqua Nemausensium urbe, in qua Episcopa-
tum tenuit, ESPRIT FLECHIERIUS, magnus non a-
pud suos tantum, sed & externos nomen, & Oratorum eta-
tis suae facile Princeps. Natus is Pernæ in Comitatu Aven-
nionensi die 10. Jun. A. 1632, cum in eo ingenium rectum &
capax, ac imaginationis vis iusta rerum pensitatione tempera-
ta comparerent, tum doctorem nactus Reverendum Patrem
Herculem Audiffretum, Generalem postea Congregationis
Deseri-

Doctrinae Christianae, Cognatum suum, tantum in vera ista & non fusa eloquentia profecit, ut omnibus deinceps fuerit admirationi. Refert id acceptum Audiscreti suo eloquentia Gallicana, quod cum ante id tempus frequentibus auctorum citationibus, vel falso creditis acuminibus Hispanorum Italorumque fuisset inquinata, ab eo primum ad castitatem majestatemque genuinam fuerit reducta. Flochierius optimi ducis vestigia sequens. sublimitatem sermonis cum naturae simplicitate conjungebat, assiduus Balsacii & Bellaji scriptorum lector, sic tamen, ut ab illius ampulato, ab hujus luxuriante nimis sermone sibi abstinendum esse crederet. Italos Hispanosque libenter evolvebat, neque tamen imitandi studio, sed ut histrionicam illosum contemplando, ad magis grave & solidum genus dicendi se compararet. In aula ad spectum productus a Montauserio, Serenissimo Delphino, ut eidem a lectionibus esset, ad motus est; cumque Anno 1672 ad parentandum eidem Montauserio deligeretur, tantam de se apud omnes eloquentiae opinionem excitavit, ut solus, qui Aiguillonio deinceps, Turenio, Lamonio, Tellesio, ipsi quoque Mariae Theresiae Reginae, & Delphinae hoc ultimum officium praestaret, dignus haberetur. Inter has curas, cum in manus ejus incidere duo Codices Latini manu exarati, quorum alter vitam Cardinalis Commendoni, alter casus Visorum illustrium ab Antonio Maria Gratiano Amelienso Episcopo scriptos exhiberet, utrumque luce dignum typis vulgavit, priorem translatione quoque in vernaculum idioma donans, quae semper credita fuit optima & in hoc genere absolutissima, adeo ut communibus suffragiis ab Academicis Parisiensibus in locum Godae, Episcopi Vincienfis A. 1673 adscisci mereretur. Formando deinde ea feliciter Serenissimo Delphino consilium dabatur de proponendis eidem optimorum quorundam Principum Christianorum exemplis, eorumdemque rebus gestis describendis: qua in re ipsi Historiae Theodosii enucleanda obtigit, quam quoque A. 1693 publicae luci exposuit, cum reliquorum sociorum instituta lucubravit.

brationes hactenus nondum prodierint. Eodem quoque tempore Historiæ Cardinalis Ximenii adornandæ, quæ A. 1693 apud Anissonium typis descripta est, incubat; in quo opere multum adjutus fuit Commentariis de vita illius Purrurati ab ignoto quodam Monacho, & posthac amplius non viso Franciscano sibi allatis, quo ipso coelitus ad hæc operam subeundam se destinatum ominatus est. Effecerunt tam luculenta in publicam rem merita, ut a Potentissimo Rege Galliarum initio Abbas S. Severini & Sermosifuz Delphinæ ab Eleemosinis, anno autem 1685 Episcopus Lavourienfis & brevi post A. 1687 Nemaufensis Antistes designarentur, qua in statione potissimum in allegendis suis sanctæ hominibus Reformatis tanta moderatione & lenitate usus est, ut plerorumque amorem sibi conciliaverit. Influxerat suis auspiciis in Nemaufensi urbe, in palatio seu Academicam quandam, in qua formabat oratores Ecclesiasticos & homines rei aliquando publicæ & litterariæ profuturos. Prodierrunt ex hac schola duo Libri *Paraphrase sur l' Ecclesiastique & Sermons de Mons. de Begault*. Emisit *Vitam*, ut supra monuimus, *Cardinalis Commendoni*; *la Traduction de cette vie*; *de castus virorum illustrium*; *l' histoire de Theodose*; *l' histoire du Cardinal Ximenes*; *Sermons & Pamegriques des Saints*. Prodiit etiam collectio quedam opusculorum illius Lugduni; & nunc demum expectamus *Recueil sur les originaux plus exact & plus ample, avec toutes les Poësies de Mr. Flechier & avec le Poëme contre le Quierisme*, ut & *un nouveau Tome de Lettres*, necnon *les Sermons & les Oraisons funebres*, de quibus nobis spem optimam faciunt Collectores Trevoltiensis, quibus & reliqua nos debere, ingenue fatemur.

ERRATA.

In Suppl. Sectione VII p. 279 lin. 19 pro *Julio* lege *Augusto*, p. 281 lin. 12 & 13 pro *Veneta* lege *Veneto*, p. 282 lin. 11 pro *ex igne* lege *exigua*, p. 284 lin. 5 post *sua* dele *qui*, p. 286 lin. 7 pro *spiculas* lege *spinulas*, lin. 8 pro *alios* lege *alias*, p. 293 lin. 10 pro *inspissatus* lege *inspissata*.

* * * *

(275)
ACTORUM
ERUDITORUM,

Quae Lipsiæ publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. IX.

TOUS LES SYNODES NATIONAUX
des Eglises Reformées de France,

h. e.

CORPUS OMNIUM SYNODORUM NA-
tionalium a Reformatis in Gallia habitarum, edi-
tum a JOANNE AYMONIO, Theologo
& JCo.

Tomii II.

Hagæ, apud Carolum Delo, 1710, 4 maj.

Alph. 8 pl. 2.

DE historia Ecclesiastica recentiore bene mereri ju-
dicatus est Cl. Aymonius, cum A. 1708 publica luci
exponeret *Monumenta religionis Græcorum au-
thentica*, a nobis A. 1709 p. 497 sqq. recensita. Istam lau-
dem non mediocriter jam auget præsentis opere, quo Acta
synodica Reformatorum in Gallia exhibet: quæ quidem,
teste Præfatione, hic expressa sunt ex MSS. a Moderatori-
bus, Adjunctis & Secretariis Synodorum solenniter obfi-
gnatis. Hæc originalia, quæ vocant, duodeviginti abhinc
annis in bibliotheca Baronis Anglicani de Thornbaugh de-
posita fuisse refert: hinc *Quirkium*, Ministrum Londonen-
sem, esse Anglicum sermonem convertisse. Quam edi-
tionem, A. 1692 vulgatam, recensuimus Anno subse-

Bbb

quen-

quenti p. 23 sqq. Ceterum eadem Acta ait in Gallicam linguam eamque nitidiorem translata, & quidem priorum XXVI synodorum, possedisse manu scripta *Davidem de Wilhem*, Praefectum Brabantiae, cui is codex a Ministris Clarentonenfibus missus fit. Hujus filius Dn. *Mauricius de Wilhem*, qui nunc Hagæ Comitum Praeses est Curiae Feudalis Brabantinae, hunc codicem cum Cl. Aymonio communicavit: qui ex eo expressas XXVI priores synodos nunc vulgavit, utque opus esset perfectum, postremas tres synodos, quae in illo codice desiderabantur, adjunxit.

Præmisit Cl. Editor hisce Synodis, quinquaginta epistolas Italico idiomate scriptas (quibus adjunxit versionem Gallicam) a Cardinali de S. Cruce, Pii IV, P. M. ad Catharinam Medicæam Nuntio, ad Cardinalem Borromæum a d. 16 Octobr. anni 1561 usque ad d. 16 Sept. A. 1565. Cardinalis illius de S. Cruce vita paucis describitur p. 284, additurque, servari antographa harum epistolarum in bibliotheca Vaticana, & hoc ipso cum codice collatas eas hic edi. Hisce in epistolis describitur status religionis, qui per illos annos fuit in Gallia: adeoque hinc multa depromi queunt ad historiam illorum temporum illustrandam. E.g. Epist. 31 p. 198 sqq. multis describitur prælium illud, quo captus est Princeps Condæus: quæ relatio fere convenit cum illa, quæ legitur in Anonymi *συναγωγὴς Comment. de statu relig. & resp. in Gallia Carolo IX Rege* lib. V p. 318 sqq. In didem discimus, Cardinalem illum summo id egisse studio, ut regno expellerentur ecclesiarum Reformatarum doctores. Ut alia loca prætereamus, Epist. 2 scribit, se singulatim rogasse Reginam, Cardinalem de Chastillon, & Regem Navarra, ut sacerdotibus Reformatorum interdicerent prædicatione verbi divini: sed singulos respondisse, fieri id non posse, ut non majus inde oriatur malum. Digna quoque lectu est, quæ p. 49 sqq. exstat inserta, Remonstratio magni Cancellarii Galliae, facta in Conventu generali omnium Parliamentorum Galliae, & omnium Ministrorum Status, in Palatio regio de S. Germain en Laye a d. 7 Ja-

nar. usque ad d. 15 A. 1562, ubi p. 54 Cancellarius ingenue fatetur, eo tempore, quo turbæ hæc sint ortæ, nempe A. 1517 & 1518, sæculum ita fuisse corruptum ac depravatum, nihil ut addi potuerit: Romam quoque ipsam fuisse vitiorum plenam. Cæterum moderata proponit consilia: & hæc haud dubie causa est, cur p. 91 Cardinalis gaudeat, Cancellarium dignitate sua exutum esse. Porro Epistola 36 p. 216 nos docet, jam A. 1563 ad Papam delatas fuisse preces Reginz nomine, ut Cardinali Borbonio potestatem faceret inveniendi matrimonii: quippe quo factio Princeps Condæus excideret spe potiundi Regni, simulque Navarrenus (qui postea Henrici IV nomen gerens imperavit Gallis) ad Religionem Catholicam posset reduci. Additur, ipsius Card. Borbonium valde desiderare hanc dispensationem. Causa hujus rei legitur in subjectis litteris secretis p. 217, quod nempe Astrologi Reginz prædixerint, liberos ipsius omnes premature esse morituros. Quare ipse quoque Cardinalis de S. Cruce suadet, ut Pontifex Romanus hoc conjugium permittat ac ratum habeat. Epist. 45 p. 258 rationes afferuntur, cur in Gallia recipere ipsi Pontificii noluerint Concilium Tridentinum. Dignum quoque animadversione est, Cardinalem, quem diximus, p. 218 non obscure probare eorum sententiam, qui credunt, pacta cum hæreticis facta violare licere, quam primum ferat occasio. P. 285 sqq. subnexa est epistola Catharinæ Mediceæ, Reginz Galliz, ad suum in aula Imperatoris legatum: in qua ipsa causam, cur colloquium Possiacense non habuerit speratum successum, Prælati Galliz tribuit, simulque fatetur, se non habere magnam spem reformandæ per Concilium Tridentinum Ecclesiz. Unde hæc epistola suas pervenerit in manus, docet Cl. Aymonius p. 288, addita permissione. Obpropediem plura Anecdota non levis momenti publicæ sunt esse.

Pergratum nunc nobis est ad Synodos, quarum prima Parisiis habita est A. 1559 d. 25 Maji, vigesima nona eademque ultima Londini A. 1659 a d. 30 Nov. usque ad d.

10 Januar. 1660. Multa hic passim occurrunt memoratu digna, ex quibus quæ jam excerpta duximus, ad quatuor revocabimus capita, primum nonnulla relaturi, quæ spectant ad disciplinam ecclesiasticam: deinde, quæ ad controversias theologicas: tum, quæ ad decisiones dubiorum casuum: denique, quæ ad historiam literariam.

Ad disciplinam ecclesiasticam pertinet, quod statim Synodo prima, (T. I p. 1) Canone primo, sancitur omnimoda ministrorum ecclesiæ æqualitas: mox tamen Canone II Synodis præesse jubetur certus Præses. Quo ipso perspicitur, etiam inter sacerdotes boni ordinis gratia esse posse inæqualitatem, atque adeo debere. Scilicet primi illius Reformationis autores ab uno extremo (imperii episcopalis) prolapsi sunt in alterum. T. I p. 399 sq. hæc legitur formula, in quam jurandum fuit Ministris Ecclesiæ: *Ego subscribo, & approbo, quicquid continetur in Confessione Fidei Ecclesiarum Reformatarum hujus regni, promittens, me usque ad finem vitæ in ea permansurum, nec quicquam crediturum esse vel docturum, quod illi non sit conforme, &c.* T. I p. 461 sqq. exhibetur formula excommunicationis, qua ex Ecclesia ejectus est Jeremias Ferrerius, Pastor & Professor Nemausensis, ob contumacem contemptum disciplinæ ecclesiasticæ, & quod coram Synodo comparere pertinaciter detrectavit. En sententiam excommunicatoriam: *Propter has causas Nos Pastores declaramus, quod Jeremias Ferrerius sit homo scandalosus, incorrigibilis, impunitus, disciplina contemptor: & propterea invocato nomine veri ac viventis DEI, in nomine Jesu Christi, ductu Spiritus-S. & ex auctoritate Ecclesiæ, Nos eum ejicimus ex Societate fidelium, usque dum a Satana fuerit liberatus: Declaramus, eum non amplius habendum esse pro membro Christi & Ecclesiæ ejus, sed pro ethnico & publicano. Quare hortamur & mandamus Fidelibus, in nomine Christi, ne posthac commiserentur cum hoc filio Belialis, sed ab ipso se separent: an forte hæc separatio & hoc judicium, destruendo carnem ejus, servare possit ejus animam, sique incutere errorem ac metum judicii extremi.* *Amos,* T. II p. 49 legimus, Ferrerium istum transisse post hoc factum

Quam in castris Papporum. Sic T. II p. 686 excommunicatur Theophilus Brächetus, Dominus de la Milletiere, qui in senatu Cardinalis Mazarini libros scripserat ad Reformatos cum Pœnitentiis in concordiam redigendos. De quop. plura vid. p. 580 sq. 683 sqq. & 812, ubi ad Romanam Ecclesiam transgressus in eaque mortuus esse dicitur.

Ad controversias Theologicas pertinet, quod in Synodo Rupellensi A. 1607 habita, T. I p. 301, rejicitur Jo. Piscatoris, Theologi Herbornensis, doctrina de sola obedientia Christi passiva nobis imputata ad justitiam. Tamen p. 302 pacis gratia interdicitur, ne quis publico scripto Piscatoris sententiam impugnet. Sic & p. 432 Molinæ liber contra Piscatorem scriptus laudatur quidem, sed ejus tamen editio differri jubetur. P. 457 sqq. exhibetur publica & in synodo Privatensi approbata Refutatio Piscatoris, quia defenditur, *Jesum Christum secundum humanam naturam se subjecisse legi morali & ceremoniali, non pro se, sed pro nobis, non quatenus homo, sed quatenus mediator est.* Etiam T. I p. 400 & T. II p. 13 existat formula, quâ sacerdotes obligabantur ad rejiciendam Piscatoris sententiam: quanquam Piscatore non nominato.

T. II p. 145 in Synodo Alesix A. 1620 habita juratum fuit in verba synodi Dordracenæ, damnato Arminianismo. Rursus p. 182 sq. approbantur & recipiuntur decreta istius synodi, adjecta formula in illa jurandi p. 184. Immo p. 298-322 exhibentur Canones & Decreta Dordracenæ synodi.

T. I p. 131. exhibetur Consilium reunionis inter ecclesias Protestantes scriptum in Synodo anni 1577. Sic & T. II p. 57 sqq. proponitur Ratio Protestantes Ecclesias in unam redigendi.

In Synodo Gapensi seu Vapingensi A. 1603 habita T. I p. 258 Papa declaratur Antichristus, item p. 272 & 303, id quod quam moleste tulerit Rex Gallix, apparet ex p. 314.

T. II p. 571 sqq. Moses Amiraldu, Professor Theologiæ in Academia Salmuriensi, coram Synodo Alenconienſi, A. 1637 habita, queritur, se injuste a quibusdam accusari erro-

rum theologorum: eique optimum testimonium nomine Ecclesiae & Academiae Salmurienfis perhibent praesens Placuz & Ouzanus. Proponitur etiam Amiralidi doctrina, scilicet Christum mortuum esse pro omnibus hominibus sufficienter, sed pro solis electis efficaciter, hoc est, Christum voluisse, ut sacrificium suae crucis sufficeret ad expianda totius mundi peccata; ita, ut omnes serio vocati sint a Deo, adeoque quicumque pereant, culpa pereant sua. Quam doctrinam Synodus approbat. Ibidem p. 604 sqq. exhibetur Epistola Pastorum & Professorum Genevensium ad hanc synodum de Amiralidi doctrina. Ac p. 614 sq. exstant testimonia Leidenfium & Groningensium Theologorum, librum ab Andrea Riveto contra Amiralidum scriptum approbantium. Ibidemque p. 615 sqq. eadem de controversia exstat epistola Molinæi.

T. II p. 680 damnatur liber, cujus Autor docebat, peccati originalis naturam tantummodo consistere in corruptione hereditaria posterorum Adami: ceterum primum illud Adami peccatum nobis haud quaquam imputari.

Tertio loco quasdam difficiliorem casuum definitiones ἀσυνκρίτως ex hoc opere proposituri sumus. T. I p. 18 negatur, absolutam promissionem matrimonii de futuro dissolvi posse utriusque partis consensu. Ac p. 50 sqq. hujus sententiae plures producentur rationes. Eadem p. 18 magistri artis saltatoriae excommunicantur: & p. 143 & 151 saltationes prohibentur in universum. P. 19, 41, 121 & 153 matrimonium cum defunctae uxoris sorore pronuntiatur illicitum: immo p. 30 tale matrimonium jam contractum rescinditur. Quod si quis velit sororem defunctae sponsae ducere, id permittitur p. 67, hac addita ratione, quod per commixtionem sanguinis demum contrahatur affinitas. P. 19 infans a privato homine baptizatus jubetur rebaptizari: cum prior baptizatus sit irritus & invalidus: quae de re rursus pluribus agitur p. 53 sqq. P. 20 & 22 censent, abstermis in S. Coena solum panem posse porrigi. P. 35 illicitum pronuntiatur, uxore leprosa deserta ducere aliam; & p. 39 tale

con-

conjugium jam inritum rescindi jubetur. P. 87 sqq. exhibentur & approbantur *Calvini* Decisiones casuum matrimonialium. P. 140 eunuchum copulare solemniter cum sponsa Sacerdotes prohibentur. P. 122 Principi licere judicatur, ut certis in casibus capitalem homicidii poenam remittat.

Postremo nonnulla excerptemus historiae literariae studioforum in gratiam. Hi igitur discent ex T. I p. 122, 123 & 124, *Perrum Ramum A.* in quo in laniena illa Parisiensi misere trucidatus fuit, religioni Reformatæ addictum fuisse. Unde sequitur, eum non novæ philosophiæ, sed novæ hereticæque religionis nomine tam crudeliter habitum fuisse. Addimus testimonium *Theod. Bezae*, qui epist. Theol. 36 p. 201 sq. commemorat, *Ramum* ambiisse Professionem philosophicam in Academia Genevensi. T. I p. 39 & 58 condemnatur *Jo. Morelii* liber de *la discipline & Police Chrétienne*, in quo is contenderat, gubernationem Ecclesiæ ad plebem pertinere. P. 48 damnatur liber sub titulo: *Conseil à la paurre France* editus, qui autorem habere fertur *Castalionem*. P. 70 rejicitur *Caroli Molinæi* liber inscriptus *unio quatuor Evangelistarum*, quod contineat multos errores de limbis, de libero arbitrio, de peccato in Spiritum S. de vocatione ministrorum Ecclesiæ. P. 123 laudatur *Commerardi* Historia Albigenium, Gallice vertenda per *Daciorium*. Sic p. 313 publice exhortantur *Jo. Paulum Perrinum*, ut perficiat suam Historiam Albigenium & Waldensium, adhortanturque ceteros suæ sectæ homines, ut, quicquid notitiæ de istis habeant vel monumentorum, cum Perrino communicent. De eadem re agitur p. 404 & 429 & T. II p. 11, 87 & 185. Ibidem tamen p. 248 Historia Albigenium describenda committitur *Jacobo Capello* (du Tilloit) Pastori Sedanensi. T. I p. 151 & 171 condemnatur *Anonymi Historia Francia*, *Rupellæ* edita, quia de religione male sentiat: item *Jac. Broccardi* Commentarius in Genesis, ibidem excusus typis, quippe qui sit plenus profanationibus S. Scripturæ & erroribus, maxime in materia de

revelationibus ac prophetiis. P. 167 Salnarii Harmonia Confessionum laudatur & commendatur magnopere. P. 249 Synodus A. 1601 habita decernit, ut ad epistolam a Causabon acceptam rescribatur, ad testificandum gaudium de ipsius in religione constantia, eumque ad perseverantiam exhortandum. P. 404 Danieli Chamiero gratia aguntur pro elaborata Panstratia Catholica, excitaturque is, ut eam emittat in lucem: eique ad editionis sumtus pro tempore dantur duo millia librarum. De eadem re vid. T. II p. 11 & 101. Ubi & p. 32 datur Adrianus Chamierus, filius & in Pastoratu Ecclesie Montlimariensis Successor celeberrimi illius Danielis Chamieri: ibidemque refertur, per sex continuas aetates sive generationes in familia Chamieria fuisse Ministros Ecclesie, patremque Danielis, centesimum jam vite annum supergressum, adhuc pro concione sacra verba fecisse. Sed & p. 813. legimus, Danielis hujus nepotem in Gallicarum Ecclesiarum Reformatarum strage fatali subisse martyrium. Andreæ quoque Riveto T. II p. 32 publice aguntur gratia pro libris contra adversarios scriptis, eiq; dono dantur 600 librae. Eundem permissu Synodi in Academia Leideni mansisse, (ubi & mortuus est A. 1651) discimus ex p. 281. Obiter annotamus, ejus fratrem fuisse Guil. Rivetum, cujus merita & scripta predicantur p. 324. Ex eodem T. II p. 110 discere licet, in Academiis Gallie Reformatis tantum fuisse Professores Theologiae, linguae Hebraicae & Graecae, Philosophiae, Rhetorices, & Matheos. P. 292 Ludovicus XIII Gallie Rex jubet, ut Petrus Molinaeus, Primrosius, & Jo. Camero munere Pastorum & Professorum excludantur. De Primrosio causa affertur p. 269, de Camero p. 272 usq. quod scilicet hic ob datam ad Jacobum Britanniae Regem epistolam, in qua auxilium ipsius contra Richelii machinationes imploravit, jussus fuerit in carcerem conjici. Sed monitus ab amicis, quos in aula regia habebat, exiit Gallia seque Sedanum contulit, ubi Pastoris ac Professoris munus adeptus reliquum vite exegit, ibi demortuus A. 1650, anno aetatis 90. Ejus

Ejus omnia scripta, numero 75, addito loco & tempore, itemque forma editionis, recensentur p. 273 sqq. De Curcello T. II p. 280 legimus, quod, cum esset Pastor Ecclesie Amiensis, doctrinæ in Synodo Alefienti confirmatæ subscribere noluerit, suaque ipse sponte abdicavit munus suum. Sed coram Synodo Carentonensi professus, se, abjectis doctrinis Arminianis, jam probare dogmata superioris Synodi, petensque, ut rursus factò admoveatur muneri, impetravit, ut ei spem facerent novi muneris. P. 396 decernitur, rogandum esse *Gorhofredum*, Professore Juris Genevensis, ut refutandos suscipiat Baronianos Annales: isque se id facturum recepit p. 508. Idem rogatur Salmasius p. 487, & Blondellus p. 490. Etiam p. 690 Bernardinus, Pastor Ecclesie de Cartais, Synodo significat, se aggressum esse conscribere magnum opus Anti-Baronianum. P. 415 inter abdicatos Ecclesie Ministros, apparet Petrus Petitus. P. 692 Blondellus a munere Pastoris dimittitur, eo consilio, ut Lutetiæ vivat, librisque componendis vacare possit. Hinc & nonnulli ejus libri, in quibus contexendis occupatus sit, enumerantur. Conf. p. 705. Ad ultimam addimus, B. nostrum *Irrigium* describendam suscepisse *Historiam Synodorum Nationalium in Gallia a Reformatis habitarum*, ejusque IV Sectiones, tot Synodos tractantes, produsse A. 1704. *Ejusdem* de Synodi Carentonensis in Lutheranos indulgentia dissertationem recensuimus A. 1705 p. 364 sqq.

ISTORIA DELLA REPUBBLICA DI VENEZIA
 in tempo della sacra Lega contra Maometto IV e tre suoi Successori &c.

h. e.

HISTORIA REIPUBLICÆ VENETORUM
 tempore sancti fœderis contra Mabometum IV tres-
 que

revelationibus ac prophetiis. P. 167 Salnarij Harmonia Confessionum laudatur & commendatur magnopere. P. 249 Synodus A. 1601 habita decernit, ut ad epistolam a Caesabono acceptam rescribatur, ad testificandum gaudium de ipsius in religione constantia, eumque ad perseverantiam exhortandum. P. 404 Danieli Chamiero gratia aguntur pro elaborata Panstratia Catholica, excitaturque is, ut eam emittat in lucem: eique ad editionis sumtus pro tempore dantur duo millia librarum. De eadem re vid. T. II p. 11 & 101. Ubi & p. 327 datur Adrianus Chamierus, filius & in Pastoratu Ecclesiae Montlimariensis Successor celeberrimi illius Danielis Chamieri: ibidemque refertur, per sex continuas aetates sive generationes in familia Chamieria fuisse Ministros Ecclesiae, patremque Danielis, centesimum jam vitae annum supergressum, adhuc pro concione sacra verba fecisse. Sed & p. 813. legimus, Danielis hujus nepotem in Gallicarum Ecclesiarum Reformatarum strage fatali subiisse martyrium. Andreæ quoque Riveto T. II p. 32 publice aguntur gratia pro libris contra adversarios scriptis, eiq; dono dantur 600 librae. Eundem permissu Synodi in Academia Leidensi mansisse, (ubi & mortuus est A. 1651) discimus ex p. 281. Obiter enotamus, ejus fratrem fuisse Guil. Rivetum, cujus merita & scripta praedicantur p. 324. Ex eodem T. II p. 110 discere licet, in Academicis Galliae Reformatis tantum fuisse Professores Theologiae, linguae Hebraicae & Graecae, Philosophiae, Rhetorices, & Matheseos. P. 292 Ludovicus XIII Galliae Rex jubet, ut Petrus Molinaeus, Primrosius, & Jo. Camero munere Pastorum & Professorum excludantur. De Primrosio causa affertur p. 269, de Camero p. 272 sq. quod scilicet hic ob datam ad Jacobum Britanniae Regem epistolam, in qua auxilium ipsius contra Richelii machinationes implocevit, jussus fuerit in carcerem conjici. Sed monitus ab amicis, quos in aula regia habebat, exiit Gallia seque Sedanum contulit, ubi Pastoris ac Professoris munus adeptus reliquum vitae exegit, ibi demortuus A. 1650, anno aetatis 90.

Ejus

Ejus omnia scripta, numero 75, addito loco & tempore, itemque forma editionis, recensentur p. 273 sqq. De Curcellæo T. II p. 280 legimus, quod, cum esset Pastor Ecclesiæ Amiensis, doctrinæ in Synodo Alefisiensi confirmatæ subscribere noluerit, suaque ipse sponte abdicarēt munus suum. Sed coram Synodo Carentonenfi professus, se, abjectis doctrinis Arminianis, jam probare dogmata superioris Synodi, petensque, ut rursus sacro admoveatur muneri, impetravit, ut ei spem facerent novi muneris. P. 396 decernitur, rogandum esse *Gorhofredum*, Professore Juris Genevensis, ut refutandos suscipiat Baronianos Annales: isque se id facturum recepit p. 508. Idem rogatur Salmasius p. 487, & Blondellus p. 490. Etiam p. 690 Bernardinus, Pastor Ecclesiæ de Cartais, Synodo significat, se aggressum esse conscribere magnum opus Anti-Baronianum. P. 415 inter abdicatos Ecclesiæ Ministros, apparet Petrus Petitus. P. 692 Blondellus a munere Pastoris dimittitur, eo consilio, ut Lutetiæ vivat, librisque componendis vacare possit. Hinc & nonnulli ejus libri, in quibus contexendis occupatus sit, enumerantur. Conf. p. 705. Ad ultimam addimus, B. nostrum *Irtigium* describendam suscepisse *Historiam Synodorum Nationalium in Gallia a Reformatis habitarum*, ejusque IV Sectiones, tot Synodos tractantes, prædiisse A. 1704. *Ejusdem* de Synodi Carentonenfis in Lutheranos indulgentia dissertationem recensuimus A. 1705 p. 364 sqq.

ISTORIA DELLA REPUBBLICA DI VENEZIA
 in tempo della sacra Lega contra Maometto IV e tre suoi Successori &c.

h. c.

HISTORIA REIPUBLICÆ VENETORUM
 tempore sancti fœderis contra Mabometum IV tres-
 que

que successores ejus Imperatores Turcarum;

Autore PETRO GARZONE,

Senatore,

Venetis, apud Joannem Manfredum, 1705, 4 maj.

Alph. 4 plag. 9.

Non eadem liberorum fata sunt atque librorum: male de illis agitur, si vitam ingrediantur ejusdem post Deum autoribus orbat, his prodest haud raro Parentum obitus suorum ad lucem bonis avibus adspiciendum. Evadunt ita tempestates invidiæ in optima quæque monumenta sævientis, invisamque sæpe veritatem tutius possunt ac liberius expromere. Servaturus huic felicitati erat præsentem ingenii sui foetum illustris *Petrus Garzonius*, qui, quam frater Hieronymus vel morte sua in splendidam familiam intulit armorum gloriam, prudentia civili divinarumque ac humanarum scientia litterarum mirifice amplificat, nisi aliter visum esset Serenissimo Duci Patribusque Reipublicæ Venetorum, qui, ne in præsentium temporum gestis defixi Christianarum gentium animi præteritorum memoriam oblitterari quodammodo paterentur, providendum sibi duxerunt. Neque male hoc pacto Patriæ suæ consuluisse videntur; quæ enim publica autoritate Garzonio delatæ sunt, partes tanta ille diligentia tantaque fide gesit, ut, quorum monumentis Veneti plurimum debent; eorum nemini cedat, complures etiam superet. Ipsi, quibus narrationem suam circumscripsit, termini breviores facile persuadent in temporum seriem non nimis longam intentum animum ad singula tanto magis valuisse, quæ memoriæ mandari posteritatis interest.

Propositum illi est, belli novissimi, quod Veneti, fœdere inito cum Imperatore Leopoldo & Johanne Rege Poloniæ, (quibus magnus postea Russorum Dux accessit) post celebrem illam Viennæ obsidionem contra Turcas gesserunt, renovare memoriam. Res igitur & gentis suæ & Fœderatorum domi militiæque hoc tempore gestas dili-

gen-

gentissime persequitur, occasionemque & causas fœderis, commoda, clanculum contra illud agitata consilia, & armorum successus luculenter exponit. Neque desiderabit multum per id temporis ceterarum gentium in Europa prope omnium historiam, qui a lectione ejus non discesserit, quippe quam strictim quidem ac breviter, at satis plene tamen, diverticali instar jucundissimi, sistit. Utque belli ipsius integram haurire liceat notitiam, quam altissime fieri potest, rem repetit turbarumque in Hungaria ab anno MDCLXI causas, indelem, consequentes casus percurrit ad annum usque MDCLXXX, quo, ut nefarios ausus proberent, Turcas induxit seditionum nutricula, Tœckelius. Inde latius manat Garzonii industria, bellique consilia quo pacto ceperint Turcæ, quæ machinationes Tœckelii fuerint, qui Leopoldi contra apparatus, fœdus cum Rege Poloniæ auspiciis Innocentii XI icentis, ubertim declarat. Obsidionem Viennensem, quæ patriam universam præsentissimis ruinis territabat, velut in imagine exprimit, ita, ut colligere liceat, Karam Mustapham summum apud Turcas Præfectum, quo minus urbe potiretur, esse utique avaritia sua delusum. Vi enim majori res erat aggredienda, qua ille se abstinerebat, ne militum gregariorum direptiones capta urbe interciperent opes alias in præmium laborum integras cessuras. Sed ita servabat sese in impressionem fœderatorum, quæ ut terrorem, cædes ac stragem inauditam in castra hostium inferebat, ita ingentium, quæ adhucdum horret gens incredula, malorum cause posthæc existit. Post varias concertationes, quæ nihilo felicius Turcis cesserunt, urbibus in Hungaria ad obsequium pristinum redeuntibus, factum est, ut socias fœderatis jungere manus statuerent Veneti, nolentes e manibus dimittere occasionem optimam veteres juxta & recentes injurias ulciscendi. Ejus consilii causas ac rationem clarissime docet Ill. Autor noster atque ad annum inde MDCC quid gestum sit a Venetis terra marique, enarrat, ita, ut rerum magnitudini styli gravitas pari diligentia temperata respondeat.

Presius jam ejus vestigia sequi nec libet, nec, si libeat, satis fuerit consultum. Recentissima enim esse omnia nostraque ac Patrum memoria gesta ut taceamus, quid attinet minutatim persequi dimicationes, praelia, obsidiones, expugnationes urbium castellarumque, quae semper bella consequuntur sibi que perpetuo similia etiam patientissimos Lectores vix sine tædio dimittunt. Cetera vero praeque ut egregia sunt & digna, quae haec commemorantur, ita nimis multum poscerent spatii, si essent sigillatim percensenda. Relinquitur ergo, ut feligamus nonnulla, ex quibus, quae existimatio praestitæ ab Autore operæ debet esse, judicare propius liceat. Sic quædam inter Leopoldum & Johannem Regem Poloniae dissidia statim ab obsidione Vienna depulsa gliscere cœpisse docet. Leopoldum agre habuisse, quod Rex praetorio occupato non interea quidem perquellium Hungarorum ibi inventas sibi obtulerit, Regem contra, quod filium Jacobum non honorifice satis exceperit Leopoldus, neque armorum spolia tormentorumque ex æquo dispertienda curaverit. Similiter Carolum II Regem Hispaniæ perhibet titubanter ac strictim Leopoldo respondisse petenti, ut filiam Antoniam, Maximiliano Electori Bavariae nupturam, jure se suo in regna Hispaniæ pateretur exuere, unde fortassis patet, Carolo jam tum animum fuisse, in aliam potius quam Austriacam gentem hæreditatem transferendi, quemadmodum reapse declarabat deinceps, cum Antoniae primo filium, Ferdinandum Josephum, ac dein, cum immatura eum facta oppressissent, Ducem Andegavensem Philippum in successorem legeret. Ulterius confirmat Autor, Anglos æque ac Gallos, mercede insigni animos avaros vincente, naves Turcis, quibus subsidia belli transveherent, commodasse, frustra que, ut lucro infausto subditis interdicerent, Jacobum ac Ludovicum a Venetorum & summi Pontificis legato fuisse imploratos. Regis nempe Gallorum intererat providere, ne attrita nimium opes infidelium nimio plus incrementorum Christianis gentibus parent, unde, et

p. 38.

131.

144.

ones, *tantur* *hæc*, jure poterat metuere. Simili-
 ter *dom* *hæc*, in Imperatores Turcarum, utut
 imperatores *Principes*, illimitato gaudeant, subditos
 inter & servos nullo propemodum discrimine interceden-
 te, liberrime inveni Sacerdotes, quidque sentiant de eo-
 rum vita & moribus, publice exponere. Cum enim res Tur-
 carum magis indies magisque prolaberentur, vitis Prin-
 cipis deberi, cura florentissima fortuna ad inclinatum &
 jacentem deicerentur, pro concione quidam dixit, ipso au-
 diente Achmeto, quin etiam, quod tempus libidinibus
 consumeret, cura regnandi aliis permittit, indignum eum,
 qui tanto imperio præset, sine hæsitatione pronunciavit.
 Porro, ut notum, legibus Venetorum cautum esse, ne quis
 alieno extra patriam Principi operam addicat suam vel be-
 neficiis inde se obstringi patiatur, quod, si faciat, jure ci-
 vilitatis ac dignitatibus ille cunctis exiit; ita in Antonium
 tamen Ottoboni, Alexandri VIII. S. P. cognatum, ut & Car-
 dinalem Grimaldum, nihil statutum esse tale, ostendit Au-
 tor noster, qui etiam novas ea de re sanctiones Patrum post-
 ea commemorat. Qui factum itidem, ut in ordinem Ele-
 ctorum cooptatus Dux Hannoveranus sit, declarat. Au-
 thoritate enim & opibus crescentem quotidie augmentam fa-
 miliam, ut argento in partes trahere suas contenderit Rex
 Galliarum, ita titulo splendido oblato sibi conciliaffe Impera-
 torem, existimat, ægerrime licet ferente curia Romana, quæ
 ad tantum fastigii provectum maluerit Pontificiam publice
 religionem profiteri, a quo animo, ut sibi persuadet, minus
 abhorruerit. Neque prætereundum est, Potentiss. Regem
 nostrum dignissimis ab Autore laudibus celebrari, postque
 alias res cum in Belgio gestas tum in Hungaria, quo pacto
 summa rerum in Polonia ad eum pervenerit, describi. Vix
 enim eo aspirasse visus est, dum, habito Dresdæ delectu, de-
 cem millia hominum non Viennam, sed in Lusatiam su-
 perioiorem Silesiamque inde ad confinia Poloniæ iter face-
 rent. Paucis inde diebus præterlapsis, cum Reipublicæ
 suæ caput electuri Primores Poloniæ convenissent, utcun-

p. 198.

436, 784,
& 817.

497.

656, & 742.

que pro Principe Conti contenderet Primas Regni
 nalis Radziowsky, nobiles tamen plerique, Nuncio Apo-
 stolico Davia & Legato Imperatoris Comite Lubergio,
 Episcopo Passaviensi, suavoribus, pro Augusto tulerent senten-
 tias, commoti haud parum quatuordecim capitibus, quae
 in Comitibus offerebat Excellentissimus Fleimangius, ut post
 plurimas & maximas pollicitationes de religione Romana
 securos redderet animos Polonorum, quippe quam bien-
 nio ante Romae Princeps esset amplexus. Cujus in se vo-
 luntatis simul ac certior redderetur Elector Sereniss. pro-
 fectus est cum copiis Cracoviam, ut insignia Regni coro-
 namque custodiret, rituque solemniter inauguratus ad gu-
 bernacula Reipublicae accessit. Emulo vero, paulo post
 demum ad Olivam navibus Dunquercanis appellente, cum
 parum auxilii afferrent sive Regis Galliae praesentis, &
 argentum & copias transmissuri, sive ejus praesentis,
 irrita spe omni in Galliam fuit redeundum. Eodem Re-
 gis ex Anglia exulis, cum Legato Veneto colloquio an-
 tescit, non minorem ei animum fuisse, quam praesentem
 tem, quacum conflictatus est. Cum enim in Scotia re-
 bellium, Regem Wilhelmum ad venatorem profectu-
 rum opprimendi, ex voto succederent, rem se integram
 Deo, cujus voluntatem libenter amplectitur, dixit per-
 mittere, conspirationis vero, quam sententia prius
 non penitus improbandae, auctor noluit haberi. Quam
 inique tulerit denique Carolus II Rex Hispaniae, peregrinos
 Principes, se vivo ac ne in consilium quidem adhibito,
 Monarchiam suam arbitrio suo bis esse partitos, licet colli-
 gere ex libello, quem Ministris Principum Federatorum
 tradendum curavit, cujus summam inter alia, ad successio-
 nem in Hispaniae regnis pertinentia, Garzonius affert.

Quemadmodum ex hisce & aliis compluribus, quae
 referre singula instituti nostri non est, lucis fortasse haud
 parum petere Historiae recentioris studiosi possunt; ita plu-
 ra sunt etiam, quae in rem suam vertere queant, qui Geo-
 gra-

graphiaz studia sectantur, descriptionibus urbium, insularum, quin & regionum in Hungaria, Dalmatia & Gracia partibus conspurium ab Autore suppeditatis. Sed ejus rei specimina afferre non licet ad recensitionis nostrae, ne infinitum excreseat, finem properantibus. Ceterum ut laudibus promeritis nemo defraudaverit Autorem, ita non deerunt fortasse, qui credulitatis nimiae dicam ei quandam scribi posse existiment. Quod enim die S. Marci forderis condiciones Venetias fuere perlatae, argutandi captat occasionem, Patrono suo S. Marco eas esse comprobatas ac potuisse inde Venetos victricia sibi arma polliceri. Simili ratione Mariae quandam imaginem vicibus quatuor, undecim primo, deia novem & octo, tandem quinque dies in vico juxta Kalo, propugnaculum adversus Transilvaniam, ingentem lacrimarum vim profudisse perhibet. Sed ejus generis narratiunculis, quod bona fide confirmare possumus, parcissime indulget, quae proinde, veluti maculae leves in pulcherrimo corpore a nemine magnopere animadvertentur, operisque adeo praestantiam non imminuent.

P. 57.

P. 739.

THE INSPIRATION OF THE HOLY-
Writings of the old and new Testament.

i. e.

INSPIRATIO SACRARVM LITTE-
rum V. & N. Testamenti considerata & evicta quatuor-
ordesim Sermombus dictis in concione Mercatorum in
adibus Sattersball ab EDMUNDO CALAMT,
Theol. D. quibus additus Sermo de divina institutio-
ne Ministrorum Ecclesiae ibidem
dictus.

Londini, 1710, &

Alph. 2 pl. 9.

IN tam foetundo nostris temporibus proventu hominum,
qui, tenebras in clarissima luce sectantes, a religione
vel

revelata vel omni etiam omnino abhorrent, sola Anglia laudem fert, nullibi gentium frequentius esse aut fortius impugnata insaniam eorum, nullibi feliciter veritatem in tuto collocatam. Debet hanc illa *Cudworthis, Tillotsonis, Grewis, Nicollis, Stillingfleetis, Lockii, Bentlejis, Gastrellis* atque aliis, quorum monumenta huc spectantia, modo studiose pervolvantur, vel profanissimo homini mentem subjicere meliorem possint. Quos inter quid vetat referre Virum Reverendum *Edmundum Calamy*, Theol. D. insignis decus Presbyterianorum, quorum in partes discescit causamque defendit libro: *A Defence of moderate Non-conformity in three parts*, h. e. *defensio modesta dissensionis tribus partibus constans*, quemadmodum & historię consuluit scripto: *An Abridgment of Mr. Baxter's Life with a Continuation and an Historical Account of the Ministers, that were ejected for Non-Conformity* i. e. *Compendiaria vita Baxteri enarratio ulterius producta & historica stipata recensione Ministrorum dissensionis causa ejectorum*. Vindicat ei jure suo, ut existimamus, locum inter Viros tantos, quod producimus scriptum de inspiratione sacrarum litterarum V. & N. Testamenti, quod argumentum sponte se illi obtulit, postquam peculiari libro: *A Caveat against New Prophets*, i. e. *Admonitio adversus recentiores Prophetas*, de *Esoteris* nostrorum temporum egisset.

Quatuordecim sermonibus complexus rem omnem est, quos ita pluribus placituros, quemadmodum peroravit, relinquere, quam, quod optaverint forte Lectores nonnulli, in justam tractatus formam, multis sive mutatis sive relectis, redigere maluit. Præmisit introductionem quandam, ubi totus est in commodis extollendis, quæ in gentem Judaicam, quod credita sibi oracula divina habuit, infinita redundarunt. Id demum docet fuisse, quo ceterarum sortem gentium superaverint, indeque luculenter constituisse de natura Dei & humana, de officiis, de creatione universi, de origine mali, de propensâ Dei, of-
fensi

fenſi licet, in rebelles creaturas voluntate, de foedere cum Deo, de cultu ejus idoneo, de adventu Meſſiæ ejusque regno. Sed omiſſis hiſce ad argumentum ipſum accedamus, cui ut ſatisfaciat Autor, ante omnia, qua in re inſpiratio conſiſtat, & quo uſque ſit extendenda, explanat, inde eam in Scripturas V. & N. Teſtamenti evincit competere, cavillationibusque aduerſariorum eluſis nonnulla conſectaria ſubjungit. Ad indolem inſpirationis explicandam, media inter eos, qui longius quam par eſt, progrediuntur & qui anguſtis nimium terminis ſe circumcludunt, via inceſſurus obſervat, ea ſignificari aliquid proprium quidem ſacro Codici, ita, vt tribui illud ſcripto amplius nulli poſſit, ſed commune tamen quibuſcunque ejus partibus, ut nulla Spiritus divini penitus queat expere cenſeri. Explicatio ipſa eo fere tendit, ut non excitatos tantum viros ſanctos ad ſcribendum tradat, verum etiam ſingulari ratione, quæ tamen gradus admittat, a Spiritu Sancto ſive in concipiendis primum rebus litteris mandandis, ſive ſtylo formando adjutos, ita ut erroris ab iis commiſſi metus neminem turbare poſſit. Quæ quidem, multum veremur, ne Auctorem inſtituti immemorem arguant, qui, dum operationi Spiritus Sancti manifeſte detraxit, mediam viam tenuiſſe Scripturarum gnaro nemini facile credetur. Sed hæc aliis relinquimus, quod noſtrum eſt, acturi, vt bona fide exponamus ſenſa Auctoris, docentis præterea, inſpirationem factam eſſe per impreſſiones in imaginationem, eaſque conviciſſe viros ſanctos de origine ſua atque ad ſcribendum excitari, eas uſum rationis facultatesque non deſtruxiſſe naturales ſed illis ſe attemperari. Poſt nonnulla jam de gravitate argumenti ac neceſſitate, de revelatione immediata hic non expectanda, de certitudine, quæ hic poſſit poſtulari, de veritate generalis de inſpiratione aſſerti, etiamſi rationes ſcujuscunque libri divinitatem ſpecialiter demonſtrantes nos deficient, argumentatur primo a veritate Scripturæ Sacræ, quam non magis ſuſpectam eſſe, quam cujuſcunque libri fidem oſtendit, inde

D d d

que

que infert inspiratam esse, utpote quod tot illa locis aperte profiteatur, ut fidere ei nulla in re amplius liceat, si hoc nomine Lectoribus illudat. Argumentatur inde, quod, ejus originem ab ipso esse Deo repetendam, a nemine negari possit, qui consideraverit, neque ab hominibus, sive probis, sive improbis, neque ab impuro Spiritu eam posse profectam esse, qui approbationem ejus omnium temporum, consilia Dei in clarissima per eam posita luce, predictiones ejus impletas, miracula in ejus gratiam patrata, gloriæ divinæ, in quam a capite ad calcem usque omnia in ea tendant, amplificationem secum expenderit. Hoc igitur admissio inspiratam esse concludit, quod, si res secus habeat, fines suos nequeat consequi, fluctuantes animos in perpetuas de rebus sacris dubitationes conjectura. Argumentatur porro a mirifico concentu omnium illius partium inter se, a convenientia consensuque mutuo, qui illi cum providentia divina omnium temporum intercedit. His conjunctim V. & N. Testamenti inspiratio efficitur, sed suppetunt etiam variaz rationes, quibus ea utrique sigillatim volumini sacrarum litterarum potest asserere. Eas in sequentibus Autor persequitur, in novi primùm Testamenti gratiam acie instructa, quippe quo agnito vetus, cui istud luculento testimonio est, necessario est agnoscendum, quamvis idem illud novo Testamento vetus, divina ejus per inspirationem origine probata, præstare facili negotio possit. Hic igitur a finibus Scripturæ N. T. a promissionibus Christi, ab integritate virorum Sanctorum, a consensu Ecclesiæ omnium retro temporum præsidium causæ suæ petit, cumque argumentum librorum ejus in tria capita abeat, in Doctrinas, Prophetias, Historias, nullum ex his sine inspiratione consistere posse, accurate ostendit. A novo ad vetus Testamentum redit atque ad ejus in genere *œconomiam* demonstrandam ad naturam religionis Judicæ illa nitentis, atque durationem omnis expertem mutationis, testimonium item luculentum Christi & Apostolorum in Scriptura N. T. provocat. Eandem porro specialibus

ar-

arguentis propugnat, quæ penitior suppeditat considera-
 tio librorum V. Testamenti, prout in Mosen, Prophetas
 & Hagiographa antiquissima divisione dispescuntur. His
 non contentus Autor noster, ut dissipet penitus, quicquid
 tenebrarum superesse possit, de viris Θεωρησεως, peculia-
 rem tractationem exorditur, ita ut primo de iis, qui veteris
 Testamenti temporibus, deinde iis, qui novi temporibus
 extitere, distinctissime agat. Illorum nomina consi-
 derat ac finem quem quadruplicem esse credit, nempe non
 tantum, ut a divinationibus gentilium abduceret Iudæos
 Dent. XVIII, 9, 16, sed etiam, ut quas Levitæ, ordina-
 rit Doctores, negligerent docendi cohortandique popu-
 lum partes, extra ordinem susciperent, Servatoris prænun-
 ciare Adventum, providentiæque divinæ rationem lucu-
 lenter explicarent. Ipsos statuit inspiratos fuisse, cœlesti
 luce in mentes eorum illapsa, quæ arcana vel futura revela-
 vit, vel rationes, quibus nisi generalia veritatis & officiorum
 capita ad casus occurrentes adhibere sine erroris periculo
 potuerint, lucemque illam, velut radios Solis per medium
 ætheris, transiisse potius per intellectum, quam habitus in-
 sag gestivisse, quo tamen pacto revelatis rebus initio magis
 evidentia sua, quam acri illuminatio, perierit. Inter alia, ubi
 de intervallis hujus gratiæ divinæ, de limitibus, de certitu-
 dine illius, de variis modis ac gradibus illius, de impulsu il-
 lam in communem usum impertiendi docet, distinguendum
 putat id, quod respicitur Prophetæ impulsu Spiritus.S. com-
 moti, ut sibi visus audienda vel legenda darent, a ratio-
 ne Spiritus Sancti agendi in eos, cum instinctu divino af-
 flatuque regerentur. Hinc ostendit oracula, quæ Spiritu
 Sancto jubente memoriæ mandarint, esse quidem veris-
 sima omnia, sed, raptu Prophetico ingruente, in theatro
 velut imaginationis, non reapse acta plurima esse, atque
 huc refert prophetiones, quæstiones una cum responsioni-
 bus, & motiones alias miras, explicatis locis Hof. I, 24, Jer.
 XIII, 1, Jec. XIX, 2, 3, Ezech. IV, 1, 2, 12. Simili ratione Au-
 tor in Θεωρησεως N. T. inquit, ejusque cum discrimen,

tum, convenientiam cum ea, de qua egimus, potestatur, quemadmodum & necessitate ejus evicta *Autori quinque litterarum de Inspiratione*, veritatem illius impugnanti, plenissime satisfacit, atque an & in quantum dubitatio aliqua atque incertitudo in viros *Θεωρητικούς* cadere possit, rejectis memoriæ lapsibus, quos nonnulli largiuntur, demonstrat.

Hæc velut prima pars tractationis esse possit; quæ sequuntur, alteram non immerito constituent, quod *αἰτί-Θεοῦ* post *ἑῶν*, convenienti ordine, eamque satis diffusam sistunt. Objectiones nempe contra *Θεωρητικούς* facti Codicis palmarie hic omnes comparent, ita quidem propositæ, ut adversariis, quemadmodum fieri nonnumquam solet, locus non relictus videatur conqueantur; vim illis suam ac robur callide supprimit. Eas *Autor* sub examen sollicitè revocat, & larvas, quam imponere *ἄλλοις* possint, detracta, ita spectandas exhibet, ut de *ἁπλοῦς* earum dubitare nemini liceat. Angustie chartæ hic breviores nos esse jubent, unde vix relinquetur facultas aliud hisce præter objectionum, quæ diluuntur, indicia addendi. Nituntur illæ contradictionibus absurdis & *ἀδυνατοῖς*, stylo tenui, obscuro & insipido, ordinis perturbatione, quæ omnia exprobrant Scripturæ Sacræ profanum homines. Pertinent huc Polygamia, lex Levitica, execrationes & imprecationes, citationes Novi Testamenti e veteri: quodque eam haut paucorum esse sententiam comperisset, potuisse longe alia, convenientique magis ratione Deum quam Scripturis religionem inter homines conservare, eam ex instituto confutandam sumfit. Quæ sequuntur confessoriorum more adjecta de utilitate Scripturæ Sacræ, de erroribus in Ecclesia Romana, de officiis Christianorum respectu ad Scripturam habito, de modo illam legendi, intacta prætermittimus, verbo tantum monentes, peculiari Autorem de Ministrorum Ecclesiæ divina institutione opera sub finem egisse, quæ tractatio neque incongrua esse hoc loco

loco, neque nostram de Autoris exquisita doctrina opinionem fallere videtur.

GUSTAVI GEORGI ZELTNERI D. Dissertatio Theologica de novis Bibliorum versionibus Germanicis non temere vulgandis, C. E. Trilleri, & J. H. Reizii rationes potissimum sub examen vocans &c.

Aldorfi, sumptibus Jodoci Guilielmi Kohlesii, 1711, 4.

Alph. 1.

Præfens, quod conspectui tuo, B. L. nunc exhibetur, opusculum, jam tum A. 1707 a Celeberrimo Autore editum promulgatumque fuit, cujus editio altera cum uberioribus ad singula capita annotationibus, Wigandi item de Catechismo Lutheri in Ecclesia retinendo, oratione, Caloviiq; judicio, de versione nova Bibliorum Helmstadiensi, ex MS&to nunc demum impresso, quod munificentia summe Reverendi D. Bærneri nostri se debere, gratus profitetur, dimidiam ferme partem adaucta, A. 1711 lucem iterum adspexit. In primo capite, quod historicum inscribit, diversas Bibliorum Germanicorum editiones, Lutheranam æmulantes, recenset, ad Pontificiorum, ut Emseri, Luthero *der Sudler* dicti, Dietenbergeri, Eckii, Ulenbergii: Reformatorum ut versionis Tigurinæ, Belgicæ, Polani a *Polansdorff* & editarum quarundam non sine corruptionis suspitione versionis Lutheri editionum, Neostadiensis, Herbornensis, Nassovicæ, Heidelbergensis, Falkeisianorum Bibliorum nomine celebratæ, autore Tossano conscriptæ, & denique Joh. Salmuthi, quam tamen editionem ultra Pentateuchum non longe productam esse existimat: Anabaptistarum, ut Bibliorum WORMATIENSIS, curante Hezero promulgatorum, quibus B. Lutheri *inixion* de hac editione latam subjungit: ac Socinianorum, ut versionis a Crellio, & Stegmanno consignatæ,

D d d 3

tae, nec non Felbingeri translationes provocans, quibus editionem aliquam in Academia Julia anno 1665 a Philolo-
 ac postea Theologo nostrate conscriptam, typis tamen non
 impressam, sed jussu Principis Bibliothecae scriinii commis-
 sam, ut & Casparis Ernesti Trilleri, Scholae Ilfeldensis in
 finibus Hercyniis Rectoris, atque Joh. Henrici Reizii Ec-
 clesiae aliquandiu in comitatu Solmensi, Braunfelsensis
 Lineae, Ministri, alias scriptis ad Goodwini Mosen &
 Aaronem notis, atque libro de prudentia Ecclesiastica ce-
 leberrimi, versiones N. T. nec non Seebachii novam Ec-
 clesiasticis versionem, Halae 1705 evulgatam, & libellorum,
 Sapientiae Salomonis, & Ecclesiastici versionem, itidem
 Halae, Autore, ut nonnulli volunt, Godofredo Arnoldo, pu-
 blicatam, annectit. In secundo capite, quod *καλασκευαστι-
 κόν* vocat, suam de Bibliorum novis versionibus Germanicis
 non temere edendis, sententiam adstruit, & priusquam rem
 ipsam aggrediatur, generalem de adhibenda prudentia ob-
 servationem praemittit. Deinceps vero novos in adornan-
 da, sermone vernaculo, versione conatus, nec necessarios,
 nec utiles, nec denique honestos etiam, sed superfluos,
 noxios, & magna quoque ex parte turpes esse, atque adeo
 neque periculo, neque culpa vacare, commonstrat. In ter-
 tio capite, quod *ἀνασκευαστικόν* nuncupat, verosimiliores
 adversae partis objectiones destruit, ubi etiam, quemadmo-
 dum institutum suum tueantur, quo sine ad edendas suas
 versiones accesserint, & quamobrem per omnia propemodum
 a Lutheri interpretatione discedendum, eidemque
 novam prorsus substituendam autumaverint, dispicit. Pri-
 mo itaque Pauli Felgenhaueri sententiam exponit, atque
 refutat; deinceps Richardi Simonii opinionem refellit,
 porro Bellarmini, Arnoldi & Trilleri theses producit &
 examinat; ulterius ad Reizii argumenta respondet; praeterea
 Seebachii rationes perpendit; denique alios adhuc
 scrupulos non temere spernendos, partim ab exemplis,
 partim a Scripturae dictis, partim a rationibus verisimilibus
 petitos, excutit. In capite quarto, quod *βλαβηρικόν* appel-
 lat,

lat, de remediis huic negotio aptis, & consiliis disquirat, ubi, posteaquam indicaverat, qua ratione scandala, per novas versiones se exerentia, tolli queant, ut nimirum bibliopola juramento adstringantur, ne quid sine censura prelo subjicerent, suam quoque addit sententiam, quo modo idoneum aliquod investigari queat medium, quo ea, quæ in versione Lutheri accuratius sponi posse videntur, sine Lutheri præjudicio, & Ecclesiæ detrimento, corrigi queant. Hinc non unius industriæ, nedum privato studio committendum hoc negotium, sed plurimum Theologorum vota exquirenda esse asserit. Neque interpolandam Lutheri versionem, sed verba textus primigenii, in iis locis, in quibus Lutherus a fontium constructione recessit, ordine verborum servato, seu ad verbum, ut loquuntur, in margine, signis distinctis ad marginalia adjiciendis, sine explicacione ulteriori, ut commentariorum vices ita obeant, adscribenda esse vult, ne Lector impedimentum inter legendum sentiat, ejusque industria quasi sufflaminetur. In notis ad singula capita plurimam partem historicis Calvinianorum quoque errorum syllabum addidit, quibus Licent. Salmuth (ita enim L. esse explicandum, non vero per Ludovicum, ostendit) Biblia Sacra corruerit, aliaque in priori editione omissa, scitu tamen necessaria, Supplementi quasi loco subjecit.

ORDINUM RELIGIOSORUM IN ECCLESIA militanti Catalogus; Autore PHILIPPO BONANNI, e Soc. Jes.

Pars II & III.

Romæ, typis Georgii Placchi, 1707 & 1710, 4.

Alph. 2 & plag. zn. 183.

CUm de instituto Autoris abunde dictum sit, cum primam operis partem recenseremus in Actis A. 1708 p. 117, saltem hoc loco indicandum duximus, Partem etiam secundam

dam prodiisse, quæ Virgines religiosas, quarum maxime instituta discrepant, & tertiam, quæ Monachos & Moniales, in parte I & II prætermissos, repræsentat. Specimina afferre vix licet, nisi forte hoc unicum hic moneri possit, quod inter Venetales ultimo loco quoque memoretur nobilis femina, dicta *Dimessa*, quæ vox mulierem sine omni fastu incedentem notat. Sunt enim aliquæ Venetiis, Patavii, Utini aliisque in locis ditionis Venetæ congregationes foeminarum nobilium, quæ cultu muliebri neglecto, velamine duplici, albo ac nigro, caput obtegunt; alunt tamen socias, quæ ipsis famulatum præstant, & nulla votorum obligatione adstrictæ sunt, ut, si libeat, possint nuptias celebrare. Ceterum prima Vicentiæ ejusmodi Congregationem instituisse dicitur Dianira Valmarana, suâ ac ope Antonii Pagani, e familia S. Francisci Assisiatis.

ETAT ANCIEN ET MODERNE DES Duchés de Florence &c.

h. e.

*STATUS ANTIQVUS ET HODIERNUS
Florentini, Mutinensis, Mantuani & Parmensis
Ducatum, una cum Bononia descriptio.*

Ultrajecti, apud Wilh. Broedel, 1711, 12 maj.

Alph. I pl. 5.

Quatuor sunt Italiæ Ducatus, quos in Commentariorum libro hoc Autor anonymus filo non incommodo describendos sumit sibi, Florentinum puta, Mutinensem, Mantuanum & Parmensem, quibus Bononiam addidit, rempublicam olim & multis jactatam fortunæ varietatis casibus, atque hodiernum Archi-Episcopi nec non Legati Pontifici sede Academiaque juxta notabilem. Ita versatur autem in exponendis illis, quæ scire intererat de dictis jam Principatibus, ut, missa in compendium uni-

uscujusque historia, urbes etiam arcesq; potissimas enumeret, & quæ notatu digna in iisdem obveniunt, apponat, eorum more, qui Geographicam orbis notitiam peculiaribus libris tradituri, hodie non contenti sola urbium nomina apposuisse, quid in quovis loco spectari maxime atque observari debeat, sigillatim percensent. *Avéxδora* vocat expositionem eam, quam, ubi summa capita cujuslibet Principatus percurrit, de rebus novissimis aularum istarum & clandestinis artibus, quarum separatim nil quicquam literis mandatum fuerat, velut novus quidam Procopius subjecit. Nos memorabilia nonnulla e libro hoc decerpimus, ut de consilio scriptoris apertius nimirum constet. Dictionarii Academiae Furfurariorum sive della Crusca ubi meminit, illud apud exteros quidem magis quam in Italia æstimari, & hoc insuper, addit, cum denuo impressum Venetiis Ranutio II Parmensi Duci inscriberetur, indignatum hunc non parum fuisse Bibliopolæ, velut illudenti sibi, & dialecti, qualis in Lombardia habetur, exprobranti tantum non infacetas, cum dedicationem omnem non nisi usitatis Florentiæ vocabulis concinnasset, qua occasione de contentione Furfurariorum poliendi linguam suam, & figuratas dictiones adamantium nimis, & unius Petrarchæ nitentium autoritate, si de sermonis vernaculi puritate disceptetur, quædam adjungit, quæ ceteris tamen, ac imprimis eximio nostræ ætatis apud Italos scriptori e S. J. Patri Signerio minus potuerit probari. Magni Hetruriæ Ducis, qui hodiernum ad clavum sedet imperii, insignis est pietas, & Deum colendi diligens studium, qui cum R. Pontificem modernum, Clementem XI, morem homilias recitandi in feriis solennioribus reducere didicisset, non ipsum destitit precari, ut sibi sermonis ejus faceret copiam, qui confestim Florentiæ excusus typis, & M. Ducis nomine in universa Europa divulgatus, imo & in Belgium ad Arminianum quendam missus est, a quo cum aliis deinde, qui sequentibus festis diebus habiti a Clemente, atque singulari editoris elogio ornati sunt, prelo fuit subjectus. Mutinensium, quos Bononienses haud raro velut insulso exa-

P. 55.

63.

123.

- gitare solent, causam quando Noster agit, Ludovicum Castellivetro & Fulvium Testi, doctrinæ præstantissimæ Viros, & in sago heroem indidem Raimundum Comitem de Montecuculi laudat, quem Turennius Gallici exercitus summus dux ita suspexerit, ut, si acie decernendum, non cum alio sibi rem esse se dixerit malle, habiturus plus nimirum gloriæ & certamine cum duce scientissimo militaris artis, & diu multumque omnia sapienter circumspiciente, atque ipso hoc acuate suam curam. Sed nec hodie imperantem Mutinensium Ducem Rainaldum illaudatum dimittit, cujus eximius erga Viros eruditos favor, Bacchinium maxime, Muratorium & Jo. Baptistam Cantelli, pietas deinde atque tenax castitatis studium prædicantur, quam raro exemplo in thalamum conjugalem integram intulisse constanti omnium sermone feratur. Caroli IV ultimi Mantuæ Ducis mores impios & libidinem nullo rerum Venerearum usu satiandam, quem sequiori sexui gravi sanitatis honorumque & famæ impendio servivisse dicit, & mansiones maxime Venetas prolixè itidem describit, quam durus extiterit subditis suis adjungens, quando Judæis omnia permisit accepta pecunia, & ipsam etiam numos excudendi potestatem concessit, quos pessimos exinde omnium in agro Mantuano reperiri tradit. Rainutii II Parmensis Ducis, qui hodie imperantis Pater est, miram prædicat sapientiam, quæ tanta fuit, ut & ipse Senatus Venetus missis ad illum oratoribus consilium ejus de gravibus negotiis expetierit, de cujus cum Innocentio X super Castrensi Ducatu controversia, ut & de magnifico ludorum scenicorum apparatu in nuptiis filii Odoardi & Dorotheæ Sophiæ Neoburgicæ, qui neminem non in stuporem dedit, plura adducuntur. Bononienses Nobiles ingenii vivacitate & acumine præ ceteris, scribens, enunere, Marchionem nominat Sampierium, qui ante aliquot annos Ludovicum XIV Gallie Regem suppliciter exoraverat, ut pro nato recens filio in solennibus baptismi fidejuberet. Ejus beneficii memoriam ut sancte a se coli ostenderet hic Marchio, duodecim adscivit urbis Nobiles amicitia conjunctos sibi vinculis, & res gestas celebra-

re carmine jussit Ludovici, ita ut in singulorum mensium materia aliqua singuli occuparentur. Hoc munus quo magis Christianissimo Regi se commendaret, calamo descripta fuerunt carmina in membrana tersiori summo studio, compactusque codex tegumento filatim elaborato, auri-fabri opera, ornatus fuit, ita ut in sumtus ejus aliquot millia uncialium numerum Marchio impenderit. Istud notari debet hic etiam, controversiam, quæ D. Imperatori Josepho, pro Ducis Mutinensis & Imperii Juribus connitenti, cum Romano Pontifice intercedit, & præsentis hoc in bello maxime fervere cœpit, percenseri in his etiam Commentariis, de qua edita utrinque scripta varia in Actis nostris Anno 1709 p. 194 & Anno 1711 p. 224 indicavimus.

PRATIQUE ABREGÉE DE MEDECINE
& de Medicaments.

i. e.

COMPENDIUM PRACTICUM MEDICINÆ
& Medicamentorum; Autore G. COIVART,
Medico Anglo.

Parisiis, apud Laurentium D'Houry, 1711, 12.

Plag. 18.

Maxima optimorum medicamentorum pars & optima eadem applicandi methodus vel casu inventa fuit, vel post speculationes quasdam, quas frequentior eorum usus suppeditavit, cœpit adhiberi. Nostro certe seculo, in quo Medicina, facta singularum partium, ex quibus quodcunque corpus componitur, sedulo examine, ad summum fere fastigium fuit evecta, sæpe videmus, eruditissimos & subtilissimos Medicos non majori felicitate medicamenta præscribere, quam inferioris subfellii Practicos seu Empiricos. Cum enim theoria subtilis non nisi incertas conjecturas circa morbos profligandos subministret, eventus illi semper respondere non potest. Hinc meliorem si-

E e e 2

bi

bi nullo non tempore polliceri potuerunt successum in affectibus propellendis; qui experientiam secuti sunt, quam qui abstractivis ideis pertinaciter inhaeserunt; & remedium apparatus, quorum effectum experientia confirmavit, plus utilitatis contulit infirmis, quam libri, qui vel optima circa generales corporum proprietates praecipua continent. Quanquam autem vix duo concurrant morbi ejusdem speciei, in quibus omnes observare liceat circumstantias; adeoque dubium exurgat, an idem medicamentum, quod priorem extirpavit, eadem felicitate posteriorem sit profligaturum, spes tamen est, fore, ut de felici successu quisvis sibi gratulari possit Practicus, qui casus distinguere, remedia seligere, & prudenter eadem applicare noverit. Atque hic finis hicque scopus est praesentis opusculi, quod novam sistit Medicinae tabulam, in formam thesium primum a Coivarto, Practico Londinensi famigeratissimo, felicissime comprehensam. Post brevem enim morbi cujusque definitionem indicationes determinantur, & quae his satisfaciunt, remedia composita, ab illo nominatenus saltem indicata, describuntur, quibus aliter adduntur compositiones, famigeratissimorum Chymicorum & Medicorum, quae in officinis bene constitutis facile reperiuntur. Morbi juxta ordinem Alphabeticum dispositi leguntur & cum experimentorum Boyleanorum Centuria, Anglico idiomate conscripta, & apud nos Lipsiae Germanice ante aliquot lustra versa, sed nunquam antea in Gallicam linguam traducta, multa experientia fuerit comprobata; operae pretium esse duxit Bibliopola, eandem sub calce opusculi hujus cum civibus suis communicare.

PHYSICO - MECHANICAL EXPERIMENTS on various subjects &c.

h. c.

EXPERIMENTA PHYSICO - MECHANICA de variis subjectis, quae continent recensentur

B. III.

E.

EG 3

jam

nem variorum phaenomenorum stupendorum de lumine ac electricitate per attritionem corporum producendis, una cum aliis phaenomenis antea non observatis; Auctore FRANCISCO HAUKSBEE, Societatis Regiae Socio.

Londini, sumptibus Auctoris, 1709, in 4.
Alph. I plag. 3 & Tabb. æn. 7.

DUdum Orbi erudito suam in experimentando dexteritatem atque industriam comprobavit Auctor ingeniosus: etenim ab anno 1704 plurimis experimentis iisque egregiis Transactiones Anglicanas exornavit. Quæ vero passim per eas dispersa sunt experimenta, in unum volumen collegit & interdum uberius explicavit. Præmisit descriptionem antiæ pneumaticæ, qua in experimentando usus. Nova prorsus cum sit structura ejus; dignam judicamus, quæ hic exponatur. Sunt nempe *aaaa* duò cylindri orichalcei, quorum altitudo duodecim, diameter duorum digitorum. Emboli virgis dentatis *cccc* affixi mediante manubrio *bb* & rotula dentata alternatim elevantur ac deprimuntur. In fundis pariter cylindrorum atque in superiori embolorum superficie deprehenduntur valvulæ ex vesica flexili paratæ. Cylindri fundo pelvis *dd* insistent, cujus altitudo duorum digitorum, ut aqua infusa ingressum aeris externi in cylindros impediatur, & ad frontispicia *ff* firmantur a columnis *gggg* sustentata. Per tubum *bbb* aer ex campana *oooo* exhauritur, qui tubulo horizontali mediante aerem ad utrumque cylindrum demittit. Per epistomium *nn* aer in campanam rursus admittitur & ascensus mercurii in tubo *llll* monstrat rationem aeris dilatati ad primitivum. Hujus imitatione nuper novam pariter antiam construxit Leupoldus noster, quam exhibemus in Actis Anni 1713 M. Februario.

Opus ipsum in sectiones tres dividitur. Prima illarum experimenta varia in phospho mercuriali sumta recenset, quæ in Transactionibus Anglicanis num. 303 p. 2129

E c e 3

jam

TAB. III.
Fig. I.

TAB. III.
Fig. 2.

jam publicata. Eminent inter hæc experimentum secundum, quo igneam quasi pluviam in tenebris produxit, Mercurio per infundibulum in vas evacuatum altitudinis 21 digitorum demisso & globulis decidentis ad superficiem vitri similiter evacuati, cujus altitudo 17 digitorum, a lisis. Cum majorem Mercurii quantitatem adhiberet, fulgura quasi a superficie vitri interioris evibrata. Sectione secunda phænomena describuntur, quæ attritioni corporum in variis mediis ortum debent. Eum in finem artificium aliquod excogitavit Autor, quo motum celerimum corporibus in vacuo imprimere valet citra periculum aeris immittendi. Quæ de luminis in vacuo per attritionem corporum productione tradit, ea jam in Transactionibus num. 304 p. 2165 proposuit. Ex iisdem repetuntur, quæ de admiranda luminis productione num. 307 p. 2277 primus proposuerat. Ejus aliquam ideam ex iisdem Transactionibus in Actis Anni 1709 p. 237 exhibuimus. Similiter pleraque de electricitate vitri experimenta in Transactionibus num. 308 p. 2327 & num. 309 p. 2372 leguntur. Sectione tertia fusius describit Autor & schematismo illustrat experimentum, in Transactionibus num. 310 p. 2415 propositum, quo ostendit, in aere compresso non minori difficultate separari hemisphæria ænea, quam ab aere evacuata in aere communi separantur. Sectione quarta rationem gravitatis specificæ aeris atque aquæ eodem modo, quo in Transactionibus num. 305 p. 2221, determinat. Est autem juxta Autorem gravitas aeris ad gravitatem aquæ ut 1 ad 885. Sectio denique quinta, quæ præcedentibus omnibus simul sumtis major, varia experimenta miscellanea continet. Reperies ibi experimentum, ex Transactionibus num. 305 p. 2223 & num. 319 p. 258 transcriptum, quo evidentissime ostenditur, ascensum fluidorum in tubulis capillaribus eundem esse in vacuo & aere. Excogitavit enim Autor artificium, quo corpora in vacuo elevare ac deprimerè pro lubitu valet; quod campana antliæ ipsius superimposita adumbrat. Curiosum est experimentum, quo quantitatem materiæ elasticæ ex accenso pulvere pyriò in aere communi

ni

ni productæ determinat eundem in modum, quo in Transactionibus num. 311 p. 2409 usus ostendit, ut in Transactionibus num. 311 p. 2412, elaterem aeris per violentam compressionem adeo turbari, ut nonnisi notabili temporis intervallo elapso tonus naturalis restitatur. Probat, ut in Transactionibus num. 292 p. 1629, procellam Mercurium in tubo *Torricellii* deprimere debere. Duorum enim tuborum extrema cum vasculis cistulis includit, mediante tubo inter se communicantibus, & tubulo, alteri ex cistula prodeundi globum affixit, in quo aer valide compressus erat. Hujus epistomio aperto, cum aer per exiguum tubulum non statim se restituere in statum pristinum posset, ventus excitabatur per tubum apertum & cistulæ propiori affixum cum impetu proruens, quod dum fiebat, Mercurius in utroque baroscopio delabebatur. Utitur autem Cl. Autor ad aerem comprimendum Syringe cochlea instructa. Invenies porro experimenta de productione & propagatione luminis a phosphoro in vacuo, ex Transactionibus num. 296 p. 1865; de sono in aere compresso fortiori, quam in communi & ejus in rarefacto diminutione ex Transactionibus num. 297 p. 1902; de reslitione corporum in aere communi, vacuo & aere condensato, ex Transactionibus num. 298 p. 1946; experimenta de lumine ac electricitate per attritionem corporum productis, a superioribus diversa, quæ in Transactionibus reperire non potuimus; de ascensu fluidorum inter superficies corporum fere contiguorum, quorum pars aliqua exhibetur in Transactionibus num. 319 p. 255. Exploratur variatio densitatis aeris a maximo calore usque ad maximum frigus, ut in Transactionibus num. 315 p. 93. Definitur quantitas refractionis in aere per experimentum *Lowthorpii*, a *Cassino* juniore in dubium vocatum, sed ab Autore jussu illustris Societatis Regiæ singulariterum cura iteratum. Est autem ea ut 1000000 ad 999736. Denique, ut in Transactionibus num. 320 p. 306, pondus corporum in aere communi æquipoponderantium, sed ob diversam superficiem formam in aqua inæquali examinatur. Ubi rejicitur ratio, quæ de parti-

cu-

culis metallorum menſtruo ſpecifice leviori ianantium a ratione diverſa ſuperficiorum ac ſoliditatum petitur ; & infeliciter ex hodierna nonnullorum Anglorum hypotheſi de attractione ratio alia, ſeu revera nulla, ſubſtituitur.

GUIDONIS GRANDI, CAMALDULENſis, Regia Celf. M. D. Etruria Theologi & Mathematici, in Piſana Univerſitate Publ. Phil. Profeſſoris & Regia Societatis Sodalis, Epistoſa Mathematica de momento gravium in planis inclinatis, deque directione fulcri in Mechanicis attendenda. Ex autograſho iterum edidit, novis Annotationibus illuſtravit, & adverſus Tambuccianam Epistoſam opportunis vindiciis munivit MARIUS DECENIGA, Autoris Diſcipulus.

Luca, typis Peregrini Fradiani, 1711, 4.

Conſtat plag. 5 $\frac{1}{2}$,

Lucas Antonius Portius receptam Staticorum doctrinam de motu gravium ſuper plano inclinato impugnaverat, quemadmodum habetur in Actis A. 1706 p. 313, ratione uſus non nova, ſed quam jam olim apud noſtros *Andreas Jungenicelius* in ſua Clave Machinarum p. 259 & ſeqq. propoſuerat, neſcius licet, eam placitis Staticorum adverſari: erat enim illiteratus, etſi ingenio non careret, ex viſtriario miles primum gregarius factus, poſtea a Sereniſſimo Electore Saxoniae ſuggeſtibus tormentorum praefectus. Sit nempe GC planum inclinatum, ſphaera DFE punctum contactus in E. Ducatur per E recta FH ad Horizontem perpendicularis. Segmentum ſphaerae EKF juxta *Portium* aequilibrabitur ſimili ſegmento FIE & ſphaera deſcendet ſuper plano ea vi, quae aequipollet differentiae ipſius EKFIE a ſphaera integra. *R. P. Guido Grandus* A. 1704 d. 28 Octobr. per litteras rogatus, d. 29 Maji A. 1706 ſuum de *Portii* libello iudicium tulit. Errorem ſcilicet in eo

TAB. III.

Fig. 3.

esse

esse notavit, quod *Portius* supponat, actionem plani repellentis fieri juxta lineam EF, quæ per contactum & centrum gravium transit: cum tamen constet & ab ipso quoque ostendatur, eandem fieri juxta lineam EI ex centro globi ad punctum contactus perpendicularem. Unde urget, Sphæram ferri debere motu composito ex utraque directione gravitatis urgentis per EH & plani repellentis per EI. Receptam deinde Mechanicorum sententiam probat. Hanc *Grandi* epistolam, incerto Autore, Romæ 1710 cum notis Italicis edidit Anonymus. Sed cum in notis multa contineantur sententiæ ipsius adversa; *Mario de Ceniga* discipulo suo curam editionis novæ commisit, qui *Grandi* Institutionibus Physico-Mechanicis MSC. sed luci publicæ, ut ait, destinatis, notulas illustrantes adjecit. Quoniam vero interea *Hieronymus Tambuccius*, discipulus, *Vitalis Jordani*, epistolam quandam edidit, in qua *Grandianam* demonstrationem petitionis principii redarguit & ægrefert, quod *Grandus* demonstrationis, quam *Portio* opposuerat *Jordanus*, fallaciam obiter tantum notaverit, non diserte demonstraverit; ideo huic quoque respondet. Quoniam vero *Tambuccius* elementarii Mathematici nomine compellavit celeberrimum *Grandum*, ideo ipsi problema sequens solvendum proponit ad Geometriam ejus exercendam: *Data recta linea in dato puncto inæqualiter secta, punctum invenire, ex quo ad terminos data linea datumque in ea punctum ductis rectis lineis, quadrata ductarum ad terminos superent quadratum ductæ ad datum punctum spatio quodam dato (dummodo hoc majus sit duplo rectanguli sub segmentis data linea contenti) simulque ut ipsa data linea minima esse probetur omnium per datum illud punctum transeuntium & rectis a puncto quesito per ipsius data linea terminos productis interceptarum, atque catalogum Operum R. P. Grandi exhibet, quæ omnia in his Actis recensentur, excepta disquisitione Geometrica in Systema sonorum D. *Narcissi Marsh. Arch. Armacani*, edita in Transactionibus Anglicanis A. 1700. Monet etiam, Virum Cl. multa ad Hi-*

storiā, Philosophiā, Poesin, Mechanicā, Algebrā, Opticā, Geometriā, spectantia in pluteis suis premere.

L. S. SCHMIEDERI OBSERVATIO, DE
Seminis Regressu ad Massam Sanguineam.

Mihi nonnunquam variis de rebus naturalibus, corpore humano ejusve structura mirabili, motu atque humoribus corporis, &c. mediationes instituenti, inter alia quoque paulo intimius sese considerandus obtulit liquor genitalis. Hujus naturam, constitutionem, partes constitutivas, vasa, receptacula atque secretionem, cum paulo penitius aliquando mecum ponderarem, menteque ultro citroque volverem, de ejus *MOTU*, non autem *circulatorio*, in amplexu venereo, vel alia nefanda titillatione excitato, nec *inestino*, de quo, cum spirituosius sulphureisque partibus copiosis polleat, non dubitandum est; sed *progressivo* quodam, e suis iterum receptaculis ad massam sanguineam, nonnulla in mentem mihi venerunt, meque, ut tam diu crederem istum atque assererem, adegerunt, donec contrarium clare, manifeste atque apodictice mihi fuerit demonstratum. Evolvi igitur hanc in rem multorum tam veterum quam recentiorum libros & Anatomicos & Physiologicos, sed irritum semper fere successu, parum enim vel nihil de hoc seminis motu progressivo vel circulatorio reperire potui, præterquam apud *Hippocratem* in *L. de Nat. Puer. S. III p. m. 240 Edit. Fas. Guernerum Rolsinc. in L. de Ordin. & Method. Part. Genital. c. 42. p. 84, & Danielem Taury in nov. Anatom. ratiocin. illustr. &c. Edit. Latin. p. m. 192, 193, & pauca quædam apud *Franciscum Bayle, in Institut. Phys. Tom. III p. m. 568.* Verba Hippocratis, in quibus umbra hujus sententiæ latet, ita fluunt: *ἀμα γὰρ τῷ γένει γινόμενω, ἢ σὰρξ ἀραιὰ γίνεται, καὶ ἡ ἐπιδερμὶς, καὶ τὰ φλέβια τομῆται μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ πρῶν χρόνῳ.* & paulo post:
ἐκεί-*

*εὐκόσοι δὲ εὐεῦχοι παῖδες ἰσῆος γίνονται, διὰ τὸτο ἔτε
 ἠβῶσιν, ἔτε γενεῶσι, λεῖοί τε γίνονται ὅλοι, ὅτι ἡ ὁδὸς
 τῆ γονῆ ἐκ ἐπιγενομένη, ἐκ ἀραοῖ τὴν ἐπιδερμίδα ἐπὶ
 τῷ ζύμπακι δερματι. ἀπολέληται γὰρ ἡ ὁδὸς τῆς γο-
 νῆς ὡσπερ μοι εἰρηται ὀλίγω πρότερον.* Ex his verbis non
 obscure patere arbitror, Hippocratem de regressu feminis
 ad sanguinem & corpus sermonem fecisse, cum ab hoc sc.
 spermate, carnem ac extrema cutis rarefieri, quo barba
 pilive in pube egredi queant, ab ipso asseratur, quod jam
 via nunc geniturae facta sit, quae autem ante pubertatis an-
 nos atque in Eunuchis ipsi sit adhuc intercepta. *Rolfinci-*
us l. c. paucis ejus mentionem injicit, simul autem quoque
 negat hunc feminis circulum, ut ex sequentibus patebit,
 quae ita se habent: „Circulationis ambitiosum nomen
 non indulget curiosis quietem. Videtur semen non cir-
 culari, neque in testibus, neque extra testes, Animo-
 sitas, quam testes addunt corpori, non adscribenda est τῷ,
 ὄγκω, ἀλλὰ τῆ δυνάμει, μοῖ, sed virtuti. Inficias ire,
 nolamus, cum sanguis a nutritione testium residuus in ve-
 nas reassumitur, atomos quasdam seminales illi permi-
 sceri. Verum, haec verba feminis regressum ad sanguinem
 negare non possunt, tanta vi non gaudent, nec atomi
 quaedam, ad animositatem corpori conciliandam, vigorem
 roburve ipsi addendum, sufficiunt, haud enim exigua, ad
 hoc praestandum, earum requiritur quantitas. *Dr. Taury*
 l. c. de spermatis usu, respectu individui differens eumque
 considerans, ob ejus effectus in corpus observabiles, dubio
 procul in hanc, de feminis motu circulatorio, venit opinio-
 nem, Integrum locum ex isto, dignus enim est, qui lega-
 tur, asseremus, qui ita se habet: „Nemo est hominum,
 qui, semini nostram nos debere originem, illudque nos,
 immortales quasi reddere, dum redivivos nos in aliis En-
 tibus nobis similibus sistit, in dubium vocet: At vero,
 usus, quos subjecto, in quo producit, praestat, explica-
 re & cognoscere, id vero paulo est difficilius. Attamen,
 illud quendam nobis perfectionis, vigoris & roboris gra-
 dam

„dam largiri cernimus, quoniam Eunuchi, foeminae, ac illi,
 „qui per continuos actus venereos nimium enervantur,
 „fere instar infantum ac puerorum, imbelles & imperfecti
 „existunt. Ob eandem quoque rationem barbam producit,
 „& vocem magis gravem reddit. Quandoquidem inter Eu-
 „nuchum & alium hominem nulla alia intercedit diffe-
 „rentia, nisi quantum ad liquoris hujus generationem atti-
 „net, credere fas est, ipsum hunc liquorem in massam san-
 „guineam revertentem, egregios hosce nobis afferre fru-
 „ctus. Hæc sunt hujus Autoris verba atque argumenta, qui-
 „bus nunc quoque nostras addemus rationes pro hac sen-
 „tentia confirmanda. Primam & potissimam fere ve-
 „sicularum seminalium parvitas constituit, atque conti-
 „nuus ac quotidianus ad has seminis affluxus. Quod par-
 „væ sint, ex oculari inspectione patet, longitudine enim vix
 „tres digitos transversos excedunt, latitudine autem & cras-
 „sitie transversum fere digitum æquant, quanquam in uno
 „latere quam in altero plerumque paululum deprehendan-
 „tur majores. Perpendat nunc quis secum continuum ad
 „vascula hæc exigua & quotidianum seminis accessum,
 „quem nemo, nisi simul etiam absurde & contra omnem ra-
 „tionem sanam atque experientiam, sanguinis circuitum,
 „omnium in toto corpore humorum & laudabilium & il-
 „laudabilium secretionis autorem, negare velit, inficias ire
 „potest. Perpendat, inquam, continuum hunc seminis ac-
 „cessum vesicularumque seminalium exiguitatem, quæ ad
 „tantam seminis tantummodo quantitatem, quæ intra sex,
 „septem vel octo hebdomadam spatium colligitur, (de mul-
 „tis annis jam non dicam) recipiendam, atque tam diu, do-
 „nec homini legitime cum muliere congregiendi conceda-
 „tur potestas, retinendam, nequaquam sufficit. Hæc ita-
 „que cum inter se cohærere nequeant, utique semen ite-
 „rum abire, & quidem ad massam sanguineam corpus-
 „ve, necesse est, ob rationes tum supra a *Dno. Taury* al-
 „latas, tum adhuc afferendas. Corporis temperies muta-
 „ta,

ta, quæ post castrationem observatur, hunc feminis motum regresivum aperte satis quoque indicat. Observamus enim, quod animalia post testium excisionem fiant pinguiora, languidiora, minusque animosa. In Eunuchis præter alia & hoc attendendum, quod pili in barba pudendisque ante castrationem ipsis non decidant, & nondum in barba aliisve partibus egressi, nunquam nasci observentur, secus ac alias in non castratis fieri solet. Accedit etiam, quod ab hac virilitatis privatione vox mutetur atque acuta fiat. De Cervis ad congressum jam aptis fertur, quod, si depositis cornibus, quæ singulis annis dejiciunt, mox sua priventur virilitate, nunquam postea ipsas nova renascantur cornua. Testantur ulterius hunc feminis motum per corpus odor atque sapor graveolens in nonnullis animantibus brutis eorumque carne, nec non certa istorum coeundi periodus, quam servare observantur, ut experientia testatur. Ubi vero latet feminis copia, quando animalia cum foemellis non congregiuntur? Vellet quis dicere, semen hoc tempore non fecerni, respondeo: quod contra rationem atque experientiam ejusmodi homo tale asserens loquatur. Adfunt enim organa secretioni destinata, quæ nunquam suis in muniis rite obeundis juxta nature leges segniora deprehenduntur. Adest materia, sanguis nempe arteriosus, a quo semen separatur. Docet quoque experientia omni tempore feminis in animantibus præsentiam; disseccetur enim modo animal, quocumque tempore lubeat, semper vesiculæ seminales spermate, eoque recenti, turgidæ apparebunt. Porro, credo, quod si non feminis in corpore esset circulus, a scortationibus plane non abstinere possent homines, nempe non uxorati, ob accrescentem spermatis copiam, ejusve exinde continuum ad nefandam libidinem exorientem stimulum, ut taceam varia eaque gravissima morborum genera, quæ ex spermatis abundantia, si nullo modo (excepto conjugio) imminui deberet, exoriri possent. Verum enim vero, scortationem abominatur Numen sanctum, eamque severissime in sacro

Codice prohibuit, quod non fecisset, si homini nulla media ad ejusmodi scelera evitanda concessisset. Nonne, si fecus statueremus, causa peccati in Deum recideret? quod vero absonum atque blasphemum. Quid dicendum est de Patriarcharum aliorumque virorum sanctorum castitate? annon in hac etiam seminis circulatio deprehenditur? credibile est omnino. Adfuit in istorum corporibus sanguinis continuus circulus atque continua spermatis secretio, eadem habuerunt secretionis organa atque partes, nec inordinatas tamen exinde perceperunt cupiditates, vixerunt enim vitam sanctam, victu tenui & simplici contenti fuerunt, ut ipse sacer Codex de iis testatur. Potest sic eodem modo homo, si modo facere velit, ut debet, legesque sanctae ipsum jubent, caste vivere. Semen enim juxta naturae lege sibi praescriptas, hominem ad talia peccata committenda concitare haud valet, quantum enim ejus sanguine ad vascula seminalia accedit, tantum etiam iterum secedit atque ad sanguinem abit. Potest vero omnino corrumpere & turbare hunc spermatis motum homo, quando in Dieta excedit, variisque vel spermatis copiam nimis augmentibus, vel acriorem reddentibus, vel vasa obstruentibus, feminisque stagnationem ejusque corruptionem excitantibus, vescitur, ut adeo postea non mirum sit, saepissime inordinatos motus, concupiscentias pravas, variaque inde exoriri morborum genera. Non improbable etiam videtur, inter *Furoris uterini*, *Hysteromania*, *Priapismi*, *Satyriaseos* causas morbificas, spermatis stagnationem ab obstructione abortam, indeque contractam acrimoniam, interdum quoque esse referendam. Patet hoc vel exinde, quod, si in quibusdam subjectis foemineis, *Furore uterino* affectis, moscho & ambra fricantur pudenda vel ejusmodi enemata applicantur, insignem materiam ejiciant spermaticam cum praesentanea mali levatione. Ex his jam haecenus adductis, abunde nunc patere arbitror spermatis e vasibus suis regressum ad sanguinem, atque ex isto iterum ad haec: sed ubi est via, per quam ad sanguinem defertur? non satis ista ad-

huc

huc nobis est cognita, num vero ob insufficientem ejus notitiam neganda? minime. Alicujus enim rei veritatem nostra ignorantia & diffidentia tollere non potest. Dic fodes, per quasnam vias non raro materia purulenta ex Empyemate Thoracis, ex abscessu in Abdomine latente, ex inflammatione Pleuræ, Pulmonum &c. ad vias urinarias, intestina, fauces deferatur? Videmus enim in Pleuritide materiam quidem ordinarie per os rejici, sed alio quoque tempore eandem una cum urina & fecibus alvinis excludi cernimus. Imo, quod magis adhuc mirandum est, varia corpuscula solidiora, quæ deglutita fuerunt, v. g. acus &c. per vasa urinaria excreta cum urina fuerunt, uti varia ejusmodi exempla in *Miscell. N. C. A. II D. I O. III p. m 4 & Act. Eruditor. Mens. August. Anni MDCCXII p. m 347*, quibus fides non deneganda est, adferuntur. Per quas vias venire ista peregrina corpuscula ad vasa urinaria? per arterias ac venas vasaque capillaria secum hæc rapuisse sanguinem, conceptu est difficillimum. Perpendat atque consideret saltem Anatomix peritus chyli ex ventriculo curiosum & anfractuosum ad sanguinem progressum. Consideret porro sanguinis circuitum per varios anfractus vasaque capillaria, atque corpuscula peregrina cum hoc conferat, judicetque, num ista æque facile ad organa urinæ secretoria ferri, & eadem facilitate ac urina a sanguine illæsis svasis separari queant? Supra laudatus *Taury*, l. c. per poros venarum semen ad massam sanguineam iterum regredi, existimat, huncque regressum sic fieri sibi concipit: „Semen vasis inclusum, inquit, fermentatur, & ibi morans quandam acquirit constitutionem, qua antea non gaudebat, plus nempe motus & subtilitatis acquirit. Quando igitur in massam sanguineam revertitur, mutationes in illa producit, quas producere non potuisset, nisi in vasis seminalibus exaltatum fuisset. Quando hæc vasa semel repleta sunt, & alius liquor ad illa acceditum, antea inibi contentus, in poros venarum sensim abire co- gitur, atque cum sanguine circulans, spiritus quasi invi-

„scat,

„scat, retinet & dissipatorem illorum impedit. Inde
 „que est, quod postquam insignis hujus olei copia in actu
 „venereo pluribus repetitis actibus est profusa, spiritus au-
 „fugiant. Et ex hoc principio debilitas illorum oritur,
 „qui hoc liquore destituuntur. Eandem opinionem fo-
 vet *Dn. Bayle* supra allegatus. Ad me quod attinet, cre-
 do, quod sperma in testibus & vesiculis seminalibus at-
 tenuatum & subtilisatum, per vasa lymphatica, una cum
 vasis deferentibus sursum in abdomen ascendente, suam-
 que lympham illic in chyliifera vasa deponentia, regredia-
 tur, ac chylo & sanguini suo iterum affundatur in insignem
 totius corporis usum. Optamus, ut Anatomici exercita-
 tissimi & Physiologi acutissimi ulterius in hanc rem inqui-
 rant utilissimam. Sed hæc de hac materia impræfenti allata
 sufficiant, quæ L. B. æqui bonique consulat, & si quæ habet
 his meliora, nostris addat, eaq; emendet, quod peramanter
 rogamus. Cur enim ego, (ut cum *Dn. D. Deylingii* verbis
 in *Pref. Obs. Sacr. P. I* finiam) doctiorum judicia refu-
 gerem, cum ipse eruditorum Virorum sententias libere
 examinarim & judicium de iis tulerim? Certe a *Viris* in
 hoc studiorum genere exercitatis admoneri & discere pro-
 ficuum mihi & gloriosum ducam: sed rude imperitorum
 judicium, quod solum fere nostra ætate auditur, secure
 spernam. Idem enim apud nos usu venire video, quod
 apud Græcos olim ANACHARSIS mirabatur, ut artifices
 certent, & judicent illi, qui non sunt artifices.

**HENRICI S. R. I. LIBERI BARONIS AB
 HEVEL, Nobilis Domini de & in Diffemau, S. Cas. Maj.
 Consil. Imper. Aul. Actualis, Psalmodia Sacra Paral-
 lelo-metrica, cum monitis moralibus & devotis ad De-
 um precibus in tres partes divisa, accessit oratio de**

● *Consortio Theologia ac Jurispru-
 dentie.*

Vica-

Viennæ Austriae, typis Andreæ Heyingeri, 1720, 8.

Alph. I plag. 16.

Qlli artium bonarum fata nos edocent, acres a Viris
 eruditis magna cum laude gestas literarum monu-
 mentis consignat, in aliis non pauca de artis poeticae stu-
 dio commemorant, & varios illius cultores suis quemque
 laudibus efferre solent. Namque alii Poetas cujusvis ge-
 neris nobis exhibent, alii Medicos, Musis operantes, ex-
 ponunt, alii Vatum, qui Jurisprudentiæ simul navarunt
 operam, nomina pariter & laudes persequuntur, alii deni-
 que recensent Viros, qui literarum sacrarum studio dediti
 excellentiorem quoque in divina Poeseos arte dexterita-
 tem sibi comparaverunt. Et horum quidem singulorum
 non parvus foret numerus, siquidem diligentia, qua par est,
 conquirantur. Necdum multos tamen esse inventos ar-
 bitramur, qui Jurisprudentiæ simul ac Theologiæ subsidia
 ad artem illam attulerunt, ac pietate non minus, quam
 prudentia, has literas exornarunt. Atque in his locum
 præ ceteris habere meretur Per-Illustris Liber Baro, *Henri-
 cus ab Heitel*, S. Cæs. Maj. a Consiliis Aulae Imperialis, qui,
 non unius quamvis Electoris ac Principis Consiliarius inti-
 mus, Cancellarius, Legatusque, & ipsorum etiam Ratisbo-
 nensium Comitiorum Director extiterit olim, ac hodieque
 gravissimo in Aula Imperatoris Augustissimi munere de-
 fungatur, nihil tamen dubitavit, diebus sacris festisque ali-
 quot huic arti dicare horas, ac, periculo facto, comproba-
 ro, quam bene Davidis amori cum studio Lipsii, choro
 Apollinis cum Justiniani foro, ac Themidis rigori cum
 Aonidum licentia, suo loco ac tempore conveniat. Hac
 mente hymnos Davidis aggressus est, atque elegiaco carmi-
 ne, puro illo non minus, terfo atque eleganti, quam pio,
 sancto, parique judicii acumine, atque ingenii laude, scri-
 pto, tantum non omnes illos interpretatus est. Quos qui-
 dem cum publicæ utilitati invidere nollet, ita concinnavit,
 ut ab altero latere interpretatio Latina compareat, quæ vul-

G g g

gata

gata appellari solet, ab altero vero respondeant versus, qui illius mentem accurate reddant. Neque in hac opera Per-Illustris Autoris substitit industria, sed hymnis sua cuique summa præmisit capita, distichis duobus Rhopalicis seu Leoninis comprehensa, ad finem autem uniuscujusvis duas præcautiones addidit, ad mentem hymni summam sistendam compositas. Ita vero tres Psalmidiz partes absolvit, quarum una quinquaginta priores, altera ex reliquis longe plurimos Davidis hymnos, ultima vero nonnulla Sacrarum Literarum cantica, ac pias quorundam odas complectitur. Accessit appendix, qua Theologiæ ac Jurisprudentiæ conjunctionem utilissimam esse, demonstrata utriusque disciplinæ dignitate usuque, docuit, atque, habita in Moguntina quondam in Academia oratione, comprobavit. Quæ omnia cum elegantissima sint, nec parum dignitatem literarum adjuvent, Orbi erudito longe acceptissima fore nulli dubitamus.

LA NOUVELLE PANDORE, OU LES
femmes illustres du siècle de Louis le Grand.

i. c.

NOVA PANDORA, SEU FOEMINÆ SE-
culo Ludovici XIV illustres; Autore DE VERTRON,
Consiliario & Historiographo Regio, Equite, & Aca-
demico Academia Regia Arelatensis & Re-
cuperatorum Patavina.

Tomi II.

Parisiis, apud Nic. le Clerc, 1703, 8.

Alph. 2.

Cum aliquando inter ambulandum sermo de foeminis
cesset, multaq; in earum laudem & contemtum invicem
jactarentur, moti festivitate sermonis qui inter erant, con-

venerunt, ut, quicquid in utramque partem dictum fuerat, suo stylo Celeberrimus Autor traderet. Approbavit opus præter Ducem de S. Aignan Serenissima Delphina, cui sub titulo *La Minerve Dauphine* oblatum fuerat: amicis vero adeo se commendavit, ut plane non eo animo scriptum incio autore typis vulgarent. Nec minor ab exteris applausus, postquam editum est: Academici enim in eodem argumento ingenia exercere, foeminae vero gratias habere, Protectorem belli sexus vocare, ac gratulari certatim coeperunt. Horum omnium ut ratio haberetur, totum argumentum duobus Tomis Autor complexus est, qui olim editi nunc ex secunda editione repetuntur, ita ut prior dissertationes Autoris de meritis & æqualitate utriusque, excellentia vero sequioris sexus: posterior ea, quæ ab Academicis quibusdam his Dissertationibus opposita sunt, exhibent. Inserta sunt utrique Tomo carmina, inscriptiones, epistolæ, & id genus alia, hac occasione partim ab amicis ad Autorem, partim ab ipso Autore conscripta: existant etiam sub finem Fasti Apollinis duabus partibus, quarum prior Catalogum foeminarum eruditaram, quæ sub Ludovico XIV denatæ sunt, sistit, posterior earum, quæ dum hæc scriberet, supererant, seriem exponit. Ne plane sine specimine existat recensio, seligemus eas, quarum hoc loco scripta allegantur, nomina vernacula potius quam in Latinam flexionem detorta apposituri. Eminent ergo ex priori Catalogo *La Vicomtesse d' Auchy, de Blemur, La Comtesse de Bregy, Buffet, la Princesse de Conry, de Charte* sub nominibus *de Ville Dieu & des Jardins* notissima, *des Houlières, la Comtesse de la Fayette, la Duchesse de Montpensier* &c. Superstitum præcipuæ sunt *la Comtesse d'Aunoy, Madem. Bernard, Dacier, des Houlières, de la Force, Gillot, l'Heritier de Villadon, de Montmort, de Pringis, Madelaine Hommetz*, quæ Car. Patini uxor, *Carola Catharina & Gabrielis Patina, de Scudery, de Saliez, de Saintonge, de Saint Quentin, & de Valliere*. Ceterum

jussu Regio in arduo opere scilicet describenda Latino sermone Historia Ludovici XIV Celeb. Autor occupatur, quæ ut digna contingat magnitudine rerum gestarum, nec minus sit vera quam necessaria, optamus.

OBSERVATIONES SELECTÆ IN EPICTETI Enchiridion & Ceberis Tabulam, summo Polyhistori JOANNI ALBERTO FABRICIO officiosissime sacrata a LEVINO JOANNE SCHLICHTIO, Schola Saldria, qua est Palco-Brandenburgi, in Meso-Marchia, Rector.

Halæ Magd. apud Andr. Zeidlerum, 1712, 12.

Pl. 3.

ANimo constituerat doctissimus harum observationum Autor integrum Epicteti Enchiridium & Ceberis Tabulam, quæ propter suam præstantiam tot hominum doctissimorum lucubrationes meruerant, perpetuo commentario denuo illustrare, atque id quidem, cum Halæ degeret, & in explicandis illis aliis operam suam præstaret; sed nunc alio vocatus, institutum aliquamdiu deserere coactus est. Hinc observationes has selectas voluit præmittere, ut in promulside quasi degustarent eruditi, quid in opere præstatum esset, & ut occasionem arriperet, qua Celebrissimi viri Jo. Alb. Fabricii vulgo notam humanitatem prædicaret, atque simul pro merito publice gratias ageret, quod libros aliquot, non solum impressos, mutuo dedisset, verum etiam suas ad Epictetum adnotationes, & docti cujusdam viri, qui prodi nomen suum non voluit, suppeditasset. Ex his igitur pauca delibabimus.

In primo Specimine observationum ex capite I Epicteti explicatur solennis apud Stoicos distinctio inter τὰ ἐφ' ἡμῖν & τὰ ἔκ τῶν ἐφ' ἡμῖν, quæ quasi fundamentum totius eorum

rum philosophiæ est: Simplicius τὰ ἐφ' ἡμῶν describit, quod sint ὄν κύριοι ἔσμεν, καὶ τῶν τῆν ἐξ ἑστίαν ἔχομεν, & uberrime hæc explicat, quem Noster sequitur, & pariter ex eo docet, quomodo distinguenda sint τὸ ἐκ ἑστίαν & τὸ ἐφ' ἡμῶν, nempe illud est Simplicio προσηγμένως αἰρετὸν præcipue & per se expetendum, hoc autem αἰρετὸν εἴτε προσηγμένως εἴτε δι' ἀποφυγὴν κακῆς μείζονος vel propter se, vel propter fugam majoris mali eligendum. Ἡμῶντα inde ἔργα sunt, quæ ab sola animi voluntate pendent, & ab externo aliquo impediri nequeunt, ut adeo contra Wolfium Noster disputet, qui actiones etiam corporis huc referre non dubitat, quod earum multæ etiam in nostra potestate sint, cum tamen passim Epictetus τὸ σῶμα a nobis ipsis distinguat, idque ad ea, quæ ἐκ ἡμῶντα sunt, referat. Quod vero cum Stoicorum de fato dogmate, non videatur conspirare, quod quædam ἐφ' ἡμῶν sive in nostra potestate esse dicantur, hoc ita conciliat Autor, quod ipsi non doceant, quod fatum animi voluntatem cogat, sed quod sapientum animi suis appetitionibus vel aversionibus se conformes præsent, ut nunc cum hoc nunc cum alio fato consentiant, quod jam Lipsius plenius explicavit, & Arrianus prævit a Nostro allegatus. Secundum specimen ad caput VI Epicteti attinet, ad verba: τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι, quæ Wolfius interpretatus est: *quæ natura eorum, quæ in tua potestate sunt, adversantur*, quod minime placet, quia cum Stoicorum præceptis, quorum præcipuus doctor est Epictetus, non potest consistere, quoniam nolunt ea nos aversari, quæ evitare in nostra potestate non est, unde melius ea explicanti Zenophilo suo, quem vocat, assentit, quod τὰ παρὰ φύσιν sint, *quæcumque ex numero eorum, quæ in tua potestate sunt, naturæ ipsi repugnant*, quæ ideo aversari jubet Philosophus, quia solenne est Stoicis inculcare συμφώνως τῇ φύσει ζῆν. Sed quid, si absque longe petitis rationibus ad modum loquendi Græcis familiarem τὰ παρὰ φύσιν τῶν ἐπί σοι dicamus esse, quæ ad naturam

eorum accedunt, vel cum illa conveniunt, quæ in tua potestate sunt, clarus verborum sensus est, & dictum omnino Stoicum, quod optime congruit cum illis, recte intellectis, quæ statim sequente capite Epictetus disseruit. Caput septimum Enchiridii Specimen tertium illustrat, & primo docetur illud scriptum esse *τοῖς ἡργυμένοις παιδεύεσθαι*, sive in sapientiæ studio tyronibus, ut qui nondum cognoscant, quid appetendum, quoniam nec sciunt, quid in nostra potestate sit, unde *ἄρεξιν* omnino continendam talibus esse monet Philosophus, quam Autoris observationem clariorem ex capitis XXI collatione fieri autumamus. Deinde nodum ipsi sibi necit ex sequentibus Epicteti verbis, quibus jubet lectorem suum *ὀρμῶν καὶ ἀφορμῶν*, quæ ultimum alias Stoicis motus gradum notant, atque adeo eum prioribus, quibus omnem *ἄρεξιν* tollere videtur, non posse constare putes. Sed solvitur ex eo dubium, quod admodum fluctuant Stoici in usu loquendi a se alias recepto ac sapius unum alterius loco adhibeant, & ita pariter heic fieri videtur, ubi *ὀρμῆ* & *ἀφορμῆ* ἢ *καθαιρέσεις* καὶ ἢ *ὀρεξεί*, quæ alias priora sunt, præmittitur. Tandem explicationem vocis *ὑπεξαίρεσις* adoritur, alii illam per supputationem, alii per exceptionem, alii per imminutionem exponere malunt, & vix Noster invenit, ubi certo pedem figat, quamvis imminutionem præferat: verum nec apte satis illam dici crediderimus, hinc si, quid sentiamus, proponere liceat, propriæ magis vocis & usitatæ significationi inhærendum esse putemus; *ὑπεξαίρεσθαι* vero est clam aliquid sumere, *ὑπεξαίρεσις* itaque est clandestina aliqua arreptio, quæ cum timore & suspitione periculi quasi conjuncta est, qualis cadit in talem, qui sui boni nondum satis gnarus est, unde hic verborum sensus erit, sola utendum esse animi inclinatione & declinatione remissa, modesta, & quasi cum metu mali conjuncta, qui contineat, ne se precipitet, & cum his conveniunt, quæ Epictetus docet cap. XXI, debere sapientiæ studiosum *ποσμίως μετὰ λαμβάνεσθαι*

ὅτι καὶ τὸ αὐτὸν, καὶ μὴ πῶς ἐπιβάλλων. ἴν' ὄρεξιν, quod hic est ὄρεξιν καὶ ἀφορμῶν κέφως καὶ μεθ' ὑπερσεύσεως καὶ ἀνήμεύσεως. In quarto Specimine tria ex capite X discutuntur, primum, quomodo Epictetus & Stoici, mortem esse malum, negaverint; secundum quo jure id Socratis autoritate probari possit, & tertium, quæ differentia sit, τῶν ἀπαιδευτῶν, τῶν ἡργυμένων καὶ τῶν πεπαιδευμένων. Quinta Observatio ad capitis XIII verba: νόσος σώματος ἐστὶν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ἔ. Huic sententia: censuram adjecerat Casaubonus, ut qua nimium sibi arrogarint Stoici, quando docuerunt, morbos corporis nihil προαιρέσει, id est, libertati in eligendo sapientis officere, cum utique morbi quidam ita mentem turbent, quæ eligendi facultatem amittant. Sed eorum dogmatis autoritatem tueri Nostro cordi est, ex communi Stoicorum doctrina de fato suo, qua suam voluntatem semper conformem fato sapientes facere tradunt, ut adeo si fatum velit ex morbo delirare sapientem, idem velit & philosophus, unde dici nequeat impediri libertatem in eligendo Stoici. Verum a hoc quoque respiciendum forte erat, velle Stoicos æqualiter semper operari secundum virtutem sapientes, quod a morbis ita affecti præstare non poterunt, quorum adeo νόσος ἐμπόδιον προαιρέσεως γένεσσι. Ceterum industriam Autoris magnopere commendamus.

COMMENTATIO PHILOLOGICA, QUÆ
nobilis linguæ Carchedonica reliquia ab Accio Plautio Sarsinate, Actu V Scena I & II fabula, quæ inscribitur Pænulus, adseruata explicatur, & ad dialectum Aramæam refertur a GEORGIO HENRICO SAPPUNIO.

Lipsiæ, apud Jo. Christ. Martini, 1713, 8.

Pl. 3.

NOtum est, Celeberrimos Viros, Bochartum, Petitem, Braunium, Clericum, alios id sibi negotii sumfisse, ut

ut, quæ in Plautina Pœnulo Punicæ linguæ occurrunt fragmenta, examinarent, atque veteri Hebræismo restituerent. Idem quoque Autoris nostri studium hætenus occupavit, qui, thesibus octo præsuppositis, verba hæc ex Hebræica lingua deducit. Præsupponit autem sequentia: 1. Originem & appellationem Phœnicum, quos ille Cananzos putat, ab Edomo gentis conditore esse deducendam, id quod ex ipsis nominibus probat, *Edomus* enim Hebræis est *ruber*, Græcis *Φοινίξ*. 2. Phœnices Tyrum condidisse, quippe quæ ab Agenore, qui Hebræis *Achbor* dicitur, ædificata est. 3. Tyrriorum propaginem esse Carthaginenses in Africa, quod ex communi Historicorum consensu facile conceditur. 4. Hos Tyrios Phœniciam sive Cananzam linguam in Africa propagasse. 5. Nihil tamen hujus linguæ Punicæ nobis hodie superesse, quum incertum sit, quod quidam statuunt, Melitenses hodieque ea lingua uti. 6. Ea ergo Punicæ Phœnicias origines retinere, Aramæam tamen quam Hebrææ dialecto esse propiora. 7. Versu esse scripta, sed tali qui Poesi Orientalium est accommodus, nimirum ut majestate verborum observata, nec pedum, nec terminationum leges magnopere curentur; videtur tamen Autor eo fere propendere, ut Jambos esse statuat versus hosce Punicos. 8. Scripta olim fuisse hæc Punicæ characterem vel Samaritano vel Syrorum Estrangelo, ac propterea a sequiorum temporum hominibus, qui has linguas non callebant, corrupte lecta & descripta fuisse. His ita præsuppositis horum Punicorum explicationem adgreditur, idque ita, ut Latina ista, quæ in eadem Scena occurrunt:

Deos, Deasque veneror, qui hanc urbem colunt. &c.
 Punicis verbis expressa dicat. Agit in hac re personam suam ita Autor doctissimus, ut paucissima mutet, quædam transponat, quæ in ipso Schediasmate videri poterunt.

ERRATA.

Pag. 377 lin. ult. pro *Londini* lege *Londani*; pag. 378 lin. penult. lege *terrorum*; pag. 379 lin. 15 lege *qua*.

ACTORUM ERUDITORUM,

Quae Lipsiae publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V. Sect. X.

JO. DLUGOSSII SEU LONGINI HISTO-
ria Polonica Tomus II seu Liber XIII & ultimus,
ex Bibliotheca HENRICI L. B. AB HUTSSEN. Accedunt
1. VINC. KADLUBKONIS Historia Pol. 2. STAN.
SARNICII & STAN. ORICHOVII Annales Pol. Illu-
strum item Virorum Epistola & STAN. SAR-
NICII descriptio Polonia &c.

Lipsiae, apud J. Lud. Gleditsch & M. G. Weidmann, 1712. f.

Alph. II pl. 8.

Hic Tomus, praeter Dlugossi quae restabant, Scriptores aliquot raros utilesque exhibet, magis in mensuram Voluminis, quam ad constituendum Historiae Polonicae corpus additos, eo quidem ordine, ut praecedant, qui omnem Polonorum historiam ad suam aetatem deduxerunt, Kadlubko & Sarnicius, hos excipiat gestorum unius Principis Scriptor Orichovius, sequantur haec tempora spectantes Carnovii Epistolae, ac agmen denique claudat ejusdem Sarnicii locorum in Polonia praecipuorum descriptio. Curavit, Praefationemque praemisit Jo. Gottlieb Krause, in qua cujusque Scriptoris vitam, scripta, testimonia, & quid in praesenti editione praestitum fuerit, diligenter exponit; quam nos etiam hoc loco, adjecturi in ipsis Autoribus inter legendum observata, sequemur.

Quod ad *Dlugossium*, vitae illius Tomo I (quem Anno 1712 M. Julio p. 302 recensuimus) praefixae auctorem, nec Cal-

H h h

li-

Amachum esse, nec Felicem Herbultum Dobromilensem, sed ignotum quendam, qui inter atatem Miechovii & Cromeri intercesserit, docet Præf. Ex scriptis Dlugossi allegantur vita S. Stanislaw; vitæ Episcoporum Plocensium; Chorographia regni Polonia, (quæ forte a Libro I Historiæ non est diversa) familia, arma & clenodia nobilitatis Polonorum; & imprimis Historia Polonica, quæ anno 1711 ex Bibliotheca Illustrissimi Huyssenii, Magno Russiæ Imperatori a consiliis belli & status, vulgata, pulcherrima tamen sui parte mutila, nunc beneficio ejusdem Illustrissimi Viri restituitur. Solus Cracoviensis Codex servabat hanc Libri XII partem, quam bibliopola XIII vocare maluit, ne unum eundemque in diversis Voluminibus librum lectores quærerent. Complectitur vero historiam ab A. 1445, quo Casimirus III [V] Fratri Vladislao III [VI] ad Varnam occiso successit, ad annum usque 1480, qui vitæ simul ac historiæ Dlugossi finem dedit; atque adeo divisam inter Polonos & Cruciferos Borussia, oblatum filio Vladislao Bohemiæ regnum, hisque affinia Georgii Podiebradi Bohemiæ, & Matthiæ Corvini Hunniadis Hungariæ, Regum gesta, res *maximi momenti* persequitur. Quæ omnia pro dignitate enarranti hoc magis credendum judicamus, quod sua ætate ad ea tradere accuratius posteritati potuit, ac fidem propriam, ubi opus videbatur, autoritate publica munivit. Eminent ex his monumentis literæ de 1454, quibus Casimirus spontaneam Pruthenorum deditioem acceptat. v. p. 134. Junctæque his incolarum Prussie, quibus fidem, subjectionem & obedientiam, Magistro & ordini Cruciferorum subtractam, Regi regnoque Poloniae addiunt. v. p. 139. Conditiones pacis perpetuæ 1466 inter Casimirum R. P. & Ludovicum Prussie Magistrum initæ [v. p. 388] nec non exemplum literarum, quibus a Paulo II Pontifice A. 1467 ob hæresin, blasphemias & perjuriam Bohemiæ regno exutus est Georgius Podiebradius.

Ex Scriptoribus additis familiam ducit primus in historia, imo fabula Polonica *Vincentius Kadlubko* Præpositus primum Sandomiriensis, inde Episcopus Cracoviensis, ac

tun-

tandem deposito sponte Episcopatu Monachus Cisterciensis; Vir pietate inter Polonos in tantum celebris, ut integrum de ejus vita & miraculis tractatum, at ridiculum & ineptum, Cracoviæ 1642, 4 ediderit Simon Staravolscius. Hujus Kadlubkonis exstat Historia Polonica, per modum Epistolæ aut Dialogi ab O. C. ad A. 1223, quo obiit, deducta, Dobromili, 1612, atque nunc ad exemplum rarissimum, quod ex bibliotheca sua concessit laudatus a nobis ob hæc studia alio loco Valentinus Schlieffius, recusa. In ea Polonorum res gestas rudi stylo adnotavit magis quam descripsit, fabulis præterea foedissimis inquinavit, in quibus contra omnem chronologiam audacissimus, Polonorum Ahasveri temporibus meminit, Cracum 400 ante C. N. annis ponit, destructam ab Alexandro M. Cracoviam, ambitumque post obitum Vendæ Poloniæ regnum, victum a Lesco III Casarem ei sororem Juliam in matrimonium Bavariamque dotis nomine dedisse, & sexcenta id genus alia impudentissime nungatur. Accessit Vladislai Jagellonis tempore Commentator, qui quisquis etiam fuerit, (neque enim de eo præter ætatem certi quid constat) Kadlubkone longe est ineptior. In verbis enim totus occupatus, quæ rudiori adhuc stylo deformat, res aut plane non aut perfunctorie saltem attingit; contra de intentione, causa formali, materiali, finali intensiva multa garrit, aliena ad nauseam usque immiscens. Nec tamen hi nævi minuunt gratiam, quæ ex recuso opere sperari poterat; sufficere doctis reclusos hic esse fontes, unde recentiores aut sua derivarunt, aut saniora de rebus Polonorum commentandi causam nacti sunt.

Stanislaus Sarnicius, cujus rarior apud Scriptores est mentio, Lipsia Russiæ ex familia nobili oriundus, e Pontificio Minister Ecclesiæ Niedzuiedensis Reformatus, atque ex Ministro Eques ac cataphractus Polonus, præter alia Annales s. de origine & rebus gestis Polonorum & Lithuanorum Libros VIII, jussu Stephani Regis scriptos & ad annum 1586 pertextos, Cracoviæ 1587 edidit. Qui licet ob errores in præfatione notatos caute legendus sit, Kadlubkonem tamen

ditionis elegantia rerumque pondere multum superat. In originibus Polonorum inquirendis accuratior de Gothis, Vandalis, Sarmatiæque veteris limitibus haud obvia memorat; fabulam vulgarem, quasi Poloniam desertam, barbaram, auri que inopem Lechus adierit, explodit; fines Germaniæ nimium a Scriptoribus extensos coarctat; ac Lamberti Schafnaburgensis de Polonia Germanis tributaria commentum refellit. Sunt præterea quædam ab eo observata satis singularia: Lib. IV cap. XIV p. 997 originem insignium Poloniæ non ab aquilarum nido Lecho viso inque omni novæ Reipublicæ verso repetit: sed Polonos hac in re veteres Romanos, quibus aquilæ signum in bello præferebatur, imitatos fuisse scribit. Lib. VI cap. V p. 1050 notat, Benedictum Papam, postquam audivisset, Boleslaum ab Imperatore coronatum esse, coronam, Boleslao destinatam, Stephano Hungariæ Regi misisse, atque ita incunabula regni apud Hungaros dignitatis mero calui deberi. Lib. VII cap. VIII p. 1187 Philippum Callimachum, Historiæ Vladislai III Scriptorem, contra Jovium, cui apud pistorem misere vitam finivisse dicitur, ex epitaphio defendit. Notanda etiam quæ de facetissima Republica Babinensi, *cujus Psomka* quidam fundator fuit, ad annum 1548 Lib. VII cap. XII p. 1215 affert. Lib. VIII p. 1231 observat, Stephanum Batorum corpore Attilæ Hunnorum Duci, qualis a Procopio describitur, simillimum fuisse; item morti proximum admonitum, ut mysteriis sacris de more prospici sibi pateretur, ad crastinum diem [ad quem tamen non pervenit] distulisse negotium, usumque sæpe illo Tertuliani: LIV annos peregricio quales dies fuerint, quales vero futuri sint in posterum, ignoro.

Stanislaus Orichovius, Eques Ruthenus, Lutheri ac Melancthonis Wittebergæ, in Italia vero Jo. Bapt. Egnatii, Oratoris & Historici Veneti, auditor, redux locum inter Canonicos Premislenses obtinuit. Sed matrimonii sacerdotum assertor, & mox ducta in uxorem Chelmscia exemplum, delato ad Comitæ Petricoviensia negotio, magnum discrimen adiit;

adiit, quod tamen Equitum favore Episcopis reconciliatus, fideique confessione exhibita Sacerdotio olim repudiato restitutus, evasit. Hoc factum ut suæ ætatis hominibus ac posteritati excusaret, adjecit animum scribendis Annalibus, quorum V prioribus annos 1548—1552, sive quæ de matrimonio Sigismundi Augusti cum Radzivilia in utramque partem magna animorum contentione in Comitibus agitata; turbas studiosorum Cracoviensium & discessum; Francisci Stancari sectatorisque Martini Krovicii nova in religione dogmata; ac imprimis negotium cui ipse actor interfuit &c. sexto vero consilia & conciones conventus Leopoliensis A. 1537 habiti, felicissima dictione explicuit. Id præsens editio habet præcipui, quod illam Annalis IV partem, quæ artes Orichovii contra Episcopos enarrat, beneficio Viri Magnifici Joh. Ernesti von Der Linden / PræCos. Gedan. ex autographo Archivi intimioris Cracoviensis describi curatam, suo loco inseruit, quæ studio in rariori Dobromil. 1611 & vulgatiore Gedan. 1643, 12, ne paria contra Clerum tentarent homines maleferiati, omissa fuerat. Subjuncta est Scriptoris anonymi vita Petri Kmithæ, Palatini Cracoviensis, qui rerum his temporibus gestarum pars magna existit. Ille enim Reipublicæ præfuit; Sigismundi matrimonio restitit, ac ita Orichovium sibi devinxit, ut eum salutis suæ autorem Annalis V p. 1546 agnoscat.

Sequuntur Illustrium Virorum Epistolæ opera *Stanislai Carnicovii*, Episcopi Uladislaviensis & Pomeraniæ, olim Cracoviæ 1578 editæ, inque 3 Libros ita digestæ, ut primus epistolas Pii V Pontificis; Stanislai Hosii, Cardinalis & Episcopi Varmiensis; Joh. Francisci Commendoni Cardinalis; Vincentii Laurei, Montis-regalis Episcopi, ac Martini Cromeri, Coadjutoris & designati Episcopi Varmiensis; secundus Maximiliani II Imp. Johannis electi Regis Hungariæ; Sigism. Augusti; Henrici Valefii; Stephani Batorii; Johannis III Succorum Regis; Annæ & Sophiæ Infantum Poloniæ; Christoph. Batorii, Waiwodæ Transylvaniæ; Alphonsi Ducis Ferrariæ; Alberti Marchionis Brandenb. nec

non aliquot Episcoporum &c. tertius Carnovii partim epistolae partim responsorias exhibeat. Merentur inter eas ex Libro II notari Epistolae Maximiliani II. Imp. quarum altera, ut post obitum Sigism. Augusti filiorum suorum ratio habeatur, petit (v. Epistola 1) altera causam filii Ernesti commendat. v. Epist. 2. Singularia sunt Sigismundi Augusti ad Carnovium verba: Admonitionem hanc D. Vestrae per literas illius ad nos factam, grato animo, uti a Senatore probato, accipimus. Agnoscimus, nos esse hominem, peccato uti & ceteri homines obnoxium, praesensque noster status non parvam animi & conscientiae nostrae distractionem nobis affert. v. Ep. 6. Henrici quoque Valesii notanda illa, qua discessum suum celari vult, idque agi, ut regnum utrumque retineat (v. Ep. 16) ac alia, qua clandestinum discessum excusat. Ep. 21. Ex libro III praecipuae: Ep. 12, quae acta electionis Henrici exhibet. Ep. 45, qua Henrico Cromeri Poloniam legendam mittit, ac quid de Poloniae provinciis ac Prussia nosse ei conveniat, exponit. Carnovius Ep. 46 nimiam profusionem & in largiendo excessum Henrico exprobrat. Ep. 61 denique decretum Senatus & Ordinum de coronando Steph. ab Episcopo Cujaviensi, & declarationem privilegii Archi Ep. Gnesnensis sistit. Nescio autem utrum satis inspexerint librum, quibus insignis thesaurus, unde historia annorum 1564-1577 mire augeri possit, videtur. Quod si enim has, quas modo selegimus, cum paucis forte aliis exceperis; habebis libri summam, frustra que in reliquis novam historiae accessionem quaeres. Ceterae enim aut in verbis honorum totae sunt, aut in generalioribus de defendenda fide catholica, extirpandis haereticis, gerenda regni cura, scommatibus etiam in Lutherum cum affeclis ac civitates quasdam occupantur. Sub finem additae sunt ex ejusdem Carnovii Bibliotheca Card. Stanislai Hosii orationes IV, quarum 1 & 2 pro Lazaro Bonamico ad docendum Graecas literas Patavio Bononiam accersendo scripta. Tertia Sigismundo II in reditu ab exercitu contra Valachos relicto; quarta Petro Gamirato, Episcopo Cracoviensi, in adventu ejus Cracoviam dicta est.

Ad

Ad calcem totius Voluminis rejecta est supra memorati *Stanislaus Sarnicci* descriptio veteris & novæ Poloniæ; curatum, ut integra & emendata prodiret, errorum ipsorum vero ratio non habita est, qui proinde iudicio lectorum emendandi sunt. Promittitur in fine duplex collectio, altera Scriptorum Polonicorum hætenus ineditorum: altera Scriptorum ad Historiam Poloniæ literariam facientium. Superest unum, ut moneamus, accessisse in Præfatione huius Tomi p. 13 seq. Val. Schlieffii correctiones & supplementa ad Schediasma de Scriptoribus Historiæ Poloniæ. Sam. Joach. Hoppii, qui hodiernum superstes perperam in Præfatione p. 4. mortuus dicitur, confusus cum celeberrimo ICTO, Joachimo Hoppio, PræCos. Ged. A. 1712 d. IV Febr. rebus humanis erepto, cujus ille non tam nepos, ut iterum male Præfatio, quam ex fratre nepos est.

L'ILIADÉ D'HOMÈRE, TRADUITE EN
François &c.

i. e.

ILIAS HOMERI GALLICE TRANSLATA,
cum Animadversionibus DACERIÆ.

Tomus III.

Parisiis, apud Rigaud, 1711, 12 maj.

Alph. 3 pl. 11 & Fig. Tab. 20.

DAceria tot monumentis literariis per Orbem, qua patet eruditis, universum clarissima, post phures alios Græciæ & Latii præstantissimos Autores, luculenta translatione multa que notarum doctrina illustratos, etiam nunc omnis Græcæ eruditionis Parenti primoque Conditori Homero in sua gente lampada accendere, lucemque afferre Gallica nitidissima interpretatione ac notis selectis instituit, institutique rationem sui locuplete Præfatione declaravit. Dignam nimirum Epici carminis ideam Orbi erudito parare & præjudicia adversus Poetam sine controversia principem e putidis ejusdem

non aliquot Episcoporum &c. tertius Carnovii partim epistolae partim responsorias exhibeat. Merentur inter eas ex Libro II notari Epistolae Maximiliani II. Imp. quarum altera, ut post obitum Sigism. Augusti filiorum suorum ratio habeatur, petit (v. Epistola 1) altera causam filii Ernesti commendat. v. Epist. 2. Singularia sunt Sigismundi Augusti ad Carnovium verba: Admonitionem hanc D. Vestrae per literas illius ad nos factam, grato animo, uti a Senatore probo, accipimus. Agnoscimus, nos esse hominem, peccato uti & ceteri homines obnoxium, praesensque noster status non parvam animi & conscientiae nostrae distractionem nobis affert. v. Ep. 6. Henrici quoque Valefii notanda illa, qua discessum suum celari vult, idque agi, ut regnum utrumque retineat (v. Ep. 16) ac alia, qua clandestinum discessum excusat. Ep. 21. Ex libro III praecipua: Ep. 12, qua acta electionis Henrici exhibet. Ep. 45, qua Henrico Cromeri Poloniam legendam mittit, ac quid de Poloniae provinciis ac Prussia nosse ei conveniat, exponit. Carnovius Ep. 46 nimiam profusionem & in largiendo excessum Henrico exprobrat. Ep. 61 denique decretum Senatus & Ordinum de coronando Steph. ab Episcopo Cujaviensi, & declarationem privilegii Archi Ep. Gnesnensis sistit. Nescio autem utrum satis inspexerint librum, quibus insignis thesaurus, unde historia annorum 1564-1577 mire augeri possit, videtur. Quod si enim has, quas modo selegimus, cum paucis forte aliis exceperis; habebis libri summam, frustra in reliquis novam historiae accessionem quaeres. Ceterae enim aut in verbis honorum totae sunt, aut in generalioribus de defendenda fide catholica, extirpandis haereticis, gerenda regni cura, scommatibus etiam in Lutherum cum aeseclis ac civitates quasdam occupantur. Sub finem additae sunt ex ejusdem Carnovii Bibliotheca Card. Stanislai Hosii orationes IV, quarum 1 & 2 pro Lazaro Bonamico ad docendum Graecas literas Patavio Bononiam accersendo scripta. Tertia Sigismundo II in reditu ab exercitu contra Valachos relicto; quarta Petro Gamirato, Episcopo Cracoviensi, in adventu ejus Cracoviam dicta est.

Ad

Ad calcem totius Voluminis rejecta est supra memorati *Stanislaus Sarnicci* descriptio veteris & novæ Poloniæ; curatum, ut integra & emendata prodiret, errorum ipsorum veroratio non habita est, qui proinde iudicio lectorum emendandi sunt. Promittitur in fine duplex collectio, altera Scriptorum Polonicorum hæcenus ineditorum: altera Scriptorum ad Historiam Poloniæ literariam facientium. Superest unum ut moneamus, accessisse in Præfatione huius Tomi p. 13 seq. Val. Schlieffii correctiones & supplementa ad Schediasma de Scriptoribus Historiæ Poloniæ. Sam. Joach. Hoppii, qui hodieum superstes perperam in Præfatione p. 4 mortuus dicitur, confusus cum celeberrimo ICTO, Joachimo Hoppio, PræCos. Ged. A. 1712 d. IV Febr. rebus humanis crepto, cujus ille non tam nepos, ut iterum male Præfatio, quam ex fratre nepos est.

L'ILIADE D'HOMERE, TRADUITE EN

François &c.

i. e.

ILIAS HOMERI GALLICE TRANSLATA,
cum Animadversionibus DACERIÆ.

Tomii III.

Parisius, apud Rigaud, 1711, 12 maj.

Alph. 3 pl. 11 & Fig. Tab. 20.

DAceria tot monumentis literariis per Orbem, qua patet eruditus, universum clarissima, post plures alios Græciæ & Latii præstantissimos Autores, luculenta translatione multaque notarum doctrina illustratos, etiam nunc omnis Græcæ eruditionis Parenti primoque Conditori Homero in sua gente lampada accendere, lucemque afferre Gallica nitidissima interpretatione ac notis selectis instituit, institutique rationem sui locuplete Præfatione declaravit. Dignam nimirum Epici carminis ideam Orbi erudito parare & præjudicia adversus Poetam sine controversia principem & putidis ejusdem

operum translationibus multis subnata detegere, adeoque omnibus hac opera sua iudicium de Homero Velleji Paterculi, neque ante illum, quem is imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, fuisse, approbare in animo habebat. Quod quo difficilius re ipsa esse intelligebat, eo diutius in expediendo, quod susceperat, impeditam se fuisse fatebatur. Cum enim corruptus voluptatibus seculi nostri genius nullum veræ carminis Epici laudis gustum habeat, sed solos molliuscules versus atque putidas amoris delicias captet, neque vero Ilias Achillem amoribus deditum, nec Odyssea amorem nisi conjugalem temperantissimum ac rationis recte ductum perfecte sequentem repræsentet, quinque potissimum impedimenta removenda sibi fuisse commemorat. *Primo* scilicet se de libidinosa ætatis nostræ gratia Poemati tam serio, quod sub involucri ingeniosissimæ fabulæ totum in instruendis emendandisque moribus versetur, concilianda fere desperasse: *deinde* tot fabularum & allegoariarum, quibus referuntur hoc Poema est, corticem paucissimis ita penetrabilem, ut veri sensus nucleum ac delicias sentire queant, efficere, ut paucissimi tantæ Poetæ elegantiam & ingenii opes agnoscant & recte de illis iudicent. *Tum* characteres morum seculi heroici ab Homero ad vivum depictos simplices nimis atque contemptibiles nostræ ætatis hominibus videri, cum Achillem, Patroclum, Agamemnonem, Ulysses, hæc deditos operis cernunt, quas serviles atque ab Heroum personis, elegantia, suavitate & splendore remotas existimant. Fictiones *per se* Homeri modum fere fidei transgressas & verò minus similes adeoque delicatis nostrorum ingeniis haut esse gratas: tripodas autem incedentes atque ad concilia venientes, aureas statuas Vulcani laborem juvantes, equos loquentes loquentemque intelligentes, aliasque ejusmodi prodigiosas *reparatologias*, vix cuiquam esse tolerabiles. Orationis *denique* Homerice sublimitatem præstantiam & ubique constantem sibi harmoniam alteri vix imitabilem, Gallorum certe linguæ difficillime assequendam, maxime se ab instituto suo deterrere, ille perhibet. Tandem vero cum reputasset, Epici carminis naturam, pulcherrimo Reverendi Patris de Bossu opere de

Poe-

Poemate Epico, nec minus ipsa Aristotelis Poetice in Gallicam linguam conversa & multis eruditis observationibus luculentisque ex Homero & Virgilio exemplis illustrata satisque explicata viam jam suæ Paraphrasi emittendæ esse strattam; se, quod animo dudum conceperat, edere jam sustinuisse, & vulgatis Gallico idiomate pulcherrimis de Epico carmine regulis jam etiam præstantissima regularum exempla translato in eandem linguam divino Homeri carmine civibus suis suppeditare, neque, quanquam aliqui futuri sint, qui concepta adversus Homerum præjudicia exuere nolint, reliquos accurata excellentissimi operis interpretatione privare, sed notis quoque eidem subnexis summæ Homeri artis penitus cognoscendæ occasionem dare voluisse. Quod ad *Allegorias & fabulas* attinet, fuisse hunc morem ætate Homeri, ut verissima & gravissima dogmata vulgo fabulis involuta proponerent: in quibus inquirendis sapientes studium, vernerandis autem vulgus religionem ponerent; cum nostra ætate nuda veritas sine ejusmodi involucris ametur, ac clara sine umbris Mnemosyne conspectui sit exponenda. Accedere & illud, quod Homerus, vel e Paganorum judicio, modum ferre in componendis fabulis excesserit, & quod Longinus in eo jam notavit, horrenda sæpius auditu atque impia de Diis in fictionibus suis tradiderit, atque, uti ex Heroibus Trojæ Deos facere studuerit, ita Deos ipsos in hominum impiorum ac sceleratorum numerum retulerit: unde & factum, ut e Republica sua Homerum, ne fabularum suarum impietate civium animi corrumperentur, Plato ejiciendum plane prohibendumque curaverit. Unde parum utilitatis ex illius lectione Poetæ expectandum videatur, quem ipsi Pagani profanum nimis existimaverint. Cujus criminis maculam, cum totam fere carminis Epici, ad utilia quippe & salutaria docenda inventi, naturam evertat, doctissima Daceria eluere Poetæ suo maximopere studet, & ad Platonis objectiones egregie quidem & curate, sed prolixius quam hoc excerpto plane referri queat, respondet. Autoritas enim ibi Lycurgi, Plutarchi, Justiniani opponitur Platoni, qui dubia sua & scrupulos nimis

mero dicta commodo explicari sensu posse, uti re ipsa Daceria plurima Homeri loca in suis notis ex iis fundamentis explicat & cum Sacrae Scripturae dictis, 2 Paral. VI, 19, Deut. XXXII, 23, Psalm. LXXV, 9, 2 Paral. XVIII, 19, 20, 21, conciliat, dubiisque a Platone objectis post Dacerium in Praefatione ad Platonem & Comment. in Arist. Poeticam subinde satisfacere studet. Mores quidem porro & personarum characteres ita esse in Homero comparatos, ut pristinam simplicitatem nativamque sine fuce & pompa ingenuitatem praeseferant: quare illorum robur & asperitatem emollire se nostrique seculi temeritati assimilare noluisse fatetur. Mores enim hominum notas & characteres seculorum, quibus illi vixerint, esse; cum igitur Epicum carmen perfectam morum imaginem imitatione expressam sistere debeat, Poetam omnino mores exacte tales, quales fuerint, designare oportuisse, neque licitum fuisse adscito falso decore Heroas suos ultra verosimilitudinis limites exornare, sed boni pictoris instar formam cujuslibet vivis quasi coloribus accurate praesentare. Et Daceria quidem eo sibi pulchriorem pristinae aetatis formam ab Homero delineatam videri, ait, quo longius ea a nostri mollitiae seculi recedat. Indeque non durum nobis videri debere, cum legimus, Homerum Heroas suos ipsos victimas maectantes, cibos sibi praeparantes, aliasque operas in gregibus pascendis atque ministeriis vilioribus obeundis praestare, quod aurei seculi a luxu & mollitiae alienissimi, testante sacra & profana historia, haec vivendi fuerit ratio, ut ipsi Heroes atque Heroinae gloriam non nisi in laborando atque secundum virtutem operando ponerent, & procul a se tantam luxum ornatusque vanitatem & longam pedissequorum ministrantiumque turbam abesse, vellent. Quod si quis igitur eam operam, quam in magnorum virorum vitis parallelis Plutarchus consumpsit, pristinis seculis nostrae aetatis comparandis impendere velit, idem eum inter haec discrimen inventurum, quod inter statuam Alexandri M. honoribus a Lysippo ex aere factam & a Nerone postea auro obductam intercessit: uti enim in illa *ipso auri pretio artis gratia, testan-*

te Plinio, *perit, aurumque detrabi oportuit*; ita, ut sua Heroibus Homeri constaret animi magnitudo, effoeminatam ætatis nostræ mollitiem removendam, ipsosque mascula, quam Homerus expresserat, severitate ab aliis dignoscendos esse. Fictionum dehinc Homericanarum ratio quanquam verosimilitudinis modum excedere quibusdam videatur, & ipsa conhitente Dacæria, conceptus nostros ita superet, ut inter ea quæ fieri non possunt, omnes fere Homeri fictiones referendæ sint; tamen si ex carminis Epici natura, & Poetæ, Deos ad ea, quæ fieri ab hominibus nequeunt, perficienda introducuntis, artificium penitus attendatur, hic etiam laudem potius quam vituperium Homerum mereri, quæ intricata omnia, quæ fidem & vires humanas superant, Deorum interventu atque ministerio commode satis expediri posse ostendit. Istum vero demum verosimilitudinis defectum in scriptis taxandum, cum ea, quæ modum humanæ virtutis excedunt, sine Deorum auxilio perpetranda hominibus imponuntur. Solam igitur *dictionis Homericæ præstantiam* tanquam potissimum labori suscipiendo impedimentum obstitisse, & periculosæ plenum opus alex visum fuisse, scriptum *sublimitate & styli magnificentia illustre* in ejusmodi *linguam transferre*, in qua, ob circumscriptam accuratissime usus libertatem, interpreti multo minus quam Homero audaci in exprimendo esse liceat, ut non possit non aliquantum obscurari: quod *vis illa & δεινότης*, harmonia & majestas expressionum vix servari, & spiritus, qui totum Poematis corpus ex æquo animet, vigorem suum in alia lingua vix exserere possit; cum Aristotele judice hic solus Poeta nominibus & vocibus suis tantum ignis vitalisque spiritus inspirarit, ut motum vitamque magis etiam quam fabricatæ a Vulcano Tripodes, in Deorum concilia juxta Homeri descriptionem Il. XVIII, 376 venientes, habuerint: ad quod numerosæ auditumque admirabili vocalium temperatura & concentu suavissime afficientes voces haut imitabili linguis aliis felicitate contulerint. Numerosam igitur istam styli harmoniam, rerum veritati, sublimitati & splendori junctam, aures omnium animosque ita quasi fi-

scinasse, ut multum de Homeri carminis præstantia translatione in aliam linguam ipsius linguæ vitio deteri necesse sit. In primis cum Homerus abjectissimas quoque & vilissimi soni voces sonorarum particularum pulcherrimorumque epithetorum interpositu ita temperare sciat, ut, sicut periti Musici artificio omnes etiam minus soni apte aliis misti ad suavissimam harmoniam inserviunt, ita in Homero Dionysio Halicarnasæo *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων* ad finem libri II Iliad. ubi variarum gentium naves enumerantur, observante] vocabula *ἔκαλα τὴν φύσιν, ἔδρασε μνότητα ἢ καλλιλογίαν ἔχοντα*, ab ipsa Homeri dispositione elegantiam ex majestatem accipiant: *ἔτως αὐτὰ καλῶς ἐκείνῳ στυφάνειν, καὶ πληρώμασιν ἐνφώνοις διείληφεν, ὥστε μεγαλοπρεπέστατα φαίνεσθαι τῶν ὀνομάτων. Πᾶς γὰρ αὐτῶ τοπος, ἔστι αὐτῶν ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ ταῖς γλαφυραῖς ἀρμονίαις εἰς ἀκρὴν διαπεποικίληται.* Felicissimam hanc asperarum vrbicum atque lævium temperaturam, nativumque poeticæ eloquentiæ flumen nihil coactum habens, nihil contortum, compositionem istam tot Gratiis distinctam, ut ab ipsa Musæ, quam Homerus sub carminis auspiciis invocavit, profecta omnia, uno quasi dictantis impetu, videantur, adeo esse a Gallicæ linguæ genio remotam, ut interpretanti difficultates fere insuperabiles attulerit. Cum enim nullum in Homero versum deprehenderit Daceria, qui non peculiari virtute, elegantia harmonicoque numero præditus ornatusque visus fuerit; hæc ipsa quidem in sua paraphrasi per idiomatis sui naturam exprimi non potuisse queritur. Quia tamen præter singularem styli e linguæ indole Homericæ summo artificio resultantem elegantiam, idearum sublimitas, rerum majestas, ingeniique omnibus e partibus Poematis effulgens præstantia, ingens characterum unius ejusdemque virtutis v.g. prudentiæ in Ulyssæ ac Nestore, fortitudinis in Achille, Diomede, Ajace, diversitas, aliaque plura in Homeri opere inveniantur, quæ vel barbaris gentibus Indis, Persis, Chaldæis, linguæ delicias non omnino sentientibus, tantæ admirationi fuerint, ut hujus Poetæ opera ad mirandam rerum majestatem contemplandam in suas quæque

linguas transferenda curaverint, spem concepit Daceria, fore, ut & in sua lingua præter rerum memoriam styli etiam pulchritudinem aliqua saltem ratione repræsentare possit: ideoque hanc paraphrasin non doctis quidem qui ipsum Homeri textum legere & fontes adire possunt, sed longe majori hominum numero, qui Græcæ loquentem Homerum non intelligant aut qui legere jam atque intelligere incipiant, quique sensum omnino scripti hujus prius quam ejus elegantiam percipere debeant, comparavit publicoque gentis potissimum suæ commodo edidit. Ut igitur Helenæ quoque mortuæ cadaver, si Ægyptiorum more condimentis a labe conservatum in Galliam hodie afferretur, non vivam quidem sed certam tamen illius pulchritudinis [prægrandium oculorum, minutuli oris, pulcherrimorum superciliorum arcus, præstantissimæque corporis staturæ, a Constantino Manasse in Idea Helenæ expressæ] imaginem sit exhibiturum; - ita suam interpretationem non vivum quidem & tanto spiritu præditum Homerum, sed Homerum tamen membrorum pulcherrimorum compositione ac mira lineamentorum conformatione vivis, quantum licuit, coloribus referentem, nec, ut aliorum translationibus factum, deformatum penitus devenustatumque relaturam sperat. Neque vero se *numeris Poeticis, quod quidam in Poetis transferendis necessarium putent*, Homerum ut redderet, ausam fuisse ait; quod commoda ratione istud haud fieri posse persuasa sit: cujus instituti ut rationes in Præfatione Anacreontis a se traducti jam reddiderit, ita multorum quotidie exemplis, quibus non ex voto conatus iste Poetas carmine exprimendi successerit, in hac sententia se confirmari contendit. Interpretem enim, soluta metro dictione utentem, omnia quæ in Homero occurrant, posse exprimere, quod quidem adstricta numeris oratione fieri, præsertim in Gallica lingua, nunquam queat, ubi multa subinde mutanda, aliqua refecanda, abjicienda denique alia sint, si carminis rationi satisfactum velis. At Homeri sententiam, quamvis simplicem poeticoque spiritu ac ornatu destitutam, multo gratiorem, quam adsutas aliorum Poeticas laciniis videri

deri. Aliquam quidem carminis particulam, versus aliquos complexam, Desprautii & Racini exemplo, satis interdum feliciter carmine exprimi posse, sed integrum Poetae, tanta in primis amplitudine, opus Gallico carmine redditum non nisi languidam, fractum, frigidum esse posse, & Poetas jam Poetas esse desinere; & quodsi, ipsius Virgilii iudicio, facilius sit Herculi clavam quam Homero verbum surripere, adeoque tantae difficultatis opus hoc Autori inter Latinos praecipuo visum fuerit, multo hoc difficilius Gallis futurum Dacera censet, & ipsam quidem se Poeticam translationem Gallicam Homeri optare, primamque, si accurata sit, ipsi applausuram esse, sed omnino, num quis, cui Homeri sententia atque elegantia perspecta sit, tantae molis opus aggressurus sit, dubitare imo desperare fatetur. Prosa autem oratio omnes Homeri ideas servari, imaginum pulchritudinem exprimi, dicique omnino, quae ipse dixerit, posse: inde Aristotelis, *ἰσοποιία* soluta aequae ac ligata dictione gaudere perhibentis, iudicio, Platonisque III de rep. libro triginta versuum e principio Iliadis materiam simplici ac pedestri narratione, sine imitatione Poetica, non sine jucunditate, quae ex carmine percipi solet, referentis, exemplo, Epicum Poema libero dicendi genere commode satis exprimi posse: inde Ebraeos in Canticis, Psalmis ac Prophetiis quibusdam oratione magis ornata ac florida pro carmine usos: inde Strabonem *τὸν περὶ λόγον τὸν γεγραμμένον ἀπὸ μύθου τῆ ποιητικῆ εἶναι* adseverare, & Cadmum Pherecydem aliosque *λύσαντας τὸ μέτρον τ' ἄλλα ἢ φυλάξαντας τὰ ποιητικά*, inter Poetas quasi recipere: inde Dionysium Halicarnassenseum, quomodo prosae orationis compositio pulcherrimo poemati aequiparari possit, docere. In Psalmis certe ac Prophetis plurima loca occurrere, quae ne perfectissimus Poeta quidem metrica versione ita exprimere possit, ut non plurimum emphaseos amittant. Per prosam autem interpretationem nequaquam servilem intellectam vult Dacera, sed eam quae ingenua, liberalis, excellens, primariae formae sensus conceptusque exacte attendat, & linguae nativas elegantias ac ornamenta, quanquam non singula verba referat,

ACTORUM ERUDITORUM

rat, exprimere studeat. Non enim ob literas & voces servandas sententiam scriptoris missam faciendam; nec, dum sensum teneamus ingenua libertate, verborum emphasin ac elegantiam negligendam, sed omni studio laborandum esse, pulchra digressionem docet, ut paraphrasis archetypum non solum fide repræsentet, sed primi auctoris spiritum affectumque induens primam formam denuo quasi genitam suscipiat. Interpretem enim non illos sequi Musicos debere, qui cantionis tenorem juxta signa nuda s. notas exacte quidem recinunt, sed qui spiritu quoque Poetæ induti, Musico quodam enthusiasmo motus etiam illius animi omnemque elegantiam apta vocis modulatione viva quadam forma referunt, & de suo quasi spiritu mortuos Cantorum characteres animant, vigoremque ipsis ac primigenium nitorem præstant. Quod ideo pluribus exequitur Daceria, ut illorum præjudiciis, qui ipsa Auctorum veterum scripta cognita non habentes, translationes eorum omnes ut serviles, frigidas ac mortuas ingenti errore contemnunt, satisfaciat: cum multum bonæ malæque translationes differant, quod hæc abjecta servilique imitatione *littera cadaver sine sensu spirituque reddant*, istæ ingenua liberaque æmulatione sententiam, verborum vi non neglecta, sistant, novoque quasi habitu vitæque rem olim cognitam & jam antiquatam repræsentent. Suam hanc igitur Paraphrasin eis saltem, qui Græca non legunt, adeoque vel nihil plane de Homero norunt, vel jam primum intelligere discunt, non parum profuturam, merito sibi pollicetur Daceria nostra: quam ut a mendis omnibus, pro sua modestia, liberam prædicare non sustinet; ita magno studio sæpeque repetita lectione, qua, *Arcefila Philosophi, singulis diebus mane vespereque pensum ex hoc Poeta legendis, suosque hunc amores appellavit*, more, diurna nocturnaque manu Homeri scripta versarit, id præstitum confidit, ut rectius jam legere accuratiusque intelligere divinum hunc Poetam, quem Casaubonæ, maximi Critici judicio, pauci rite capiunt, possint: ceterum omnem mædorum culpam sibi tribuendam, absolvendum ea Homerus monet, omnesque Homeri virtutes nulla omnino exprimi trans-

translationem posse contendit. Præter enim admiranda Poeseos artificia, esse in Homero profundam eruditionem, insignia vetustissimæ antiquitatis vestigia, stupendam artium omnium cognitionem, gratisimam animo morum atque characterum varietatem, perfectam genuinam in omnium sermonum genere eloquentiæ exempla, verissima sanioris Philosophiæ oracula, consensionem styli atque conceptuum cum sacris libris nostris admirabilem, ut Grotius æquissimus & acutissimus harum rerum arbiter Ezechielem Homero ob pulcras *ἔννοιας*, comparationes illustres, magnamque rerum multarum cognitionem comparare nullus dubitaverit. Quæ omnia cum nuda translatione præsentari sensibus nequeant, adnotationes quasdam, quibus ista pluribus declarentur observata, necessario suæ adjiciendas Paraphrasi fuisse monet, & hunc sibi scopum in adjiciendis notis præfixum fuisse docet Dacæria. Raro, nec nisi summa urgente necessitate ad Criticum verbum ac literarum examen, quippe exsuccum, aridum, sterile & ingratum plerumque se demittit. In tanto Poeta, in quo magna omnia sunt, indignum putat, syllabas ac literulas aut alias Grammaticorum minutias sectari, inprimis cum vetustissimum hoc profanæ antiquitatis *κεκμηλίων* felicissime conservatum purumque satis, ac ingenti sapientium studio, quod nihil in hoc Autore obliterari siverit, emendatum ad nostram ætatem allatum, adeoque illi etiam versus, quos moleste sedula quorundam Criticorum scrupulositas ex Homero sustulerit, ut in nostris exemplaribus non compareant, aliorum opera ab oblivione interituque vindicati sint. Mirandum igitur potius *ὕψος*, quod in Homero ubique regnat, & quo Aristotelis judicio longe præ omnibus Poetis excellit, indicandum; profundam rerum cognitionem, varios antiquitatis thesauros, diversos morum ac personarum characteres, summam in ipsis fictionibus prudentiam, præstantissima sapientiæ semina ubique sparsa, theologorum sui temporis opiniones, artis militaris ea tempestate conditionem, conformitatem idearum ac styli cum sacris literis, *χαριστισμὸν* denique ac *δαιμόνητα* cogitatorum atq; compositionis Homeri,

& quæ sunt alia ejusmodi declaranda sibi sumsit, & quantum suæ, quas modeste extenuat, valent vires, aliorum quoque nixa præfidiis, declaravit. Equidem *accurate coherens Etbnica Theologia systema* vix ex Homero concinnari posse docet; id tamen ex ejus lectione patere, quod *primum aliquod ens supremumque Deum, cui subalterni omnes parerent, humani arbitrii libertatem fatique duplicis rationem, cum ista libertate ac prædestinatione concordantem, anima immortalitatem, supplicia præmiaque post mortem expectanda agnoscat,* quod ex ejus sententia doctrinaque homines nihil boni habeant, quod a Deo non acceperint, secundi omnes agendarum rerum successus piis precibus impetrandi ab illo promanent, adversa omnia & mala hominibus stultitia sua liberique abusu arbitrii attrahantur: Dei providentia animalium quoque curam habeat, & columba Jovis decreto capiatur, uti in sacris passer non sine Patris divini voluntate decidere in terram dicitur. Si quis, porro perhibet, accurate Homeri dogmata fictionesque inspiciat ac fundamenta penitius inquireat, dubitari vix posse, quin hic Poeta vel Ægyptiorum literis imbutus, multa de Hebræorum rebus doctrinisque acceperit, vel horum fama in Græcia ita se expanderit, ut *maximarum inde veritatum momenta nactus ideas ex iis suas formarit.* Sic primo Iliados libro v. 591 seqq. Vulcanum a Jove de coelo deturbatum & octavo v. 13 seqq. inferioribus Diis eundem Jovem interminari perhibet, se ipsos in infimam tenebricosi Tartari abyssum præcipitaturum, quæ ita sint comparata, ut magnam cum angelorum rebellium historia verbisque, quibus eorum poena exprimitur, convenientiam spirent, cum Petrus pariter doceat, Deum Angelis peccantibus non pepercisse, sed rudentibus inferni detractos, in Tartarum tradidisse cruciandos, judicioque reservandos; & Judas addat, angelos, qui non servarint suum principatum, sed dereliquerint suum domicilium, in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservari. Sic decimo nono Iliados libro v. 126 seqq. Homerum, quomodo Jupiter Aten seu discordiam furis miseros mortales agitantem e coelo præcipitarit, ita referre, ut vix verosimile

vide-

videatur, conceptam expressamque de ista re imaginem foli fictioni Poeticæ tribuendam, cum veritas ejus in sacris literis clarissime confirmetur. Dignissimum autem notatu esse, quod Homerus primus omnium sit, qui testimonium miræ huic historiæ in omnibus terris ad orientem sitis traditione communique fama cognitæ tulerit, post quem, annis fere CL interjectis, Esaias Propheta c. XIV, 12 ad istam historiam ubique jam notissimam alludens dixerit: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes! Sic Iliad. α v. 45 seqq. cum agens inter Græcos pestilentia fureret, Apollinem ab Homero ut causam induci, arcu sagittisque armatum telaque sua inter jumenta primum postea & homines mittentem. Quæ descriptio licet Homero ipsi, ut suum inventum, tribui possit; in sacris tamen literis angelum exterminatorem, vibrante gladio coruscum, subjectosque Davidi cives misere trucidantem, eadem profus imagine 1 Par. XXI, 15, 16 representatum inveniri. Ideam porro istam, qua Jupiter Iliad. XXII, 209 seqq. *aurea bilance Hectoris & Achillis fata ponderat*, eandem profus esse, qua Salomon Prov. XVI, 11 pondera stateramque domino iudicanti tribuit, qua Jobus XXXI, 6 vult, ut Deus se in statera justitiæ suæ appendat, suamque innocentiam examinet, qua denique Belsazar appensus in statera leviorque iusto inventus Dan. V, 27 dicitur. Præterea *Artis* quoque *militariæ* multa singularia canæ antiquitatis monumenta in Homero extare, accuratam aciei instruendæ, exercitus ad prælia ducendi, præliique committendi, arces & munita loca impugnandi, defendendique, validis se munitionibus, muro, vallo, turribus fossaque longuriis revincta cingendi rationem inveniri; præcipuumque istud de curruum in militia usum observat, mirum esse quod tamdiu inter Græcorum politissimam gentem curruum usus duraverit, qui tamen cum pluribus incommodis conjunctus fuerit, quod & majus, quam eques, spatium postularent currus, & difficilius regerentur, & altero e duobus, qui singulos currus conscendebant, equis regendis intento, unius saltem opera ad pugnandum adhiberi

& quæ sunt alia ejusmodi declaranda sibi sumsit, & quantum suæ, quas modeste extenuat, valerent vires, aliorum quoque nixa præfidiis, declaravit. Equidem *accurate cobarens Etbni- ce Theologia systema* vix ex Homero concinnari posse docet; id tamen ex ejus lectione patere, quod *primum aliquod ens supremumque Deum, cui subalterni omnes parerent, humani arbitrii libertatem fatique duplicis variationem, cum ista libertate ac predestinatione concordantem, anima immortalitatem, supplicia premiaque post mortem expectanda agnoscat,* quod ex ejus sententia doctrinaque homines nihil boni habeant, quod a Deo non acceperint, secundi omnes agendarum rerum successus piis precibus impetrandi ab illo promanent, adversa omnia & mala hominibus stultitia sua liberique abusu arbitrii attrahantur: Dei providentia animalium quoque curam habeat, & columba Jovis decreto capiatur, uti in sacris passer non sine Patris divini voluntate decidere in terram dicitur. Si quis, porro perhibet, accurate Homeri dogmata fictionesque inspiciat ac fundamenta penitus inquirat, dubitari vix posse, quin hic Poeta vel Ægyptiorum literis imbutus, multa de Hebræorum rebus doctrinisque acceperit, vel horum fama in Græcia ita se expanderit, ut *maximarum inde veritatum momenta nactus ideas ex iis suas formarit.* Sic primo Iliados libro v. 591 seqq. Vulcanum a Jove de coelo deturbatum & octavo v. 13 seqq. inferioribus Diis eundem Jovem interminari perhibet, se ipsos in infimam tenebricosi Tartari abyssum præcipitaturum, quæ ita sint comparata, ut magnam cum angelorum rebellium historia verbisque, quibus eorum poena exprimitur, convenientiam spirent, cum Petrus pariter doceat, Deum Angelis peccantibus non pepercisse, sed rudentibus inferni detractos, in Tartarum tradidisse cruciandos, judicioque reservandos; & Judas addat, angelos, qui non servarint suum principatum, sed dereliquerint suum domicilium, in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservari. Sic decimo nono Iliados libro v. 126 seqq. Homerum, quomodo Jupiter Aten seu discordiam furii miseris mortales agitantem e coelo præcipitarit, ita referre, ut vix verosimile

vide-

videatur, conceptam expressamque de ista re imaginem foli fictioni Poeticæ tribuendam, cum veritas ejus in sacris literis clarissime confirmetur. Dignissimum autem notatu esse, quod Homerus primus omnium sit, qui testimonium miræ huic historiæ in omnibus terris ad orientem sitis traditione communique fama cognitæ tulerit, post quem, annis fere CL interjectis, Esaias Propheta c. XIV, 12 ad istam historiam ubique jam notissimam alludens dixerit: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes! Sic Iliad. α v. 45 seqq. cum ingens inter Græcos pestilentia fureret, Apollinem ab Homero ut causam induci, arcu sagittisque armatum telaque sua inter jumenta primum postea & homines mittentem. Quæ descriptio licet Homero ipsi, ut suum inventum, tribui possit; in sacris tamen literis angelum exterminatorem, vibrante gladio coruscum, subjectosque Davidi cives misere trucidantem, eadem profus imagine 1 Par. XXI, 15, 16 representatum inveniri. Ideam porro istam, qua Jupiter Iliad. XXII, 209 seqq. *aurea bilance Hectoris & Achillis fata ponderat*, eandem profus esse, qua Salomon Prov. XVI, 11 pondera stateramque domino judicanti tribuit, qua Jobus XXXI, 6 vult, ut Deus se in statera justitiæ suæ appendat, suamque innocentiam examinet, qua denique Belsazar appensus in statera leviorque justo inventus Dan. V, 27 dicitur. Præterea *Artis* quoque *militaris* multa singularia canæ antiquitatis monumenta in Homero extare, accuratam aciei instruendæ, exercitus ad prælia ducendi, præliique committendi, arces & munita loca impugnandi, defendendique, validis se munitionibus, muro, vallo, turribus fossaque longuriis revincta cingendi rationem inveniri; præcipuumque istud de curruum in militia usu observat, mirum esse quod tamdiu inter Græcorum politissimam gentem curruum usus duraverit, qui tamen cum pluribus incommodis conjunctus fuerit, quod & majus, quam eques, spatium postularent currus, & difficilius regerentur, & altero e duobus, qui singulos currus conscendebant, equis regendis intento, unius saltem opera ad pugnandum adhiberi

& quæ sunt alia ejusmodi declaranda sibi sumfit, & quantum suæ, quas modeste extenuat, valent vires, aliorum quoque nixa præfidiis, declaravit. Equidem *accurate cohærens Etbni- ca Theologia systema* vix ex Homero concinnari posse docet; id tamen ex ejus lectione patere, quod *primum aliquod ens supremumque Deum, cui subalterni omnes parent, humani arbitrii libertatem fatique duplicis rationem, cum ista libertate ac predestinatione concordantem, anima immortalitatem, supplicia præmiaque post mortem expectanda agnoscat,* quod ex ejus sententia doctrinaque homines nihil boni habeant, quod a Deo non acceperint, secundi omnes agendarum rerum successus piis precibus impetrandi ab illo promanent, adversa omnia & mala hominibus stultitia sua liberique abusu arbitrii attrahantur: Dei providentia animalium quoque curam habeat, & columba Jovis decreto capiatur, uti in sacris passer non sine Patris divini voluntate decidere in terram dicitur. Si quis, porro perhibet, accurate Homeri dogmata fictionesque inspiciat ac fundamenta penitus inquirat, dubitari vix posse, quin hic Poeta vel Ægyptiorum literis imbutus, multa de Hebræorum rebus doctrinisque acceperit, vel horum fama in Græcia ita se expanderit, ut maximarum inde veritatum momenta nactus ideas ex iis suas formarit. Sic primo Iliados libro v. 591 seqq. Vulcanum a Jove de cælo deturbatum & octavo v. 13 seqq. inferioribus Diis eundem Jovem interminari perhibet, se ipsos in infimam tenebricosi Tartari abyssum præcipitaturum, quæ ita sint comparata, ut magnam cum angelorum rebellium historia verbisque, quibus eorum poena exprimitur, convenientiam spirent, cum Petrus pariter doceat, Deum Angelis peccantibus non pepercisse, sed rudentibus inferni detractos, in Tartarum tradidisse cruciandos, judicioque reservandos; & Judas addat, angelos, qui non servarint suum principatum, sed dereliquerint suum domicilium, in judicium magni diei vinculis æternis sub caligine reservari. Sic decimo nono Iliados libro v. 126 seqq. Homerum, quomodo Jupiter Aten seu discordiam furis miseris mortales agitantem e cælo præcipitarit, ita referre, ut vix verosimile vide-

videatur, conceptam expressamque de ista re imaginem soli fictioni Poeticæ tribuendam, cum veritas ejus in sacris literis clarissime confirmetur. Dignissimum autem notatu esse, quod Homerus primus omnium sit, qui testimonium miræ huic historiæ in omnibus terris ad orientem sitis traditione communique fama cognita tulerit, post quem, annis fere CL interjectis, Esaias Propheta c. XIV, 12 ad istam historiam ubique jam notissimam alludens dixerit: Quomodo cecidisti de coelo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes! Sic Iliad. a v. 45 seqq. cum ingens inter Græcos pestilentia fureret, Apollinem ab Homero ut causam induci, arcu sagittisque armatum telaque sua inter jumenta primum postea & homines mittentem. Quæ descriptio licet Homero ipsi, ut suum inventum, tribui possit; in sacris tamen literis angelum exterminatorem, vibrante gladio coruscum, subjectosque Davidi cives misere trucidantem, eadem prorsus imagine I Par. XXI, 15, 16 representatum inveniri. Idem porro istam, qua Jupiter Iliad. XXII, 209 seqq. *aurea bilance Hectoris & Achillis fata ponderat*, eandem prorsus esse, qua Salomon Prov. XVI, 11 pondera stateramque domino iudicanti tribuit, qua Jobus XXXI, 6 vult, ut Deus se in statera justitiæ suæ appendat, suamque innocentiam examinet, qua denique Belfazar appensus in statera leviorque justo inventus Dan. V, 27 dicitur. Præterea *Artis* quoque *militaris* multa singularia canæ antiquitatis monumenta in Homero extare, accuratam aciei instruendæ, exercitus ad prælia ducendi, præliique committendi, arces & munita loca impugnandi, defendendique, validis se munitionibus, muro, vallo, turribus fossaque longuriis revincta cingendi rationem inveniri; præcipuumque istud de curruum in militia usu observat, mirum esse quod tamdiu inter Græcorum politissimam gentem curruum usus duraverit, qui tamen cum pluribus incommodis conjunctus fuerit, quod & majus, quam eques, spatium postulerent currus, & difficilius regerentur, & altero e duobus, qui singulos currus conscendebant, equis regendis intento, unius saltem opera ad pugnandum adhiberi

posset, adeoque duo, sæpe tres aut quatuor equi uni militi strenue pugnaturo non sine magno dispendio impendendi essent. Qui tamen curruum usus non penes Græcos solum sed & penes Ægyptios, Syros, & alios Orientales populos longo tempore, ignota equitum longe commodiore opera, receptus fuerit. Equidem commemorari in sacris Literis currus & equites, sed hos esse eosdem, qui Homeri *ἑν ἄλλοις* i. e. ii qui de curribus armati pugnabant; neque ante Samuelis ac Saulis tempora, sex & viginti post Trojæ obsidionem annis, distinctorum a curribus armatis equitum memoriam occurrere: dignamque omnino hanc esse materiam, *quam diu currus sine distinctis equisibus usurpatis? quam diu equisibus junctis? & quo tandem tempore hi soli sine curribus in bellis adhiberi fuerint?* quæ a viro antiquitatum bellicarum gnaro profundius inquiratur. Quod ad *Geographiam*, qua ulus in suo Poemate Homerus est, attinet, eam, Strabonis iudicio, exactam satis atque accuratam Daceria perhibet, cum non nudum locorum situm, sed naturam etiam atque incolas, horumque ingenium, mores, propensiones, negotia, consuetudines & sæpe vestium etiam habitus magno studio designet, *distinctasque Græcarum nationum descriptiones, libro imprimitis secundo v. 325 seqq.* ubi in enumerandis copiis ac ducibus Græcorum ac Trojanorum versatur, ediderit, quæ loca in notis suis singulari studio Daceria illustravit, simul & dubium illud, *quomodo nationes hæc omnes Græcæ Asiaticæque sint interpretæ se intelligere potuerint?* ita resolvit, ut Dionysii Halicarnassensis, Trojanos a Græcâ origine per Dardanum Teucrumque deducentis, sententiam non omnino scrupulis satisfacere dicat, ipsa vero has Poetarum fictiones ita perhibeat esse comparatas, ut ad rationem omnium minutularum circumstantiarum reddendam obligatos se non credant, sed omnes populos illam linguâ, qua ipsi scribunt, callere supponant. Tandem etiam *quæ ratione Homeri opera ab interitu conservata & ad nostram ætatem perlata sint*, Daceria declarat. Nimirum quantum primum Poemata sua Homerus confecisset, tanto ea omnium plausu studioque esse recepta, ut brevi per universam lon-

niam

niam vulgarentur : ac tum quidem continua nec in fibros distincta fuisse, cum vero non omnes integra ea comparare sibi possent, multique vitam iis pro præmio accepto recitandis sustentarent, inde in partes, quas *ῥαψῳδίας* appellant, dividi & a potissimo contento v. g. ira Achillis, catalogus navium, pugna Paridis & Menelai &c. appellari coepisse : inde postea Grammaticorum opera libros [quanquam, cum nunquam libri Homeri apud Antiquos citentur, vix diserte dici possit, quo seculo] natos esse. Ante quidem *Lycurgum* integrum in Græcia Homerum cognitum non fuisse; hunc autem sapientissimum Legislatorem cum itinere in Ioniam suscepto integra duo Homeri Poemata invenisset, *sua manu ea descripsisse, tantumque in Græciam thesaurum insalisse, primamque quasi editionem adornasse* : quare Platonis sententiam, Hipparcho Pisistrati filio Homeri primum in Græcia adlati gloriam tribuentis, vix constare posse, neque per temporis rationem admittendam esse, nisi eatenus quod Pisistratus ingenio ac eruditione non minus quam imperio valens Homeri *Rhapsodias*, quas adhuc sparsas habuerant Athenienses, in unum corpus *Iliados* ac *Odyssææ*, filio Hipparcho Parentis curam promovente, colligendas curavit : ex quo tempore illa ultra ducentos & quadraginta annos ad Alexandri ætatem perdurarint, atque exemplaria in immensum fere aucta & in Scholis aliisque celebrioribus locis publice lecta, recitata, decantata fuerint, adeo, ut cum Alcibiades scholam Rhetoris ingressus ab eo petiisset, ut partem sibi aliquam Poematis Homeri prælegeret, isque se nihil hujus Poetæ habere respondisset, colapho illi impacto tanquam *indignissimum exprobrari, publicum juvenutis doctorem Homerum ignorare*. Post hæc *Alexander Magnus* tanto hunc Poetam amore prosequutus, ut singulis noctibus eum cum gladio tanquam militarem apparatus suum pulvino subjecerit, & inæstimabilis pretii cistulæ Dario ereptæ perfectissimum hoc humani ingenii opus includendum curaverit, hoc eruditus *Callistheni* & *Anaxarcho* negotium dedisse perhibetur, ut utrumque Homeri Poema, in quod jam Scribarum negligentia plures menda

Rhaphodorumque temeritate supposita additamenta irre-
 pserant, accurate reconferent, ubi ipse quidem recognitioni
 sapius interfuit, & Aristotele quoque super ea re consulto,
ipse emendatum jam opus integrum sua manu descripsit, quæ
editio διορθωτικὴ ἐκ τῆς πρώτης inde appellari solet. Post
 Alexandri mortem Zenodorum Ephefium sub Ptolemæo I
 curate hæc Poemata recognovisse: & sub Ptolemæo Philo-
 metore CLIV ante Christum natum annis celeberrimam
Aristarchi editionem ingenti doctorum applausu receptam
 descriptamque innumeris exemplaribus eruditum orbem
 cumulasse. Ex ea *Massalioticam* & *Synopensem διορθωτικὴν*
 Homeri natas atque ex his porro recentiores editiones ge-
 nitas arbitratur Daceria. Aliqua etiam *de Commentariis Eru-*
ditorum in Homerum subjungit, & *Aristarchum* quidem in
 eo notat, quod Zenodoti sententiam nimium secutus plures
 Homeri versus, quos conservare debuisset, obelo confode-
 rit, & allegoricas omnes interpretationes, sine quibus tamen
 plurima Poetæ dicta commodo sanoque sensu destituta fa-
 cteri oporteat, rejecerit. E pluribus Criticorum Grammati-
 corumque in Homerum Commentationibus *Didymi* me-
 moriam injicit, sed quæ sub illius nomine circumferuntur
Scholia, ita esse comparata docet, ut multa illis supposititia
 adjecta, genuina multa omissa videantur. De *Eustathio*,
 quanquam is acerbum ubique & iniquum Foeminarum cen-
 sorem agat, ingenue fatetur, ipsum eximia intelligendi judi-
 candique vi pollere & optima quæque de moribus, ritibus &
 consuetudinibus veterum monita afferre, quibus ipsa in su-
 is adnotationibus conficiendis sæpe usâ fuerit; simul tamen
 sapius ipsum in minutis hærere, leviorique applicatione fa-
 cta veras idearum radices in tanto Poeta non indagare que-
 ritur. *Inscriptiones* etiam & *titulos librorum* Homeri a
 Grammaticis confectos rerum momenta nequaquam exhi-
 bere, indeque ab se alia plane ratione confici debuisse affir-
 mat. Denique de *duobus momentis*, quæ fusius in hac Præfati-
 one tractatura fuerat, sed jam exclusa spatio, ne majorem in-
 molem ea excresceret, alio loco accurate se discussuram
 pol-

pollicetur, paucis agit. *Ad regulas scilicet Epici carminis a pluribus firmatas Gallorum se quoddam Epicum Poema fuisse, etque aliquam heroicorum gestorum narrationem, (unRomanam) examinaturam* pollicetur, ut ostendat, quam longe utrumque scripti genus a genuinis Epici carminis regulis difcedat; deinceps & quaestionem illam, *an Homeri Poests placere magis quam docendo prodesse* (quod quidam ajunt) *velit ac possit?* inquisitionem promittit. Hoc quidem loco paucis de priori asserit, Epici carminis naturam longissime a carminibus Epicis Gallorum aetatis nostrae, & a frivolis istis fabulosoꝝ Historicorum scriptis, ubi ignorantia turpisque amor regnet, distare, quippe in quibus sanus sensus ratio atque decorum plerumque negligantur, pro ingeniosis fictionibus nuda & putida mendacia tradantur, & ne istis quidem Heroibus, per quos Deus sua manu ductos maximas in hujus orbis imperio res gesserit, parcatur, quo minus foedissima metamorphosi in furentes amore dilectae ereptaeque sibi per rivalem virginis amasios transformentur. Qua occasione liberius eam, quae sub nomine CYRI, maximi per omnium seculorum memoriam, ipsius iudicio S. Scripturae, Regis, Romanensis ejusmodi fabulae edidit, notat & quam hic varie peccetur ostendit. De posteriori fatetur sententiam illam, quod delectatio unicus sit finis, *ὅτι ποιητὴς πᾶς σοφίας ψυχαγωγίας ἢ διδασκαλίας*, jam olim ab *Eraso bene* Poeta, Grammatico, & Philosophorum Beta dicto, propugnatam, nostra aetate multos maximi etiam ingenii factores habere; sed tamen, si fundamentum ejus accurate examinetur, erroris convinci. Id quod & pridem Strabo lib. I prolixa dissertatione magna gravitate fecerit, omnesque qui solidi quid inter antiquos de Epico carmine scripserint, calculo suo adprobent, sed ipsa etiam natura Poematis validissime confirmet: cum enim hoc nil aliud quam fabula quaedam generalis s. universalis sit, quae additis certis nominibus ad specialia restringatur, *fabula finem primum docere*, non posse magis Epicae Poesi, quam Aesopi fabulis negari, quae profecto semper monitum aliquod ad mores pertinens in primis proponant, istudque fabu-

fabulæ quasi condimento, ut magis ad palatum sit hominibus, efficiant. Uti fabula, de homine ingentes ovium greges habente, & pauperi unicum oviculum, ut hospiti eam suo comedendam proponeret, eripiente, procul dubio ad docendum magis quam delectandum Davidem a Nathane sit adhibita. Ita Veritatem in Epico carmine fundamenti loco esse subternendam, fictionem autem, quæ aliam quasi speciem eidem inducat, ad placendum magis lectoribus adficiendam. Cum igitur de architecto ædes ad commodam incolarum habitationem extructas externo etiam colorum ornatu illustrante nemo dicat, ipsum ideo eas potissimum condidisse, ut spectatorum oculis arrideant; de Poeta etiam, monita vitæ utilissima maximeque necessaria fictionibus expoliente, non præsumendum esse, quod delectare magis quam docendo prodesse velit; quod vel Romanensium fabularum scriptoribus, longe infra Epici carminis perfectionem & Auctores ponendis, ab Hueticio concedatur. De *iniquis Homeri censoribus*, quorum familiam *Zoilus*, omnium ideo seculorum ludibrio expositus, miserabilique fato functus, duxerit, & facetiis, quibus illudere quidam huic Poetæ temerario ausu, pudendo successu conati sunt, quia *Musæ clientem* hunc suum semper tuitæ fuerint, nihil afferre Daceria voluit, nec de *Elogiis* Homeri, quæ quanquam infinita sint, nunquam tamen ejus magnitudinem meriti, Politiano iudice, adæquant, nisi unum Dionis Chrysofostomi addidit, qui Homerum principium, medium & finem esse ait, cum & infantibus aptus & ætatis perfectæ viris quasi proprius, & senibus accommodatus sit, omnique ætati tantum utilitatis, quantum ea percipere possit, tribuat. Nos quidem de tam præclara opera Homero præstita inclytæ Daceriæ Orbique erudito ex animo gratulamur, precamurque; ut ingentem, quem doctissimæ natæ mors ipsi attulerat, dolorem diva providentia abstergat, Musæque, si quid valent, suavissima sodalitate leniant, ut, quo plausu nunc Iliadae & Daceriæ manibus accepimus, eodem & Odysseam propediem captemus. Ceterum qui e Notis specimina desiderant, adeant Acta Erud. vernacula hæc nus apud nos edi cõpta.

NO

**NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM AU-
TORE G. D. T. M. D. cum ejusdem Prolegomenis,
& Notis in fine adjectis.**

Amstelædami, ex officina Wetsteniana, 1711, 8.

Alph. 1 pl. 21.

EN novam Novi Testamenti Græci editionem, nitidissi-
mis non modo typis expressam, sed & insigni varianti-
um lectionum, e centum & amplius MSS. Codd. & antiquis
versionibus collectarum, apparatu, ac tanto locorum paral-
lelorum numero, quantum vix ipsa quidem profert editio
Milliana, instructam, crisiq; tandem perpetua, qua singu-
lar lectiones variantes, earumque valor, aut origo, ad XLIII
canones examinantur, insignitam. Præfationem elegan-
tissimæ huic editioni, sine ullis litterarum nexibus & com-
pendiis editæ, præmisit Henricus Wetstenius, in qua de oc-
casionem recudendi hujus novi Fœderis libri erudite disserit,
D. Johannis Felli, Præfulis Oxoniensis, consilia summope-
re deprædicat, ac tandem rationem tum additorum tum o-
missorum locorum parallelorum reddit. Præfationem hanc
Editoris G. D. T. M. D. canones insequuntur Critici, nume-
ro XLIII, secundum quos variantes N. T. lectiones exami-
nandas, judiciumque de iis ferendum esse statuit. Negli-
gentiam igitur, oscitantiam, festinationem; imo & maliti-
am descriptorum genuinam variantium lectionum causam
sæpissime fuisse, inculcat, & ad specialiora deinceps pro-
gressus de Codicum quoque Manuscriptorum ab impres-
sis differentia, Patrumque citationibus agit, & quomodo va-
riantes lectiones, cognita earum origine, plerumque pere-
ant, edisserit. His præmissis, quadripartita Autor consigna-
vit Prolegomena: (1) De collectionibus & collectoribus
Lectionum variantium. Mentionem ergo, post designatum
Typographiæ, atque Critices initium, (quod seculo XV ul-
tra medium decurrente factum esse existimat) injicit Lau-
rentii Vallæ, Cardinalis Ximenii, Erasmi Roterodami, Ste-
phanorum, Roberti atque Henrici, Crispini, editionis Bass-
leensis, Tigurinæ, atque Parisinæ, Casauboni, Wæchelii,

fabulæ quasi condimento, ut magis ad palatum sit hominibus, efficiant. Uti fabula, de homine ingentes ovium greges habente, & pauperi unicam oviculam, ut hospiti eam suo comedendam proponeret, eripiente, procul dubio ad docendum magis quam delectandum Davidem a Nathane sit adhibita. Ita Veritatem in Epico carmine fundamenti loco esse subternendam, fictionem autem, quæ aliam quasi speciem eidem inducat, ad placendum magis lectoribus adsciscendam. Cum igitur de architecto ædes ad commodam incolarum habitationem extructas externo etiam colorum ornatu illustrante nemo dicat, ipsum ideo eas potissimum condidisse, ut spectatorum oculis arrideant; de Poeta etiam, monita vitæ utilissima maximeque necessaria fictionibus expoliente, non præsumendum esse, quod delectare magis quam docendo prodesse velit; quod vel Romanensium fabularum scriptoribus, longe infra Epici carminis perfectionem & Auctores ponendis, ab Huetio concedatur. De *iniquis Homeri censoribus*, quorum familiam *Zoilus*, omnium ideo seculorum ludibrio expositus, miserabilique fato functus, duxerit, & facetiis, quibus illudere quidam huic Poetæ temerario ausu, pudendo successu conati sunt, quia *Musæ clientem hunc suum semper tuitæ fuerint*, nihil asferre Daceria voluit, nec de *Elogiis* Homeri, quæ quanquam infinita sunt, nunquam tamen ejus magnitudinem meriti, Politiano iudice, æquequant, nisi unum Dionis Chrysofostomi addidit, qui Homerum principium, medium & finem esse ait, cum & infantibus aptus & ætatis perfectæ viris quasi proprius, & senibus accommodatus sit, omnique ætati tantum utilitatis, quantum ea percipere possit, tribuat. Nos quidem de tam præclara opera Homero præstita inclytæ Daceriæ Orbique erudito ex animo gratulamur, precamurque; ut ingentem, quem doctissimi nate mors ipsi attulerat, dolorem diva providentia abstergat, Musæque, si quid valent, suavissima fœderitate leniant, ut, quo plausu nunc Iliada e Daceriæ manibus accepimus, eodem & Odyssæam propediem captemus. Ceterum qui e Notis specimina desiderent, adeant Acta Erud. vernacula hæcenus apud nos edi cœpta.

NO

**NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM AU-
TORE G. D. T. M. D. cum ejusdem Prolegomenis,
& Notis in fine adjectis.**

Amstelædami, ex officina Wetsteniana, 1711, 8.

Alph. 1 pl. 21.

EN novam Novi Testamenti Græci editionem, nitidissi-
mis non modo typis expressam, sed & insigni varianti-
um lectionum, e centum & amplius MSS. Codd. & antiquis
versionibus collectarum, apparatu, ac tanto locorum paral-
lelorum numero, quantum vix ipsa quidem profert editio
Milliana, instructam, crisiq; tandem perpetua, qua singu-
læ lectiones variantes, earumque valor, aut origo, ad XLIII
canones examinantur, insignitam. Præfationem elegan-
tissimæ huic editioni, sine ullis litterarum nexibus & com-
pendiis editæ, præmisit Henricus Wetstenius, in qua de oc-
cassione recudendi hujus novi Fœderis libri erudite differit,
D. Johannis Felli, Præsulis Oxoniensis, consilia summope-
re deprædicat, ac tandem rationem tum additorum tum o-
missorum locorum parallelorum reddit. Præfationem hanc
Editoris G. D. T. M. D. canones insequuntur Critici, nume-
ro XLIII, secundum quos variantes N. T. lectiones exami-
nandas, judiciumque de iis ferendum esse statuit. Negli-
gentiam igitur, oscitantiam, festinationem, imo & maliti-
am descriptorum genuinam variantium lectionum causam
sæpissime fuisse, inculcat, & ad specialiora deinceps pro-
gressus de Codicum quoque Manuscriptorum ab impressis
differentia, Patrumque citationibus agit, & quomodo va-
riantes lectiones, cognita earum origine, plerumque pere-
ant, edisserit. His præmissis, quadripartita Autor consignavit
Prolegomena: (1) De collectionibus & collectoribus
Lectionum variantium. Mentionem ergo, post designatum
Typographiæ, atque Critices initium, (quod seculo XV ul-
tra medium decurrente factum esse existimat) injicit Lau-
rentii Vallæ, Cardinalis Ximenii, Erasmi Roterodamii, Ste-
phanorum, Roberti atque Henrici, Crispini, editionis Bass-
leensis, Tigurinæ, atque Parisinæ, Casauboni, Wachelii,

Valesii, Bezae, Curcellæi, (de quo penes doctos propter variantes lectiones subortam suspicionem monet,) Flacii, Canteri, Euthymii, Piscatoris, Lucae Brugensis, Caryophili, Joh. Morini, Grotii, Bibliorum Polyglottorum Londinensium, Walæi, Sauberti, Calovii, editionis Oxoniensis, Zacagnii, Pritii, Gregorii, Thomæ Gale, Millii, Josephi Scaligeri, Isaacii Casauboni, Zegeri, Fellwingeri, editionis Montensis Gallicæ, Amelotti, Richardi Simonis, Hartsockeri, Cats, Reizii, Hedingeri, de la Cerda, & Coddæi. (2) De Manuscriptorum qualitatibus; de quibus dum differit, in rationem prius deperditorum Apostolicorum autographorum inquit, deinceps ordine Codices Manuscriptos recenset, eorumque historiam succincte pertexit. Meminit namque Codicis Alexandrini, Cantabrigiænsis, (quos Codices Curcellæum in *ἐπιγραφές* sua, de Matthæo XXIV capitibus truncato, confudisse, *ὡς ἐν παρόδῳ* notat) Codicum Bibliothecæ Bodlejanz, Codicum Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonenfis, versionis Copticæ, Codicis Claromontani, a cœnobio ita denominati, Complutensis, variantium lectionum Curcellæi, Codicis Collegii Emanuelis Cantabrigiæ, Codicis cœnobii Gallici St. Germani, versionis Gothicæ, Codicis Collegii Gœnvilli, & Caji, Evangeliorum Goodii, Codicis Collegii Lincolnienfis, Codicis Collegii Magdalenz, Codicis Montfortii, trium collegii novi Oxoniensis MStorum, trium Petavii Codicum, Codicum Barbarini, Codicum Stephani, Codicis Trithemii, lectionum Marchionis Valesii, Petri Faxardi, Codicum Jacobi Usserii, & Codicum denique Wæchelinorum. (3) De canonum Criticorum confirmatione differit, quæ eo adjecit consilio, ut impetus ille coacervandi ulterius varias lectiones aliquo modo inhiberi, & sanctissimus Codex a suspicionibus liberari posset, unde &, dum in confirmando canone primo occupatus est, perpendit, an non brevi manu tantæ variantium lectionum multitudini, quæ ultra triginta millia in editione D. Millii comparent, occurrere, & ulterior conquestio fervorque conferendi MS&ta refrænari possit, nisi se forte obtulerit codex vetustior iis, quos habemus collatos, quod fieri posse putat, si, cum authentico

cos Evangelistarum & Apostolorum, quos olim in Archivis Ecclesiarum diu conservarunt, non habeamus, antiquissimum, qui superest, Codicem, nempe Alexandrinum, assumserimus, cujus variantes quoque lectiones, allato ex Matth. XXV exemplo, examinat atque conciliat. Omnes igitur canones antea jam adductos in apricum iterum producit, variosque ad illorum confirmationem testes in medium affert. (4) De usu hujus criseos agit, in quo breviter ostendit, & exemplo ex Matth. IX, 36 desumpto declarat, quomodo Lector hac crisi & signis uti, & de varia lectione judicare possit. Denique huic N. T. editioni præfatio Stephani Curcellæi, præfatio N. T. Oxoniensis, editioni anni 1675 præfixa, præfationis Whitbyanæ capita vel argumenta, operisque Whitbyani partitio, & indices locorum urbis & templi Hierosolymitani, ex mente Lightfooti adjiciuntur, quibus loca Terræ sanctæ, quorum fit mentio in Evangeliiis, area templi tempore Servatoris, & tabula Geographica ad Acta Apostolorum in mappis accedunt. Ad calcem operis notæ reperiuntur Criticæ, in quibus variantes lectiones maxime notabiles in potissimis Scripturæ sacre oraculis occurrentes, erudite examinantur.

30. PHILIPPI STORRII, IN LIBERA
Heilbronna Ecclesia Pastoris & Gymnasi Scholarchæ,
Decas Exercitationum exegeticarum ad selecta
& difficiliora Sacre Scripturæ loca.

Ulma, apud Ge. Wilh. Kühn, 1711, 8. Pl. 13.

Max. Rev. Autor in ipso titulo profitetur, se, collatis præcipuis versionibus & præstantissimorum veterum pariter recentiorumque commentariis, in cujusvis loci sensum genuinum pie ac libere inquisiturum. Postquam igitur *Exercit. I* locum *Genes. II, 17* exposuisset illustrassetque, *Exercit. II* convertit se ad *Genes. III, 12, 13*. Ubi nova ratione, solum, uti fatetur, Seb. Schmidium consentientem habens, docet, illic tradi ingenuam Adami & Evæ confes-

sionem lapsus: eosque refutat, qui ex hisce verbis Adamum
 hypocriteos, temerariæ excusationis & blasphemæ ipsius
 DEI inculpationis accusare solent. *Exerc. III ad Esai. LXI,*
 3 demonstrare nititur, Filium DEI hic loquentem induci,
 & consilium agitantem de restitutione generis humani.
Exercit. IV ad Genes. IV, 1 Lutheri versionem approbans,
 porro contendit, Evam neque circa subjectum errasse, ne-
 que circa nativitatis circumstantiam de matre Messia in-
 nupta, sed integram fidei confessionem de Christo edidisse.
 Dicens enim: *Possideo virum Dominum*, bene noverat, (ex
 nostri quidem Autoris sententia,) filium hunc suum non esse
 Messiam: attamen quia vidit, per hunc primogenitum
 impletionem Protevangelii jam exordia quasi quædam sum-
 mere, seque eum habere, ex cujus lumbis aliquando esset o-
 riturus Messias: hinc ex desiderio fidei plenissimo de filio
 suo dicit, quod utique sciebat de Messia solo intelligendum
 esse. Eva igitur, Cl. Autore iudice, erravit duntaxat in re-
 motiore illa circumstantia, quod ex Caini posteris Messiam
 nascendum putavit. Eodem sensu *p. 75* exponit Lamechi
 orationem *Genes. V, 29. Exercitatio V* dicata est elucidatio-
 ni verborum Petri *Actor. II, 25-31. Exercit. VI* de Evangelio
 Paradisiaco agitur ad *Genes. III, 15. Exercit. VII* versatur in
Psal. VIII, 2, ubi latebent prophetiam de Messia regno in N.
 T. contendit. *Octava* ad *Levit. XVIII, 18* pugnat, hic lo-
 ci diserte prohiberi polygamiam. Ubi & defendit, eam
 juri naturali adversam esse, non obstante divina circa Patri-
 archas dispensatione. Judicat enim, præcepta, quæ ad pri-
 mam pertinent Decalogi tabulam, esse indispensabilia: cir-
 ca secundæ autem tabulæ præcepta supremo Numini, non
 item homini ulli, integrum esse dispensare. Hic, quod at-
 tinet ad opinionem de polygamia jure naturæ prohibita,
 obiter notamus, eam omnium cordatiorum Philosopho-
 rum, ad quorum forum hæc quæstio pertinet, consensu ho-
 die destitui, quin etiam multorum Theologorum, quibus
 pollicem premit Cl. Hochstetterus in Collegio Pufendor-
 fiano non ita pridem edito *Exerc. IX §. 12. Exerc. IX ad*
Matth.

Matth. I, 19 statuit, Josephum scivisse, Mariam ex Spiritu S. esse gravidam, adeoque voluisse eam dimittere, quod nefas putaret, uxorem habere eam, ex qua nasceretur DEI Filius, & hactenus eum *justum* dici ac fuisse. *Exerc. X ad Matth. XXVII, 5 & Act. I, 18* de morte Judæ proditoris disputat. Videtur ipsi Judas in locum solitarium secessisse, & linteum vel laqueum collo circum dedisse, factoque in cer vice nodo, manibus propriis hinc inde traxisse, donec spiritum intercluserit: unde consecutum esse, ut suffocatus fieret *πενθῆς*, id est, pronus concideret in terram. *Er ist/ inquit, um und zur Erden nieder gesunken.*

A TREATISE OF THE THREE EVILS
of the last times &c.

i. e.

TRACTATUS DE TRIBUS MALIS ULTIMORUM temporum, bello, pestilentia & fame, naturalibus item & moralibus causis eorum, ut & sequenti adventu Antichristi ad mentem antiquissimorum Patrum.

Londini, apud R. Kr. o p l o c k, 1711, 8.

Pl. 16.

Patrum nobis sententiam de Antichristo, sed miris pietam ingenii coloribus, proponit Anonymus iste, majorem ei, quam vulgaris Protestantium sententia præfert, similitudinem veri conciliaturus. Cui si fides habenda, tanto minus par erat, e vestigiis Ecclesiæ antiquioris referre gradum & novam viam ingredi, quanto plures causæ, etiam si Anti-Christi exprobratio a Pontifice Romano removeatur, separationis nostræ relinquuntur, quantoque expressius Thessalonicenses Paulus ad *παράδοξον* ea ex parte ablegat 2 Ep. II, 5, 15. Ejus conservationem ut existimat, Patres ad consensum, quo inter se conspirant, adduxisse; ita ferre non potest, cæcos eos hoc in negotio videri viris clariss. Josepho Medo & Guilielmo Whiston, intelligentiam

L 11 3

my-

mysteriū hujus ad nostra tempora, scientiarum maximis incrementis nobilitata, reservatam esse ex Dan. XVI, 4 concludentibus. Contendit enim de scientiis, ad quas multæ magnæque per aliquot secula factæ accessiones, Mathematicis, Philosophicis & Philologicis sermonem Danieli non esse, de diviniore longe nostrisque adhuc ignota temporibus carenti, dein, ea ratio si valeat usquequaque, Apostolos quoque ipsos ad cæcorum sortem dejici, & ea, quæ suggessit Spiritus sanctus, sine sensu effutientium, alias enim non fuisse, quæ ad oracula divina intelligenda pertineant, invidiose subtracturos; verosimile fieri, numeros antiquiorem Ecclesiam tempusque vaticiniorum implendorum ignorasse, sed propterea tamen omnem illi cognitionem mysteriorum divinorum eripiendam non esse; altius sibi sapere visos recentiores, sed eventum plurimorum jactantiam gnaviter ebulisse. Ceterum peropportunam esse his temporibus translationem istam, colligit ex tot tantisque catervis Atheorum, Deistarum, Libertinorum, plures quotidie in partes suas trahentium, quas inter alias regiones cum primis Patriam ferre conqueritur. Vertitque itidem in rem suam, quod qui sacris nunc in Russia magna præest Patriarcha vicarius Jaworowsky libro de Antichristo 1704 edito (v. Act. Er. A. 1706 p. 92 sq.) eandem Patrum sententiam propugnavit, occasione prodigiosi infantis, qui Bagdati natus quibusdam suspicionem Antichristi in lucem prodeuntis injecerat, prout Autorem amicus, ab Russo nobili certior ea de re factus, edocuit. Imo & bellum Confœderatos inter & Suecos cum Turcis societatem coituros nescio quæ monstra parturire credit, causisque ferentis longius Turcas mansuetudinis divinæ ostensis, commonstrat, neque inter eos quæri Antichristum posse, quod voluit. Autor libri Anglici sub finem seculi præterlapsi eo de argumento editi. Hæc ex Præfatione excerpta Lectori dare visum est, ex qua & conjecturam de occasione errorum, in quos Vir cl. Whistonus prolapsus est, huc transcribi non invitus patietur. Mea sententia, inquit amicus Anonymi nostri, studium Apocalypicos Joannes in
 trans-

transversum egit Whistonum, cumque hodiernum calculum 1260 secutus animadverteret necessum esse, ut circa quartum quintumque seculum Ecclesia multum a veritate deflexerit, atque innovationes Romani coetus corruptelæque, prout eo trahuntur, prædictioni minus respondere viderentur, fieri potuit, ut Arrianam controversiam in subsidium vocaret & a constitutione doctrinæ orthodoxæ initia corrupti Ecclesiæ status repeteret.

Argumento vero huic de Antichristo præmisit Autor noster de bello, peste ac fame tractationem, ratus, ab his minoribus malis occipientem iram Numinis in longe illo gravissimo deflagraturam. De bello ita agit, ut doceat, peccato, quod *ἰνὸς θυμῶν ὀφθαλμῶν* Joannes vocat, puniendo illud adhiberi, certissimeque in extrema tempora sæviturum esse, atque ea quidem ratione, ut, quicquid terrarum est, ad excidium vastitatemque vocetur, quo pacto vaticiniis de exstirpando penitus impiorum grege surrogandisque in locum eorum iustis & justis prædicta eventum sortitura sum esse existimat. Locum erupturæ calamitatis in Europa terrisque Septentrioni subiectis investigat, similitudinemque illam inter & excidium Hierosolymitanum persecutus, quos intactos relictura sit homines & quomodo, nempe ut vitam potius quam alia quæcunque servent, ostendit. Consimilem in modum concepta sunt subsequentiæ de peste, quam docet *τῆ ἀλατονεῖα τῶ βίβ* ultimis temporibus maxime invaliduræ oppositum & conjunctum iri cum omni generis morbis, iis cumprimis, qui ab immodico calore ortum trahant, utpote ad coercendum animorum factum semper immixtis. Causas eorum alias ab ipsis astris atque anni temporum perturbatione arcessit, alias ab exhalationibus terrarum e sinu erumpentibus, omnesque conjunctim illud malorum genus investurum in impios, piis etiam hic nihil tale subeuntibus, declarat. Gemina sunt hæc de fame allata, quibus proinde prætermixtis ad palmariam de Antichristo quæstionem libet accedere.

Existimat igitur Anonymus noster, vocem Antichristi
stri-

strictius acceptam, cum Christo Servatori opponatur, hominem unicum denotare, sed liberiori significatione posse ad multos alios transferri. Posse ita sententias Pontificiorum & Protestantium secum consistere; illos enim in arctiores terminos vocem concludere, Patrum doctrinæ tenaces, sed in applicatione tamen ad Neronem verbi causa vel Julianum rei fati minime facientes, hos ea liberius uti ad coetum hominum Antichristo dantium operam designandum. Antichristum nempe corpus, perinde ut Christum, quem ille imitaturus sit omnibus modis, habere mysticum, idque in Romana Ecclesia inveniri, sed non sola, membris ejusdem & Protestantium in coetibus ingenti numero sua se impietate ubique prodentibus, ipsum autem unicum hominem fore. Patere id ex Scriptura Sacra, inditis Antichristo appellationibus in illam nos sententiam vel inuitos trahente, cujusmodi sunt ὁ αντίχριστος, ὁ ἀνθρώπος τῆς ἀμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆ δόξης, ὁ ἀσηκείμωτος &c. Clarissimum vero locum esse Joh. V, 43, ubi ad Judæos Christus; *veni ego, inquit, in nomine Patris mei, neque me recipitis, quod si alius venerit in nomine suo, eum recipietis.* Eventura enim olim sub Antichristi tempora Servatorem hic canere, neque aliud persuadere particulam *ἐὰν*, dubii nonnullis & incertitudinis indicem visam; eo vero admissio, luculentam ἀντιθεσιν inter voces ἐγὼ & ἄλλος, ἐν τῷ ὀνόματι τῆ πατρὸς & ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, quænam sententia verior, perplexum neminem relinquare; insuper ab nulla societate vel civili vel Ecclesiastica, nedum a Pontifice Romano, gentis restaurationem suæ expectasse Judæos, alia omnia de Messia, quem opperuntur, sentientes, argumentoque esse idcirco, prædictionem Christi necdum exitum habuisse. Momentum haud trahere, quæ contra objiciantur: Paulum & Johannem suis jam temporibus conquestos de Antichristi ἐνεργεία ad spiritum Antichristi respexisse, decem vero cornuum bestie quartæ interpretationem apud Danielem cap. VII nihil cogere, ut parvo cornu inter cetera enato, quo Antichristus significatur, unicum hominem designari negemus; posse enim

nim

temporum, quibus Antichristus sit compariturus. Ex istis (nam nostrum non est recensionem longiorem digressionibus multis in infinitum extendere) iudicium ferent, quorum interest, quantum inde metuendum periculi vulgari de Antichristo sententia. Monendum ad hæc, Homiliam Ephrem Syri de Antichristo Anglice versam stipatamque notis ad ipsum limen tractationis esse appositam, quod eandem ille, quam Auctor noster, sententiam de Antichristo tueatur.

LAMBERTI BOS ELLIPSES GRÆCÆ, sive de vocibus, quæ in sermone Græco per ellipsin supprimuntur. Editio secunda quibusdam in locis aucta.

Frankeræ, apud Wibium Bleck, 1712, 12.

Constat plag. dimid. 32½

Ellipsis Græcæ mysterium, quod celeberrimus Auctor anno MDCCII publicæ luci exposuit, in Actis ejusdem Anni p. 183 recensuimus, operamque in explanandis curatius Novi Fœderis Pandectis & Scriptorum Græcorum placitis collocatam abunde cognovimus. In secunda hac editione quædam addidit, mutavit, correxit, quæ in prioribus omissa aut minus accurate dicta videbantur; unde ea, quæ præeunte Nostro ad dicta Scripturæ Luc. IV, 33, Matth. xxxii, 14, Luc. XIII, 9 citato loco notaveramus, non amplius comparere, alia tamen exempla passim superaddita esse animadvertimus, ut de appendice primæ editionis in ordinem nunc redacta nihil dicamus. Denuo videlicet observat Cl. Au-

P. 24

tor, accusativum in voce *βουθείας* post τὸ *ἐπαρκεῖν* τιν nonnunquam deesse; quem in finem ex sacris I Timoth. V, 10 *εἰ θλιβομένοις ἐπήκεισεν*, atque ex profanis Theocr. Idyll. XXVI *ἐπαρκεῖν τέκνοις* allegat. Apud Lucam in Actis Apost. I, 7 *ἔχ' ὑμῶν ἐσι γίνωναι* &c. *ἔργον* deficere, apud Ælianum vero integre occurrere ait. In phrasi *ἐργον* *ἐαυτοῦ* supplet *κλίην*, & ex Act. Apost. IX, 34 *ἐργον* *ἐαυτοῦ* exemplum præbet. Substantivum *μέλι*, *μελι*

53

74

βίον,

δρυμ, in adjectivo subinde abesse firmat, ut in Epist. ad Heb. XII, 13, *ἴνα μὴ τὸ χλωρὸν ἐκτραπῆ* scil. *μὴ λυθῆ*, *ne claudum* (membrum corporis) *luxetur*. *Χρῶμα* etiam subintelligendum existimat in τὸ μέλας, quando substantive sumitur pro *atramento*, ut 2 Corinth. III, 3, *ἐγγεγραμμένη ἔσται μέλανι*, &c. 2 Johann. v. 12, *διὰ χάριτος καὶ μέλας*. Porro plurium vocum ellipsin in oratione quadam deprehendi ostendit, & idcirco ad testem Lucam provocat cap. IX, 13: *Δότι αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ ἤ εἶπον· οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ δύο ἰχθύες, εἰ μὴ ἢ πορεύσιντες &c.* Ubi ante *εἰ μὴ* requiri dicit *ἔσται δυνατόν ἐστι*, vel *ἔσται δυνάμεισα*, hoc sensu; *Date vos ipsis edere: Illi vero dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes & duo pisces.* (Facere hoc non possumus) *nisi profecti aliquo emamus &c.* Sic Marc. XI, 32 *εἰ ἀνθρώπων*. *Ἐξ ἀνθρώπων*. *ἰφοβῆντο λαόν*, ubi post illa *ἔξ ἀνθρώπων* membrum posterius deesse arbitratur, scil. *κακῶς ἔξει*, vel *τί γνήσεται ἡμῖν*, vel simile. Postremo monemus, hunc libellum cum multis suis additamentis & observationibus brevi apud nos editurum Virum Cl. Christianum Schœttgenium.

EXCERPTA E DIARII VENETI TOMO X
 Anni 1712 Artic. III, de quibusdam libris de
 Epidemia boum, nuper in Italia
 vulgatis.

Cum in Actis nupero M. Martio anni 1713 de Clariss. Virorum, Ramazzini & Michelotti, Libellis de contagiosa boum epidemia, quæ hætenus in Italia regnavit, dictum sit, hoc loco tres alios quoque addere operæ pretium duximus, fide quidem Diarii Veneti, cum ipsi ad nos libri nondum fuerint allati.

TESORO DI VARI SEGRETI, E RIMEDI
 provati contra il malo contagioso de' buoi &c.

i. e.

M m m 2

THE

THESAURUS VARIORUM SECRETO-
rum & remediumum, contra malum contagiosum bo-
um probatorum, una cum duabus Dissertationibus &
Epistola Medicorum celeberrimorum de Morbis inter-
nis & externis, eorundemque curatione; & Appendice
multarum observationum circa pestem, seu contagium,
homines afficiens; circa morbos equorum, aliosque af-
fectus corporis humani, & tandem circa morbum
Gallicum factarum.

Venetis, apud Hier. Albrizzi, 1712, 8.

Quemadmodum autem hoc in Thesauro varia de variis morbis traduntur, ita ea solum referemus, quæ de bono contagio memoranda sunt, reliqua recensaturi, quamprimum ad nostras manus liber ipse pervenerit. Commemoranda igitur ex hoc venit *I Dissertatio D. Francisci Fantasti, Medici Veronensis*, quæ primo loco legitur, de febre scilicet contagiosa, qua in Veronensi agro & tota fere Veneta Ditione boves solum & juvencas exercuit, & exercet. Inter phaenomena in bobus hisce observata inter alia commemorat, quosdam sanguinem minxisse, huncque circa cor magis fluidum, raro coagulatum, cordis vero ventriculos eodem semper vacuos extitisse. In capite cerebrum in quibusdam defecisse, vel occupatum humore foetidissimo, & quasi apostemate, medullam quoque ossium & cornuum arefactam vel consumptam fuisse. Causam in divinum quid, quod in morbis latere solet, rejicit, venenum tamen in eo consistere putat, quod ad putredinem & corruptionem humores disponat. In Cura venæ sectionem rejicit, nullius usus eam conjiciens, ubi sanguis & spiritus sunt corrupti, scarificationes nihilominus commendat, utpote quæ humores foras eliciunt, eorumque motui aliam determinationem conciliant. Laudat porro trepanationem cornuum ad medullam usque & setaceum auribus & collo circa pectus applicandum. Ex Pharmacia sequentem non inutilem putat fore formulam: *Rec. Theriac. diatesseron, unc. ij. diascord. Fra-*

castor.unc.j.ChinaChina pulver.unc.ij. M.omnia invicem & exhibe cum libr. iij. defecatorum succorum anagallidis aquaticæ,nasturtii aquatici, cochleariæ, vel similium herbarum scorbuticarum. Si iisdem succis addatur libra I vini albi generosi, eo efficacius fore deprædicat remedium;quod reiterandum erit per tres vices, senſel ſcilicet in die.

LETTERA SCRITTA AL SIG. ANTONIO Vallisneri, &c.

i.e.

D. JOH. BAPTISTÆ MAZINI, MEDICI Bresciensis, Epistola ad Antonium Vallisnerium de presente Epidemia contagiosa boum dittonis Brixiana, die 11 Novembris 1711

data.

Hic in bobus quibusdam observasse se dicit materiam quandam mucosam continuo ex naribus exstillantem, oculosque lacrymas fundentes, quorum anguli postquam cum vino salviato fuerant loti, vermes extra prodierunt inter se invicem contorti, instar glomeris filorum; capita interim eos non prona versus terram, sed in altum porrecta gestasse. Causam in infaustos planetarum positus & malam anni constitutionem rejicit, quæ insensibilem transpirationem suppressit, & ad recipiendum veneni fomitem corpus disposuit. Iade in Cura omnia illa conducere ait, quæ transpirationem liberiore reddere, & venenoso miasmati fati resistere possunt. Suadet hinc decoctum lentium, scorzonæ, gentianæ, pentaphylli, contrayervæ, imperatoriæ, scordii, angelicæ, vinum album admiscendo. Addit his folia cardui benedicti, melissæ, nitrum purissimum, & theriacam veterem. Colatura hujus quotidie mane bobus calide est propinanda, iique bene contegendi, & bis fricandi, stabula vero baccis lauri & juniperi sunt fumiganda. Naribus interim bis de die injiciendum venit vinum nigrum cum foliis nicotianæ & sulphure vivo medicatum.

M m 3

catum.

tum. Aliud decoctum bono cum successu mane & vesperi datam fuit ex salvia, petroselino, foniculo, rosmarino, sempervivo, majorana, melle & sale cum vino albo & aceto forti paratum. Tenebantur interim boves capite inclinato, & ore per baculum transversum immissum aperto, ut saliva profluat; imo lingua eodem cum decocto sedulo fuit fricata. Ad linguæ fissuram & materiæ foetentis profluxum adhibita fuit frictio cum aceto forti, sale, absinthio, & allio, in qua mistura lintea fuerunt iuncta.

ORIGINE, PRESERVATIVO, E RIMEDIO del corrente contagio pestilenziale del bue,

i. e.

DE ORIGINE, PRÆSERVATIONE, ET remedio presentis contagii pestilentialis inter boves grassantis, Autore D. JOSEPHO GAZOLA, Veronensi, Medico Casareo, & Promotore Academiae Aletophilorum.

Veronæ, apud Fratres Merli, 1712, 4.

AUtor hic eandem, quoad mali originem, cum Ramazino fovet sententiam, illos irridens, qui ab infausto siderum influxu eandem deducere malunt. In Cura alcalia commendat, cum malum ipsum ab acido volatili ortum existimet; in specie vero zedoariam, scordium, dictamnium Creticum, in vino generoso, vase bene clauso, per paucum tempus bullite, eoque spongiam imprægnare & nares cum palato & lingua probe fricare jubet; & si forsan hæ partes sauciata fuerint, easdem bombace Elyxiri suo antipestilentiali, ex myrrha, aloë & balsamo Peruviano per spiritum vini rectificatum extracto, imprægnata fovet. Quod etiam Elyxir cum spiritu vini camphorato mixtum pro stomacho confortando infundi potest. Ex dietetico fonte jusculum, vel modo commemoratum decoctum, vel aqua cum farina fru-

frumenti vel milii aut cum furfuribus & sole miscendum, propinari jubet. Pabulum vero sit foetum optimum, vel folia vitis, fraxini, &c. Pro preservatione in pagis sepius hinc inde recens lignum juniperi, ramos lauri, cypressi, pini, laricis, abietis, &c. accendi vult. In stabulis vero pix navalis ardeat, vel suffumigium fiat ex baccis juniperi, myrti, lauri, &c. vel ex pastillis ex pulvere pyrio, succino, sulphure, cum paucis guttis styracis liquidæ vel pice navali paratis. De cetero munditiei ubique opera est danda. Mortuorum caput, pedes & cauda concremari, corium præparari, interranea vero profunde satis sub fimo sepefiri debent, cui affundenda aqua bulliens, calx viva aspergenda, aliusque firmus superimponendus est.

ISTORIA DELL' EPIDEMIA DE' BUOL,
accaduta l' Anno 1711.

l.c.

HISTORIA EPIDEMIE, BOVES ANNO
1711 infestantis, cum examine causarum, re-
mediis, & modo preservandi sanos
boves.

Venetis, apud Petrum Orlandi, g.

Continet hic liber 1. *Relationem de morbis boum in pago Sermeolensi ab Antonio Maria Borromeo, Jo. Maria Lancisio exhibitam; 2. Epistolam ejusdem Borromei ad Amicum datam, in qua suam fert de origine, remediis & preservatione boum sententiam; 3. Epistolam Lancisii ad Borromeum exaratam, in qua hoc argumentum uberius discutit.* In epistola prima describit Reverend. Borromeus historiam, quæ inter boves, qui in stabulo pagi Sermeolensis, qui fratri suo pariet, contigit, a nobis ex Clariss. Ramazzini in Actis l.c. communicatam. Inter phaenomena alia recenset, sanguinem ex aure ægroti bovis extractum, dum in terram decidit, & coagulatus fuerat, continuasse quasdam particulas,

las, instar stellarum minorum micantes, quas alias conchas minorum piscium, a Patavinis Scardolæ dictorum, referre solent; easque salia esse existimat, primum unita, dein a sanguine separata. Tubercula, variolas referentia, & alios viscerum status p.n. non pro causa sed effectu morbi habet, cum, qui cito interierunt boves, viscera integra obtinuerint. Medicamenta interna, quæcunque etiam fuerint adhibita, nihil profecisse asseverat, boves vero, qui in vita servati fuerunt, in cute pustulas quasdam recepisse, viscidum & sanguinolentum ichorem continuo plorantes. Tandem concludit, febrem fuisse acutam, quæ animalia hæc divexavit, cum dissolutione manifesta sanguinis, siquidem salia acida, impura, activa, nitrosa, aluminosa, variæque figuræ ab aere, aquis & pascuis hausta, fuerunt communicata. In Epistola secunda rationes reddit, ob quas in veram causam hujus morbi inquirere difficile sit, morbumque non tam pestem quam febrem pestilentialem epidemicam & contagiosam vocat. Veram ætiologiam traditurus atmosphæram accusat humidam, jungendo huic salia acria & volatilia, ex terra multis succis mineralibus imprægnata exhalantia, vel a sole exaltata. Quoad Curam duas format *Indicationes*, quarum 1) febris sedanda, 2) malignitas salium refrænanda est. A purgantibus abhorret; venæ sectionem concedit in principio morbi, in plethora, & in bobus alias robustis & sanguineis. Nec approbat febrifuga, nec emetica, nec suffumigia, nec cephalica, nec id genus alia, utpote quæ motum humorum accelerant, & oleum igni affundunt. Jubet potius, primis mali signis apparentibus bovem ab aliorum consortio segregare, ruptisque in ore & faucibus pustulis vel tumoribus, clyisma eidem emolliens injicere, cujus effectus si fuerit frustratus, bos interim bene saginatus, in os infundere medicamentum leniens ex casia, & tartaro crudo in calido jusculo vel aqua cichorei soluto; sin animal non saginatum fuerit, sanguinem evacuare, & primo strigile, hinc manu oleo amygdalarum dulcium imbuta fricare illud, inde setaceum, mediante hellebori radice, in collo excitare,

istum in Italiam traductum, venenosumque fermentum per os, per nares, & ubicunque pori patent, sanis communicatum. fuisse, hocque naturam habuisse acrem, mordacem, corrosivam, activam, pro partium diversitate, quibus adhaesit, varia symptomata patrantem, putat. Pro Cura & praeservatione paucum sed bonum alimentum bobus praebere, sanos aequae ac infirmos circa nares, linguam & palatum cum mixtura ex aceto, allio, sulphure, sale, salvia, baccis juniperi & oleo communi inungere jubet. Venae sectionem vero, purgantia & alia medicamenta violenter operantia rejicit. Cauteria in simul, vel setacea, vel vesicatoria etiam atque etiam commendat, non solum collo, sed etiam coxis, & scapulis applicanda, idque quamprimum infirmus fieri observetur bos.

De cetero plura adhuc in Diar. cit. leguntur e MSptis deprompta, quae cum nihil, Praxin quod spectet, suppeditent, sed ad historiam imprimis morbi hujus in Italia graefantis spectent, sicco pede praeterimus.

EXPERIMENTUM COAGULATIONIS

extraordinaria ex Diarii Trevoltiensis Anni 1711

Articulo 174 pag. 2120 excerptum.

CL. Matte, Demonstrator Chymiae Regius Monte pefulano, singularem observavit coagulationem, quam breviter hic describi consultum duximus. In pulverem scilicet redegit materiam, quae post destillationem subitam volatilis salis Ammoniaci cum calce factam in cornu restat, & in aqua limpida ad ignem ebullire curavit duarum circiter horarum spatio. Hanc aquam postea filtravit & aliquam ejus quantitatem evaporari passus est, donec superior superficies pelliculam contraheret. Tum ejus drachmas duas miscuit totidem drachmis olei tartari per deliquium vitro infusus, & exiguo temporis intervallo ad eam consistentiam redacta est mixtura, ut globulos inde conficere liceret

ceret, sine damno in tabula huc illucque devolvendos. Affuso spiritu nitri, liquor salis ammoniaci pristinam recuperavit fluiditatem, affuso oleo tartari per deliquium denuo sublatam.

COMMENTATIO HISTORICA DE CORONIS, tam antiquis, quam modernis usque regis: speciatim de origine & fatis sacrae Angelicae & Apostolicae regni Hungariae corona, cum figuris aeneis; Autore
MARTINO SCHMEIZEL.

Jenae, apud Jo. Martinum Gollnerum, 1712, 4.

Alph. 1 pl. 7.

Commentatio hæc de coronis duas continet partes, quarum prior coronas tam antiquas, quam recentes easque regias; posterior vero sacram, Angelicam & Apostolicam coronam regni Hungariæ tractat. Primam originem coronarum Autor ducit a veterum consuetudine, qua soliti fuerunt in conviviis capita strophæ circumdare, quibus vinculis succedente tempore varia accesserunt. Ipsiæ coronæ variæ fuerunt, pro varia & diversa quippe temporum facie. Sic aliæ erant veteribus tempore pacis, cæque partim lætitiæ, ut convivales, virginales, amatoriz, nuptiales &c. partim sacrae honoris & virtutis: aliæ tempore belli, quales sunt notæ civica, castrensis, muralis, ob- sidionalis, ovalis & triumphalis. Quod modernas regias at- tinet, eas primum locum inter insignia Regum ideo obtinere existimat, quia Rex sit velut caput populi, ob cuius dignitatem præ reliquis corporis partibus, etiam ornamento illi, quo caput Regis ornatur, major autoritas & splendor, quam aliis accesserit. Harum quoque diversa sunt genera, ut aliæ fuerint Regibus præscorum temporum, alias recentiores Europæ Imperatores & Reges usurpent. Inter coronas præscorum Regum maxime Sauli Regis Ammonitarum & Davidis Israelitarum notantur, quarum co-

- p. 151
 158
 164
 167
 168
 170
 180
 182
 197
- ronæ capitis ornamentum videntur, in illius tegumentum ex auro compositum. De Regibus Ægyptiis observat, quod illis non unum capitis insigne usurpatum fuerit, sed modo Diadema, modo duplex Diadema, modo Cidaris aut Tiara cum diademate, modo nunc leonis, nunc tauri, aut draconis efficti imago. Quod Saulus in proelio cum Philistæis corona fuerit conspicuus, exinde patet, quod non tantum ista insignia continuo usui destinaverint, sed ipsi reges quoque post Saulum illis tempore belli usi sint. In ~~introductione~~ *introductione de modernorum Europæ Regum coronis in istarum usum, cur tantum diebus solennibus & pompis introductus sit, primum inquiritur. Quod ex peculiari inaugurandi Reges ratione evenit, quæ quum tempore Imperatoris Justinii minoris sacris ceremoniis peracta fuit, factum est, ut coronæ quoque a vulgari usu removerentur. Priori autem tempore Reges omnes usi fuere coronis a parte superiori apertis, quos quidem nunc clausas introductas esse cognoscimus. Inter tres Imperatoris Romano-Germanici coronas prima fuit Romana, sic dicta, quod Imperatores more olim observato, Romæ per manus Pontificis Romani ea sint coronati, quæve jam tempore Ludovici Pii nota erat, adeoque minus a Caroli V temporibus petenda. Secunda est Germanica, quæ nec ex ferro, nec argento, sed auro conflata, XIV librarum gravi pondere, videtur esse illa Caroli M. qua Ludovicum coronari voluit. Tertia est Lombardica de regno Italiæ, qua olim Imperator Mediolani in Lombardia Rex Italiæ renunciatus est, æque ac superiores ex auro constans, Corona Danica clausa hoc ab aliis differt, quod interius mitra ex rubro holoserico sit suffulta. In Rudolphi Imperatoris corona, ut vocatur, domestica unio notatur pyri muscatellini magnitudine, qui emtus sit triginta millibus aureorum, cum ipsa corona integra aliquot centenis aureorum millibus constet. Triplicem Pontificis Romani coronam quod attinet, plurimi ejus ortum ad Clodovzum Franciæ Regem referunt, qui coronam ipsi ab Anastasio dono datam Symmacho, aut secundum alios Horsmidz Pa-*

pa, aut ut Hincmarus loquitur, Beato Petro miserit. Post-
 hac alteram Bonifacius VIII adjecit, & tertiam Benedictus
 XII, postquam celebrem de visione beatifica quaestionem
 decidisset sententia lata. Num in frontali ejus olim aure- p. 199.
 is litteris inscriptum fuerit nomen MYSTERIUM, post ea
 vero JULII, in utramq; partem disputatur, nec Autor eam
 controversiam curatius examinare sustinet. Pileus Car- 201.
 dinalitius, qui purpureus est, cum dependentibus nodulis
 fimbriatis, primum ab Innocentio IV in concilio Lugdu-
 nenfi A. C. 1245 creatis XII Cardinalibus concessus fuit.
 A quo pileo ille, qui in Italia Archiepiscopis in usu est, non 203.
 nisi colore differt, licet in Germania loco eorum pileorum
 mitræ vel tiaz, quæ & infulæ vocantur, receptæ sint. Hoc
 argumento de coronis in genere & in specie de coronis
 modernorum Regum doctè satis absoluto, transit Clari-
 sissimus Autor ad originem & fata sacræ, Angelicæ & Apo-
 stolicæ regni Hungariæ coronæ. Hæc corona, quæ præ se
 fert imagines crucis & Apostolorum a Pontifice Romano,
 Angelo præmonente, S. Stephano primo Hungarorum Re-
 gi christiano missa fuit, sive is sit Bonifacius VIII, sive Bene-
 dictus VII, sive Gregorius V. De ejus materia & forma, item
 loco custodiæ, fati ejus præcipuis, jure & prætensionibus
 Pontificis Romani in regnum Hungariæ plura Autor adno-
 tavit, quæ vel carptim recensere superfedemus. Ceterum
 sub finem additus est index earum rerum, quæ notabiliores
 occurrunt. Ipse Autor ordinem sat elegantem sequitur,
 nec ipsum argumentum perfunctorie tractat, quum, quæ
 proponit, semper locupletibus testibus firmare annitatur.
 Nec parum lucis adferunt figuræ singularum coronarum,
 quas subjecit, quæ earum formas clarius representant.

MEMOIRS PART III.

i. e.

*GUILIELMI TEMPLII COMMENTARIO-
 rum Pars III, edita a JONATHANE*

SWIFT.

N n 3

Lon-

Londini, apud Benj. Tooke, 1709, 8.

pl. 15.

Tertia hac Commentariorum, Illustrissimi quondam Anglorum Regis ad Fœderati Belgii Ordines legati, multis magnisque in Rem publicam æque ac Literariam meritis inclyti, vitam, ac res gestas complectentium, Parte continentur, quæ ab anno 1679, Pacis Noviomagensis conciliatione insigni, usque ad annum 1681, quo Guilelmus Temple publicis negotiis nuntium mittere cepit, in aula Anglicana acciderunt. In Præfatione autem Cl. Swift monet, Illustrissimum Templum in exponendis Angliæ præcerum, Reipublicæ negotia tractantium, vitiis virtutibusque magna libertate usum esse, atque arctissimam amicitiam cum Comitibus Sunderlandiis, Patre ac filio, itemque Ruffensi & Godolphino, etiamnum superstætitibus, quorum immortalia tam in Britanniam, quam præpotentes Fœderatos, bello Gallo-Hispanico hodieque implicatos, merita pro eo ac par est, hac occasione prædicat, constanter coluisse. Deinde non dissimulat, unum alterumque in hisce Commentariis reprehendi. Ac primo quidem multi ægre tulerunt, celeberrimum Autorem laudum suarum præconem persæpe fuisse. Alterum vero, quod desiderant, nimium atque immoderatum in linguam Gallicanam, cujus non modo voces plurimas, sed etiam peculiarios & Anglorum auribus graves loquutiones, Anglice verbotenus redditas, usurpavit, studium, & Gallicismorum quædam affectatio præpostera esse videtur. Ad quæ respondet doctissimus Editor, hujusmodi Criticos Commentariorum indolem ac naturam non recte dignoscere aut dijudicare. Quum autem id librorum genus Gallis originem suam debeat, Auctoresque principem plerumque locum & personam in iis tueantur, Templum, horum vestigia sequutum, crebriorem sui rerumque a se gestarum mentionem non potuisse non injicere, affirmat. Etenim splendidissimo Conciliatoris pacis, Gallum inter & Batavos, horumque fœderatos redint-

dintegrandæ, quem *Mediatorem* vocant, munere cum Lionello Jenkinſio, Anglorum Regis nomine, Noviomagi perfunctus, graviffima, quorum hiftoriam confignavit, negotia ipſe moderatus eſt, omnium arcanorum particeps factus. Ad ſtilum vero quod attinet, qui Gallorum vocibus atque *idiotifmis* abundare dicitur, Cl. Editor hos vitio vertendos Templio non eſſe contendit, propterea quod in Pacis Noviomagenſis negotio omnia, tam dicta, quam ſcripta, Gallorum ſermone prolata fuerint, atque Illuſtriſſimus Autor in variis legationibus, quas obierit, eodem ſemper uſus, notitiam ejus ad eò familiarem ſibi reddiderit, ut ſine ulla affectatione ſingulares quaſdam gentis illius dictiones, quæ Anglice commodum exprimi non poterant, retinuerit juxta atque adoptaverit. Quibus præſtructis, Præfatione extrema doctiſſimus Swift ſubjungit, hanc Commentariorum Templianorum Partem in Tomo I ab ipſo Autore dudum in lucem emiſſo *tertiam* diſerte vocari, quamvis *ſecunda* ad hunc uſque diem deſideretur. Inſtitutum autem mutaffe, ac loco Partis ſecundæ Commentariorum, Epiftolas, durante legatione Hagiænſi & Aquisgranenſi ſcriptas, non niſi poſt mortem ejus publici juris fieri juſſiſſe, fertur. De quibus, ſuperiori demum anno in Anglia tribus Voluminibus excuſis, cum nuper admodum ad nos allatæ ſint, in Actis ipſis propediem dicemus. Ultimo tandem loco Cl. Editor Templii orationem, in Curia inferiori habitam, ac Caroli II: Regis ad hujus literas ſupplices reſponſionem, quarum in Commentariis ſemel iterumque Autor meminit, *Appendicis* titulo ſubjunxit.

Argumentum vero libelli breviffimis indicaturi, a copioſiore rerum in eo contentarum enumeratione nobis temperare poterimus. Illuſtriſſimus jitaque Templius civiliſſimum rerum pertaſus, ſimul ac ex Batavia in patriam rediit, altero poſt anno ab adminiſtrandæ Reipublicæ negotiis ultro ſe abdicavit, ac reliquum vitæ in otio tranſigere, e re ſua duxit. Per viginti enim annos Regi ſuo ſerviit, totoque hoc tempore inter maximas turbas, quibus Anglia, ab introdu-

cen-

cendis iterum Romanensium sacris post Caroli II mortem sibi metuens, vexabatur, Regi suo, ejusque Fratri, Jacobo II, regni heredi, fidem ac dexteritatem probavit, atque a Ducis de Monmouth & Asselarum consiliis machinationibusque, Ducem Eboracensem a successione prohibeturis, alienissimus fuit. Quæ vero ab iis hunc in finem gesta sunt, præcipuam Commentariorum partem constituunt, longoque ordine ab eo referuntur, & apud eundem ab harum rerum cupidis legi possunt. Omnia videlicet disidiis, simultatibus, odiis, atque inimicitiiis gliscebant, & qui Regis fratri contra naturalem ejus filium, Ducem de *Monmouth*, adharebant, ab Inferiore Curia, Carolo II subsidia pecuniaria pertinacissime denegante, Papismi suspitione onerabantur. Quos inter quum nomen suum profiteretur Autor noster, medias partes amplecti quodammodo, ac fortunæ eventum domi securus expectare, quam factionibus sese immiscere *maluit*. Conqueritur autem vehementer de Principum inconstantia, fortunæ injustitia, Ministrorum corruptione & malitia, Factionum metuenda vi, consiliorumque vehementia, & Amicorum perfidia, suæque gentis disidia *intestina ac dissensiones*, quæ Athenis, Romæ, Byzantio, Florentiæ, Germaniæ, Galliæque, interitum olim procurarint, eundemque Britanniæ de integro minentur, majorem in modum deplorat. Quamobrem Pythagoræ verbis libro finem impositurus, ait: magna cura ac studio enitendum, atque elaborandum homini esse, ut in omni vita sua infirmitatem corporis, perturbationem animi, luxuriam in cibo ac potu, factiones domesticas, ac seditiones denique civiles, fugiat atque aversetur. Cui sapientissimo monito ut morem gereret, domi se continere in posterum voluit, idque a Rege gratiose impetravit. *Es ille quidem plenus annis abiit, plenis honoribus, illis etiam, quos recusavit*, ut Plinii secundi verba, Epist.

I Lib. II. extantia, & a Cl. Swiftio in fronte libri memorata, huc transcribamus.

* * *

ACTORUM ERUDITORUM,

Qua Lipsia publicantur,
SUPPLEMENTA.

Tom. V Sect. XI.

MEMORIALS OF THE ENGLISH
Affairs, &c.

i. e.

*MONUMENTA RERUM ANGLICARUM IN-
de ab expeditione vulgo credita Bruti in hanc Insulam usque
ad finem regiminis Jacobi I, Autore BULSTRODO WHIT-
LOCK, magni Sigilli Anglicana Reipubl. quondam Commis-
sario, nunc ex proprio ejus MSC. publicata. Addita est vita
& scriptorum ejus notitia, Autore GUILIELMO PEN, Ar-
migero. Pennsylvania Gubernatore; & Prefatio JA-
COBI WELWOOD, M. D.*

Londini, apud J. Pemberton, 1709, fol.

Alph. 4.

DUdum est, quod Whitlockii hujus Monumenta re-
rum in Anglia ab initio regni Caroli I usque ad re-
stitutionem Caroli II gestarum in his Actis A. 1684
Mense Decembri p. 555 exhibuimus, quibus præfens accedit
opus, toti Historiæ Anglicanæ a fabulosis temporibus ad id
ævum, unde prius opus inceperat, pertendæ destinatum.
Parum vero de ipsius vita, quam Reipublicæ Anglicanæ sub
Cromwello summis negotiis administrandis, Custos quippe
magni ejus Reipublicæ sigilli cum aliis delectus, trivit, ex
Guilielmi Pen, qui hujus operis editionem curavit, præmis-
sa Introductione disces, nisi pauca quædam de singulari
Whitlockii moderatione, & qua in Suecia apud Regnam
Chri-

0 0 0

Christinam & Comitem Oxenstiernium legatione fungens floruit, summa exiſtimatione, hic ab eo commemorata excipias. Unum ex hac Introductione non prætereundum est, ſuſpicio nempe Penni, qua exiſtimat in Monumentis rerum ſub Carolo I & Cromwello geſtarum ab editoribus non pauca eſſe omiſſa, quæ magno uſui ac delectationi poterant eſſe Orbi erudito. Super eſſe vero inter ejus MſCta Tractatus, de Potestate Principum, præcipue in rebus Eccleſiaſticis, de Potestate & Praxi Parliamentorum, de ortu perſecutionis ob religionem, ac deniq; Epitomen Martyrologii inde ab O.C. eaq; ſi hoc opus ab eruditis benigne excipiat, ſimiliter in lucem editum iri, ex hac Introductione diſcimus. Quod ipſum opus attinet, id Welwoodus in breviffima Præf. cum Flori Epitome Hiſt. Romanæ confert, niſi quod Whitlockius ordinis chronologici ſtudioſa obſervatione Florum longe poſt ſe reliquerit. Orditur vero Noſter a fabuloſis inde temporibus, ne quid Hiſtoriæ Anglicanæ corpori deeſſe videatur, ſed mira brevitate omnia uſque ad Guilielmum Conquæſtorem perſequitur. Latius deinde ſe diſfundit ſub exacto annorum cujuſque Regis computo eventus memorabiles, & cum primis Leges rogatas, brevi ac perſpicua diſtione annotans, non prætermiſſa in recentioribus monumentorum, unde ſua deprompſit, imprimis documentorum Parlamenti & Turris Londinenſis, compendioſiſſima citatione. Ætati ſuæ proxima majori adhuc ſtudio & prolixitate enarrat, ita ut in Henrici VIII, Eliſabethæ, ac præfertim Jacobi I temporibus ne minuta quidem omittat, quibus quidem plurimum ſatiſfacit Lectorum curioſitati, qui, ut in Jacobi I temporibus ſubiſtamus, bigæ intimorum Jacobi amicorum, Comitum Somerſeteniſis & Ducis Buckinghameniſis, artificia flagitiaque ſatis aperte expoſita hic inveniunt, ac quomodo horum conſiliis obſecundans Jacobus ſubinde ſibi, Regno, exiſtimationique ſuæ miſere nocerit, Pontificiis que imprimis velificatus ſit, luculenter cognoscent. Ita non ineleganter obſervat Autor, Gondomorum, Regis Hiſpaniæ ad Jacobum I Legatum, jocoſe aliquando in literis ſuis muliebri imperium, quo Ducis Buck-

king-

kinghamensis Mater omnia moderabatur, perfrinxisse spem nempe sibi non levem esse conversionis Anglorum ad Ecclesiam Romanam: in eo enim statu jam versari res illius Regni, ut Matri plures oblationes precesque offerantur, quam Filio. Non minus lepidum est, quod memorat, Jacobum I A. 1621, cum inferioris Parliamenti Curiae Deputati duodecim ad eum accederent, nuptias Principis Walliae cum Hispana Principe disuasuri, bellumque adversus Imperatorem pro Palatino suscipiendum suasuri, duodecim fellas apportari iussisse, additis verbis: *En duodecim Reges ad me accedentes.* Eodem anno memorata Viri summi Franc. Baconi de Verulamio, magni Angliae Cancellarii, ruina, mirum tanti Viri characterem non ineleganter exponit: *Vere, inquit, hic Vir documentum fuit fragilitatis humanae, in quibusdam Viro superior, at in aliis semina quaedam inferior. Crimina objecta suere peculatus & argenti extorsio, qua fama ejus misere nocere & quod hinc extorserat, id inde profunderet. Servi ejus prodigalitate juvenili in pessima ruentes, e thesauro ipsius, quantum vellent, promere, ac ipse nimia cum illius familiaritate infamibus portam aperire sermonibus. In acquirendis divitiis Principem, in dispergendis prodigum retulis, mirumque tantum Heroem, qui quandoque ipsam rationem humanam divina ingenii vi superare visus sit, adeo in aliis infra rationis dictamen consistere potuisse, ut videris, hominem aeo isto eloquentiae gloria & sublimi dicendi genere pra omnibus florentem, subito eoque dejectum, ut supplicationibus favori Parium Regni humiliter adreperet, crimina confessus, veniamque demisse implorans.* Non minus curiosa sunt, quae de nuptiis inter Principem Walliae & Principem Hispanam, magno conatu miraue Jacobi Regis patientia quaesitis, tandemque frustratis, accurate annotavit, quae nunc nos mittimus, unam monentes, Indicem additum esse operi copiosum & satis accuratum.

CHARACTERISTICS OF MEN, MANNERS, OPINIONS, TIMES.

O O O Z

i. e.

MISCELLANEA AD CHARACTERES HO-
minum, Morum, Opinionum, Temporum spectantia.

Volumina III.

Londini, 1711, 8 maj.

Alph. 3.

NON nomen modo latere nos voluit, quisquis sit Au-
tor Operis hujus, sed mentem quoque suam per sepe
obscura, quamvis florida, dictione ita involvit, ut aliquoties
repetita lectione opus sit, si sensum assequi velis, nec forte
innocenti ab animo ipsius aliena immerito imputare. Tribus
vero Voluminibus absolvitur Opus, quæ diversis Tractati-
bus constant, nullo tamen vinculo inter se connexis, nisi styli
& opinionum similitudine. Primi Voluminis initium con-
stituit *A Letter concerning Enthusiasm to Mylord *** i. e.*
Epistola ad Virum Illustrem scripta de Enthusiasmo, quæ se-
paratim jam A. 1708 Anglicæ lingua, mox & in Gallicam
translata, publicam lucem adspexit. Occasionem scriptio-
nis hujus Autori e novellorum Prophetarum *Sevencensium*
rumoribus fuisse subnatam, satis, ni fallor, luculenter appa-
ret ex diversis ejus locis, quibus, quæ generatim asseruerat, ad
hos Vates singulariter applicantur, veluti p. 26, 27, 28-45,
46 &c. Quantum per epistolæ styli, qui systematicam tra-
ctationem respicere visus est Autori, obscuritatem divinare
licet, Enthusiasmus Nostro est omne *Dei* sive sublime in
affectibus humanis, quando mens propiore Dei numine vel
afflata vel afflari sibi visa, vel quocunque demum modo ve-
hementer commota, incalescit ac spiritus insolitos subito
capessit. Unde *παθος* ipsi est Enthusiasmi vocabulum, ut
nihil quicquam præclari vel heroici ab homine sine quadam
Enthusiasmi specie designari posse, diserte aliquoties asserat.
At præcipue tamen menti ejus, dum hæc scripsit, obversatus
esse videtur Enthusiasmus superstitiosus hominum divino
afflatu tangi sibi visorum, ac pro vera animi religione super-
stitionem amplexorum, cujus indolem, ac, quo per signa
cor-

corporis externa ad alios grassatur, contagium non ineleganter subinde depingit. Monet porro, id genus *in Divortio* *ζῶντων*, si prohibeas, si irascaris, si persecutione mortibusque cruentis in illud sævias, inflammarî magis ac in furorem agi, si toleres, rideas, false perstringas, ludibrio habeas, palam detecta infania rei sponte sua exolescere. Cujus tolerantiz exemplum visus est sibi Autor invenisse in S. C. Romano, Bachanaliiis, in quibus *viri cum fanatica jactatione corporis vaticinabantur*, invalescentibus opposito, apud Livium L. XXXIX C. XVIII. Remedium huic Enthusiasmo opponi vult Autor perpetuam compositæ mentis serenitatem hilaritatemque, quam *good Humour* vocat. Hoc enim, etsi hæctenus a divinarum rerum contemplatione exulare debere visum sit, unum esse clamat, quod animos, *terrore* veluti *panico* in rebus sacris percelli solitos, a pernicioso hinc stolidæ credulitatis, inde furiosæ ad persecutionem promptitudinis Enthusiasmo, (utrumque enim horum conferret,) intemeratos valeat conservare. Id argumentum prolixè persequitur Autor timidam ac cum enthusiasticis terroribus conjunctam circa *divina* versandi rationem ipsi Dei notioni, quæ supremam bonitatem innuat, detrahere, gravissime existimans, nihil vero ei convenire, nisi serenam hilaremque mentem, bonitatis hujus non tantum consciam, sed & reapse participem.

Sequitur Voluminis hujus Tractatus II, titulo hoc: *Sensus Communis, an Essay on the Freedom of wit and Humour &c.* h. e. *Tentamen de Libertate Ingenii & jocosa dictionis, Epistola ad amicum*, jam antea Londini A. 1709 Anglice & paulo post gallice typis expressus. Quatuor vero partes librum absolvunt, quarum prima usum scepticismi jocosum inter colloquia amicorum vel de rebus gravissimis copiose defendit, amissaque ejus libertate ingenii culturam præcipuam amitti conqueritur. Secunda minus veritati ab apertis hostibus, quam ab astutis ac malefidis amicis imminere periculum contendit, Hobbessioque, verbis causa, summa vi annitenti, ut persuadeat nobis, natura ho-

minem homini esse lupum, facile objici, unde igitur sit ista, qua ipse pro nobis occupetur, cura, quoque fructu, aut cujus commodi proprii respectu eam in se suscipiat. Magis prode- dere veritatem eos, qui solo mercedis intuitu virtutem vel urgeant, vel commendent. Qua occasione, quod monet, mirum profecto est, Heroicas virtutes, utpote privatam amicitiam, zelumve pro bono publico aut patria, ea de causa a præceptis Religionis Christianæ exulare, mereque in homi- ne Christiano esse voluntarias, ut tanto minus in eis exer- cendis vel suadendis valeret mercedis cujuscunque respe- ctus. Pars tertia demum, quid Titulus: *Sensus communis*, sibi velit, nobis pandit. Id enim vocabulum eodem sensu Noster accipit, quem habet Græcum κοινονημοσιν, quem significatum huic voci apud Juvenalem Sat. 3 v. 73 tribue- runt Casaubonus & Gatakerus, & Noster apud Horatium Sat. 3 L. I v. 66 & Sat. 4 v. 77 itidem vult obtinere. Qua occasione multa de amore publici commodi disserit, ac de- inde Parte quarta hinc jocosam quoque dictionem ejusque frequentiam & usum deducit, interspersis subinde non ineptis adversus Hobbesium & alios, virtutem unice ex priva- tis commodis æstimare solitos, disputationibus.

Tribus Partibus tertius Voluminis hujus constat Tractatus, quem *Soliloquy, or an Advice to an Author*, &c. h. e. *Soliloquium, sive Monita Autori publicis Scriptis apparituro data*, inscripsit. Parte prima, quam difficile sit officium monitoris, quod omnes sibi Autores assumunt, præfatus, monitum præcipuum Autori cuicunque dandum censet, ut, antequam cum aliis loqui publice in animum inducat, se- cum ipse privatim per *soliloquia* iterata colloquatur, seque ipsum velut dividere & rite cognoscere discat. Eam rem Poëmatibus, quæ admiramur, antiquis, eam Dialogis origi- nem dedisse, quibus sapientia olim solebat aliis communi- cari: nostro ævo nullum scriptionis genus Dialogis esse dif- ficilius, siquidem, ubi antiquorum genium imiteris, nimis a nostris moribus discedat scriptio, ubi nostro colloquendi modo eos conceperis, tum a ridicula rei absurditate unus- quis-

quisque abhorreat. Parte secunda, quæ futuro Autori externa vel a favore principum in Republ. Virorum, vel a severitate Criticorum, vel denique a communi vulgi sensu ad bene scribendum accedere possint adminicula, disquirit, ubi monet Autor, in libera Republica, vel eo saltem statu Reipublicæ, qui Mæcenatibus abundet, majorem ingeniorum esse feracitatem, ac bene scribendi libertatem, quam, ubi aliis Legibus constitutum est Corpus politicum. Criticam artem tantum abesse, ut obsit ingenii bonæque scriptionis cultura, ut eam optime moderetur, & nervos grata utilique libertate castiget, ubi eleganter perstringit *κισσοδοξίαν* modernorum, libros non tantum deproperatos protrudentium, sed & ita videri cupientium, quasi nihil in illis elaborandis passi sint unguis, longeq; recedentium ab antiquorum more, qui id gloria ducebant, pressos in plures annos tum demum niti libros. Ea arte factum esse, ut, quæ a pomposa & sublimi & affectata dictione cæperat, scribendi consuetudo, paulatim seposito cothurno gravisque ad magis naturalem simplicemque dicendi rationem descenderet, quod pereleganti deductione Noster demonstrat, ubique Comœdiam Tragediam, stylum simplicem & fluentem naturalis quadam facilitate affectato & pomposo posteriorem fuisse docens. Denique ostendit, communem vulgi sensum adeo non debere sectari Autorem, ut potius certum sit, si Autores meliorem inirent scribendi rationem, populi genium gustumque brevi feliciter emendatum iri. Parte tertia ostenditur, quantopere ab omni vulgari Philosophia exulet ista, quam suavit Autor, sui ipsius examinatio ac interior cognitio, quam tamen cum & in Scriptura S. obscure tantum alicubi innui, in reliquis vero Scripturam vulgaribus circa morum doctrinam præjudiciis, ac stupido cum primis præ omnibus aliis gentibus Judaicæ nationis genio se ipsam vel in ipsa morali doctrina accommodare contendit Noster, insignem sane nec facile excusandam nostræ Religionis, si quid nos judicamus, infert injuriam. Tum impedimenta & difficultatem hujusmodi Soliloquii examinat, necessi-

p. 281, 283.

tatem vero & usum in intelligendis ac rite describendis viribus affectuum, diversitatibus morum, characteribus hominum & veritatibus rerum demonstrat, majori prolixitate, quam ut ea omnia hic sigillatim persequi liceat.

Volumine II duo Tractatus continentur, primus titulum gerens: *An Inquiry concerning Virtue or Merit, h. e. Scrutinium verae Virtutis & Meriti*, Libris duobus. Tractatus totius scopum ipse Autor ita delineat, propositum sibi esse, ut inquirat, quid Honestas & Virtus in se ipsis consideratae sint, & quem in eas Religio habeat influxum? porro in quantum Religio virtutem necessario involvat, & num verum sit, quod vulgo dicitur, possibile haud esse, ut Atheus verae virtutis vel honestatis vel meriti sit capax? Itaq; variis hominum opinionibus enarratis, quae eos vel Deistas demonstrant, vel Atheos, vel Polytheistas, vel Dæmonistas, (ita Autori visum est eos appellare, qui mentem τὰ ἄλλα δεικνύειν credant, sed non via optima, verum ex arbitrio mere indetermiuato,) tum in ipsam bonitatis naturam inquirat, eamque nisi in sociali statu, qua res quaecunque non sibi soli sit, sed partem systematis constituat, ne concipi quidem posse docet. Virtutem igitur veram in *justa, Creatura rationalis διαθήσει & proportionata affectione adversus Justis & Injustis objecta moralia* consistere existimans, tribus viis Hominem virtutis incapacem reddi existimat, vel, si ab eo naturalis æqui & iniqui sensus tollatur, vel falsus ejus sensus in ipso creetur, vel denique, si verum ejus sensum contrariae affectiones superent. Sensum vero æqui & justis, cum sit naturalis, nec per Deismum augeri, nec per Atheismum in se spectatum eradicari posse contendit. Falsum æqui & iniqui sensum hominibus per Atheismum nudum directe ingenerari negat, per superstitionem posse omnino, evincit, per veram Religionem excellentissime castigari, ut proinde in hoc casu Religio aut vera multum fructus, aut falsa insignis dispendium, Atheismus vero nihil positivi adferre valeat. Tertium quod attinet, evidens esse putat Noster, sensum æqui & iniqui apud hominem omnino posse oriri, antequam ullam

p. 40.

45.

51.

ullam notionem summi Entis animo conceperit, at eum tamen, si Numinis existentiam credideris, multum augeri, fulciri ac conservari, etsi non sine periculo, ne intuitu mercedis studium virtutis in proprii commodi affectionem degeneret. Atheismum contra, etsi concedatur, ex sua natura contrarias virtuti affectiones non producere, nihil tamen habere, quo eas possit vel sopire vel moderari, quin imo ex vi hypothesis totum universum confusi Chaos instar habentem, perpetuo sibi ipsi aliisque in eo systemate constitutis non posse non succensere. Unde concludit Autor, relationem inter virtutem & pietatem ita juste determinari, ut illam non nisi per hanc perfici dicamus, neque, ubi posterior deficiat, in priori eandem benignitatem, firmitatemve & constantiam, nec eandem affectionum mentisque compositam uniformitatem esse posse, quæ sit, si ea accedat, ut proinde perfectio & *vinculum* virtutis necessario Deismo sive fidei, qua Deum credimus, debeatur. Et hæc quidem Libri prioris fere summa est. Posteriore Autor inquit, quæ obligatio nos ad virtutem ducat, vel quæ ratio eam nobis persuadeat? Et in eo quidem totus occupatur, ut demonstret, moralem reconditorem sive virtutem necessario uniuscujusque creaturæ bonum felicitatemque promovere, vitium eam miseram reddere, summaque efficere injuria. Id probaturus, totum systema *mundi* humanorum ex sua sententia pandit, eaque tribus distinguit speciebus. Etenim hominem vel *naturalibus* affectionibus, quæ ad *Bonum publicum* tendant, regi, vel *idioticis*, quæ unice *Bonum privatum* sectentur, vel denique *prænaturalibus*, quæ neque publico neque privato Bono velificentur, sed utrique sint contrariæ, arbitratur. Harum harmoniam statui creaturæ accommodatam, ac congrua proportionem constitutam, felicem reddere hominem, ut demonstret, primo ostendit, eum, qui naturalibus, generosis, humanisque affectionibus publico bono addictis multum regatur, summa gaudere felicitate, miserum esse, qui eis destituatur. Ac id quidem imprimis circa animi voluptates declaratur, quas partim ipsæ illæ naturales &

sociales affectiones constituunt, partim, tanquam causa pro-
 ducunt, v. g. Boni alieni communicati fruitionem, & gra-
 tam amoris & approbationis ab aliis ad nos redundantis
 conscientiam, imprimis morum facilitatem ab acerbitate
 longe remotam, & internam animi compositi quietem,
 eum contra earum defectus & criminum adversus naturales
 istas affectiones admissorum recordatio perpetuos consci-
 entiz angores producere solet, neque corporis voluptates,
 si socialem vitam removes, nisi frigidas & insipidas com-
 muni hominum consensu esse posse. Tum monstratur, si
 quem *ιδιωτικὰ πάθη* nimis intensus viribus regant, eum re-
 vera non felicem evadere, sed multo maxime miserum, quos
ιδιωτικὸς affectus Noster fere his titulis enarrat: vitæ amor,
 vindictæ cupido, voluptatum sensitivarum appetitus, dite-
 scendi studium, æmulatio, sive laudis cupiditas, denique
αἰσχρολογία sive quietis affectatio, per quas eleganter eundo,
 quantopere earum excessus hominem ab omni felicitate de-
 turbet, satis manifeste exponit. Denique si præternatura-
 les affectus, inhumanitas nempe, malitia, invidia, *μωρολογία*,
πετulantia, superstitio, barbara inhospitalitas, tyrannis,
 proditoria perfidia, ingratitude, *κλυμνεῖαν*, tum de-
 mum horridam faciem homini superinduci, & non
 nisi infelicem deploratamque miseriam ubique regnare,
 comprobatur, concluditurque, vitiosam quamcunque ad-
 onem in se ipsam esse injuriam & malam, virtuosam per se
 ad cuiusque tendere ac pertingere felicitatem.

Tractatui V Titulus datus est: *The Moralists, a Phi-
 losophical Rhapsody*. h. e. *Moralia, sive Rhapsodia Philoso-
 phica, narrationem nonnullarum de rebus naturalibus mora-
 libusque dissertationum complectentes*. Divisus vero est in
 tres Partes, ubique a sublimitate styli rerumque, ubi in men-
 tem Autoris penetraveris, maxime commendandus. To-
 tus enim versatur in exponenda Philosophi, quem Theo-
 dem vocat, cum Sceptico, qui Philocles ipsi est, diuturnis
 conversatione, qua ille hunc a Pyrrhoniorum castris ab-
 ductum saniori Philosophiæ vindicavit, idque omne enthu-
 si-

statim veluti quodam philosophico, extaticaque quasi dicendi ratione. Pars prima, etsi & ipsa gravioribus non destituitur, non tamen est, nisi introductio Philoclis, Palæmoni colloquia ista narrare parantis. Parte itaque secunda, quam per jocundis Scenarum veluti & Interfcentiorum mutationibus in V Sectiones distinxit, rem ipsam persequitur, quarum prima Philocles Palæmoni, quam parum ipsi communis notio Boni, qua voluptatem vel delectationem (*pleasure*) Bonum esse creditur, satisfaciat, aperit, & in meliorem Boni notionem inquirat. Sectio II plures inter se colloquentes sistit, quorum sermones de virtute, ejusque cum præstantia tum contentu potissimum instituuntur. Cujus contentus speciem singularem, qua velut mercenaria redditur, Sectione III persequitur Theocles, docetque quam parum religioni vel virtuti consulatur, si contra Atheos disputans, non *ῥὸ καλὸν* virtutis, qua sibi ipsi vel in hac vita summa merces est, demonstrat, sed vago & Atheorum ludibrium provocante zelo nil nisi futuram virtutis mercedem in ore habeas. Unde Sectione IV Theocles sublimi dictione Philocli admirandum in totius hujus orbis œconomia ordinem, deorem, & inter diversissimas partes mutuum consensum repræsentat, quo semel rite in animum demisso nemo possit dubitare, quin hic sit *ὁ θεὸς ὁμοῦν*, mens omnia gubernans, cujus provida ordinataque dispensatione e partibus longe distinctissimis unum coherens systema coaluerit, summa pulchritudine summaque *ὁμοῦν* conspicuum, tum Philoclis imprimis circa hominis constitutionem scrupulos & desiderata egregie refellit. Sectione V vero illorum perstringitur absurditas, qui, ubi mechanismum hujus universi, ac admirandum, quo pollet, ordinem, audiant prædicari & curiose spectari, statim Atheismi periculum sibi fingant, in eo summam Religioni præsidium constare arbitrati, si supina credulitate nescio quæ præter ordinem miraculose designata sibi fingant, eorumque fidei totam de summi entis existentia persuasionem, quam tutius in hujus universi contemplatione poterant fundare, superstruant. Parte

III, ut veram Boni notionem Philocli suppeditet Theocles, ex nostræ mentis, quæ totum corporis nostri systema ornat, dirigit & gubernat, conscientia, ad supremi universalis genii sive τῷ παντὶ διακίοντ⊙ necessariam existentiam argumentatur, mentemque adeo particularem non in alia magis re felicitatem suam posse invenire, quam in conformitate cum suprema mente ejusque simplicitate & excellentia, concludit. . Inde in hac supremæ mentis διακίοντες non nisi apparens esse malum vel imperfectionem ex imperfectissima totius systematis, qua nos quidem utimur, cognitione ostendit, quæ, si perfectior redderetur, ex templo constaret, quæ nunc imperfecta ac minus bene ordinata nobis videntur, cum totius universi ordine ac constitutione pulcherrime conspirare. Cujus supremæ pulchritudinis, τῷ καλῷ ἢ Φαυδῶ, quod toti huic universo natura conciliavit, vestigia per immensa orbis spatia sublimes stylo ac furore veluti poetico animatus persequitur, ut per hanc hypotyposin animum ad τῷ αὐτοκαλῷ contemplationem, in qua cum fruitione conjuncta Bonum nostrum absolvi docet, crearet. Ea in re qua methodo procedat, non possumus brevius, quam verbis *Alcinoi de Doctrina Platoni C. X. αναρτασῶν* ubi ille: *Θεωρῶν γὰρ τις τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασι καλόν, μετὰ τῆτα μέτεσιν ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς καλόν⊙, εἶτα τὸ ἐν νόμοις καὶ ἐν ἐπιτηδεύμασιν, εἶτα ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγ⊙ τῷ καλῷ, μετὰ Ἰ ΑΤΤΟ ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ καὶ καὶ τὸ ἐραστὸν καὶ ἐφίεταί.* Et enim in materialibus non admirari nos materiam sed formam, h. e. διακίονσιν mentis, adeoque pulchritudinem esse aliquid mere mentale, quod proinde ad res spirituales ac morales potissimum spectet, ac in his ubique *Decoris* nomine supponatur; hujus Ἐ καλῷ sensum ac amorem nobis natura esse datum, eundemq; si perpetuo pulchritudine ista mentali fruatur, Bonum hominis esse, eumque felicem constituere commonstrat, ac denique, quam longe hæc felicitatis notio ac philosophandi, (quod nihil aliud est, quam summum bonum querere) ratio alias omnes persequenda beatitudinis vias, quæ in vulgus receptæ sunt, post se relinquat, quidō ostendit.

Te-

Tertium Volumen Titulum habet hunc: *Miscellaneous Reflections on the preceding Treatises, &c. h. e. Observations miscellanea in Tractatus precedentes & alias Critici generis materias.* Itaque habes in illis per duo Capita pertexam ampliolem Enthusiasmi considerationem, qui, si moderatus fuerit, in omnibus præclaris actionibus obtinet, ac præcipuam meretur laudem. Si in excessum & imprimis ad Panicum terrorem declinaverit, tum superstitione generatur, cujus ortus & progressus & incrementa a sacerdotum multitudine & dominatione indubie expectanda, exemplo Ægypti, communis superstitionum matris, ac Ægyptiacæ superstitionis in Israelitarum stupidis mentibus etiam post exitum perpetuo dominantis, eleganter monstratur, ac, quomodo superstitionis hujus foetus *γυνή*, spiritus persecutionis inter paganos & Christianos clam incrementa sumpserit, crudelissimis que odiis velut in furorem ac enthusiasmum homines egerit, docetur. Habes hic prolixam deductionem, qua probare contendit Autor, quod Tractatu II innuerat, longe abesse a veræ religionis præstantia animum melancholia & tristibus tenebris involutum, serenam, liberam hilaremque mentem & in genere religionem roborare & veram fidem promovere, imo ab ipsis Judaicæ ac Christianæ religionis fundatoribus, tanquam idonea ad ingenerandum hominibus genuinum Dei sensum media fuisse adhibita. Non minori studio Noster tertii Tractatus scopum hic evolvit, quo non tam Autorem, quam mores hominum formare, & a corrupto seculi gustu ad verum recti & honesti & pulcri sensum adducere conatus sit, Horatii verbis rem omnem comprehendens: *Quid verum atque decens, curo & rogo, & omnis in hoc sum.* Unde tandem palam proferretur, tres priores Tractatus novæ Philosophiæ suæ Prolegomenorum loco datos fuisse, cujus Systema Tractatus IV, Apologiam veluti quandam V contineat, quorum utrumque variis observationibus illustrat, defendit, ampliusque deducit, subinde intermixtis nonnullis ad sacra spectantibus. Quorum fidem sinceram & intemera-

tam cum subinde & imprimis sub finem Autor solemniter professus sit, fatendum tamen est, hinc atque inde apparere quaedam, quæ cum ea fide, si vel mitissime explicentur, non satis convenire videantur, animumque indicare, cum abusus fidei Christianæ ab ipsa quoque re aliquando perfingenda non prorsus alienum, de quibus admonuisse suffecerit, pluribus dicere institutio, quæ excerptum, non censuram poscit, & fines præscripta, quos vel sic excessimus, non requirunt nec permittunt.

CONSIDERANDA QUÆDAM SUPER VORTICIBUS SIDEREIS.

Auct. F. D. C. Abb. Vall.

Denominetur Algebraice

- 1^o. p & V &c. velocitates cum quibus æthera Vorticum sidercorum materia, Stellis aut Planetis circumfusa & in superficies spherice parallelas distributa, circa eorundem vorticum centra revolvitur:
- 2^o. c & C &c. circumferentiæ concentricæ ab ista cœlesti ac subtili materia in Ecliptico cujusque vorticis plano vertiginis motu descriptæ:
- 3^o. d & D &c. illarum diametri per idem centrum ductæ:
- 4^o. v & V : D notæ nunc apud Physico-Mathematicos expressiones vis centrifugæ, cum qua singulæ ætheris particule in communem gyrum raptæ a centro motus hujus circumquaque conantur fugere:
- 5^o. q cd : q & q CD : q seu cd & CD concentricæ superficies sphericæ, ex æthere conflatæ, quarum unaquæque circuli super diametro sua d & D descripti quadrupla est:
- 6^o. vvc : d & VV CD : D sive vvc & VVC quantitates quibus exprimuntur totales harum superficierum vires centrifugæ.

Si autem eæ in eodem siderco vortice æquales supponamus; tunc ex illa æqualitate $vvc = VVC$ resoluta in

analogiam $vv:VV=C:c$, quæ extractis terminorum analogorum radicibus quadratis ad hanc $v:V=C^{1/2}:C^{1/2}$ reducitur, intelligemus tales vires centrifugas totales semper ad invicem fore in subduplicata ratione sumptarum reciproce peripheriarum, quas sectio superficierum sphericarum ætherearum facta plano per centrum commune ducto generare concipitur.

Ex hac vero proportione $v:V=C^{1/2}:C^{1/2}$, nominatis t & T temporibus quibus velocitatum æquilibrium v & V circulationes durant, colligitur sic esse tv ad TV ut est t $C^{1/2}$ ad T $C^{1/2}$. At propter earum æquabilitatem singula est orbita seu spatii ab æthere percursi ad tempus percurrendo consumptum ratio, nempe $v=c:t$ & $V=C:T$. Quare habetur $tv:TV=c:C$ ac consequenter $c:C=t^2:T^2$; unde oritur æqualitas $t^2:C^2=T^2:C^2$ præstans posthac analogiam $t:T=c^2:C^2$, quæ (tollendo terminos proportionales e gradu $\frac{2}{2}$, hoc est dividendo per $\frac{2}{2}$ eorum exponentes) deducit ad alteram $t^2:T^2=c:C$; qua tandem ostenditur rationem inter Orbitas c & C , integra Planetarum ideoque deferentis ætheris revolutione peragratas, eandem dari quæ est inter quadrata radicum cubicarum ex periodicis eorum temporibus t & T . Atqui in hoc stat Kepleri regula nunc in Astronomia haud parum notabilis consentientibus cum ipsa quibusdam Astronomorum celeberrimorum observationibus: Quam tradens Keplerus ipse initio 2dæ Partis Libri 4ti Epitomes Astronomiæ præscribit sumere periodiosorum temporum Planetarum radices cubicas atque eas quadrate multiplicare, ut genuina planetariarum orbitarum proportio habeatur.

In his porro orbitis sola parallelarum materiæ celestis circa vorticum centra revolutionum momenta successive hic attendimus; quas parallelas revolutiones litteris c & C designamus & pro momentis singulis ad peripherias circulares, propter horum vorticum spatia plena & undique compressa, sine ullo erroris sensibilis periculo revocamus.

No

Notandum porro est quod si æthereæ circumferentiæ, quarum infima & ordine prima esset æquator sideris, quatenus æthere circumradente septus, cum velocitatibus Keplericæ regulæ subiectis revolverentur; virium totalium a superficiibus concentricis acquisitarum unaquæque quadrato velocitatis (v) sidus centrale rotantis multiplicato per circumferentiam (k) sive analogice per diametrum (d) hujuscæ æquatoris æquivaleret. Ex hac enim regula, sicut supra ostensum est; fieret ut c ad k ita uv ad vv nec non ut C ad k sic, uv ad VV , & consequenter $vv = kuv$: c & $VV = kuv$: C . Quum autem vires centrifugæ totales ad invicem generaliter esse in ratione vv ad VV demonstravimus; liquet in hac hypothese omnes evadere æquivalentes quantitibus kuv : c , kuv : C &c. id est ipsi kuv vel analogice duv substituta in locum circumferentiæ diametro,

Sit jam nobis pro exemplo tum Solis tum Terræ vortex. Queritur num ibi materia ætherea per superficies concentricas revoluta eadem ubique, nempe a fidere centrali usque ad extremam vortexis superficiem, vi centrifuga totali polleat. Notum est Astronomis Solem spatio $25 \frac{1}{2}$ dierum, Terram vero unius diei intervallo circa centrum suum converti: Temporum ergo quibus periodos suas absolvunt eadem quæ 51 ad 2 ratio habetur. Harum revolutionum diametri, proindeque proportionales circumferentiæ, quæ spatia decursa exponunt, sunt inter se in ratione 100 ad 1 ; Proportio itaque rationum quæ ista spatia ad illa tempora habent, hoc est velocitatum æquabilium cum quibus illæ duæ circulationes respectu centrorum infimæ perficiuntur, per numeros $199 \frac{1}{2}$ & $\frac{1}{2}$ seu 200 & 51 exprimitur. Vnde quadratus 40000 ex una parte quadratum uv , & quadratus 2601 ex altera parte quadratum vv representat. Quorum quadratorum producta (duv & dvv) videlicet prioris per 100 & posterioris per 1 dantur æqualia numeris 400000 & 2601 , designantq; rationem inter vim centrifugam totalem

æthe-

ætheris contenti in qualibet superficie spherica magni circa Solem vorticis, & vim centrifugam totalem cujuscunq; superficiei æthereæ sphericæ circa Terram in nostro vortice: Dummodo Kepleri regula superius exposita prope vorticum illorum centra sumpto scilicet a superficie tam Solari quam Terrestri exordio observetur. Quod quidem instituto secundum certas ac notas Astronomorum observationes calculo facillime exploratur, at non sic consistare statimprehenditur.

Ponamus ex observati^one 1^o. Terram intra dies 365 $\frac{1}{4}$ $\frac{3}{8}$ orbitam suam circa Solem percurrere, & Lunam dierum 27 $\frac{1}{2}$ intervalla periodum suam circum Terram conficere; sicque temporum, quibus circulationes istæ absolvuntur, rationem eandem esse quæ numeri 164359 ad numerum 12300: 2^o. Diametrum orbitæ, quæ a centro Terræ in vortice Solis describitur, semidiametris terrestribus 43264 æquari; paresque semidiametros 119 contineri in diametro orbitæ quam centrum Lunæ a vortice Terræ involvente circumactum percurrit: Quarum idcirco diametrorum proportionem hi numeri 43264 & 119 exhibent: 3^o. Ob æqualitatem rationum inter orbitas diametrosque circulationum, velocitates quæ divisis per tempora spatii proportionales sunt, sese consequenter habere ut quantitas numerica $\frac{43264}{164359}$ ad numericam $\frac{119}{12300}$, id est ut numerus 532147200 ad numerum 19558721. Horum deinde numerorum velocitatibus utriusque revolutionis proportionalium quadratos 283180642467840000 & 382543567155841 multiplicemus per numeros diametris utriusque orbitæ analogos 43264 & 119; duo producantur numeri 12251527315728629760000 & 45522684491545079 ejusdem inter se rationis quam vis centrifuga totalis materiæ æthereæ in orbita Terræ annua habere ad vim centrifugam totalem ætheris in orbita Lunæ mensura ex observationibus colligitur. At supponendo Kepleri regulam in vorticibus a revolutione stellarum aut Planetarum centralium incipere, ostensum modo fuit vires centrifugas totales omnium superficierum ætherearum hos

singulos vortices constituentium æquales inter se fore: Adeo ut earum superficierum quælibet in vortice Solis, nimirum illa quæ globi terrestris orbitam continet, si conferatur cum alia quacunque superficie ætherea in vortice terræ, videlicet cum præcipua orbitam globi lunaris complectente; ejusdem essent ad invicem rationis cuius sunt inter se duo numeri supra notati 4000000 & 2601 : Qui certe non tantum proportione verum etiam quantitate plurimum differunt a duobus aliis præcedentibus, quos nos ex calculo Astronomicis de Terra atque de Luna observationibus innixo deduximus: Tantum abest ut ipsis omnino æquales sint sicut supposita visum centrifugarum totalium æqualitas in omnibus ætheris superficiebus concentricis necessario exigebat. Quapropter liquido constat materiam ætheream vorticis tum solaris tum terrestris sumpto initio a Sole & a Terra revolutiones suas cum alia profus, quam quæ reciproca radicum quadratarum ex distantis a communi centro per Keplericam hypothesein statuitur, celeritatum proportione conficere. Quod erat dilucidandum.

Addi potest ad confirmandam hanc consequentiam similis comparatio orbitæ Martis cum orbita Terræ: Quæ comparatione manifeste apparebit superficies æthereas (illarum videlicet orbitalium regiones) in magno Solis vortice concentricas, viribus centrifugis pollere non æqualibus. Constat quippe ex observatis, dum motus Terræ annuus perficitur tempore 1 (quod est intra menses 12) periodum planetæ Martis tempore $1\frac{7}{8}$ (nempe 22 menses & 15 dies) absolvi: Quorum temporum eadem est ratio quæ numeri 8 ad numerum 15. Compertum quoque est in Astronomia quod orbitæ Telluris diameter sic ad orbitæ Martis diametrum se habet ut 2 ad $3\frac{1}{3}$ seu 12 ad 20. Quamobrem velocitates circulationum in his orbitis sunt ad invicem in ratione numerorum $1\frac{1}{3}$ & $2\frac{2}{3}$, id est 39 & 32. Multiplacentur ergo (ex demonstratis supra de regula Kepleri) eorum quadrati 1521 & 1024 per diametris ideoque circulationum peripheriis proportionales numeros 12 & 20; orientur numeri

númeri 18773 & 20480 quæsitæ virium centrifugarum totalium proportionem exprimentes. Quarum quidem virium rationem patet non esse æqualitatis uti propofita & perpensa hic Kepleri regula exigit, sed talem ut superficiõ æthereæ centrum -versus inferiori prævaleat quæ situ superior est. Viderint Physici num aliqua causa, loco hujusce regule, proficisci possit a centrali vorticis fidere, vel indefinenter ebulliente sicut Sol & stellæ, vel durissime condensato velut Terra & Planetæ; quæ cum istis omnibus viribus centrifugis intra tam vastum spatium inæqualibus ita concurrat, ut vehementi ultimæ superficiẽ totum vorticem circumcingentis compressioni in continuo æquipondio conjunctim resistat,

APPENDIX.

HAnc dissertatiunculam ante aliquod tempus rudi Minerva exaratam relegenti Autori tam levis momentũ visa ipsa est, ut in meliorem ordinem eam redigere neglexerit. Attamen suppositas duorum Lemmatum demonstrationes quas utpote vel notas vel inquirentibus satis obvias prætermiserat, hic subjungere (ne quid aliquos Physico-Mathematicæ candidatos Lectores vel minimum in re flocci facienda morari queat) non ab re esse postmodum existimavit.

De mensura vis centrifuga singularis in uno Mobili vertigine raptõ Lemma I. Quoniam omnis motus ipso quo imprimitur momento in lineam tendit rectam quatenus viam a termino ad terminum brevissimam: Si quoddam mobile, cujus nec magnitudo nec figura sed solum gravitatis centrum M (Fig. 1.) hic considerari debet, certa vi admota propelli versus T incipiat; statim ad aliquam rectam MT percurrendam disponetur. Sed si hoc ipso instanti altera vi urgente per aliam rectam MB in angulo dato TMB dirigatur: neutram harum rectarum ob diversa diverse sita puncta T & B conficere poterit, ad distantes enim terminos eodem momento pervenire nequit.

Q q q 2

Ve-




Fig. I.

Verum quo minus intermedium iter teneat nihil impedit: Compleatur ergo parallelogramma $TMB A$; diagonalis ejus MA via est per quam illud mobile feretur communi ambarum virium motricium actione, ipsis quidem simul

sumptis minore propter aliquod divergentium directionum MT , MB impedimentum, sed tali nihilominus ut ad punctum A , non aliter distans a puncto T quam B ab M nec aliter remotum a puncto B quam idem T ab eodem M , aequali tempore perveniat. Supponamus autem hoc temporis intervallum esse quam brevissimum punctaque A & M fieri quam proxima; liquet tunc rectas aequales ac parallelas AB & TM sic decrescere ut cum rectis NK , KM , &c. constantibus collatae ipar parvitatibus infinitatem abeant, tandemque coalescere ita ut earum distantia BM ipsis quantumcunque parvis comparata quam minima sit, hoc est ad datas magnitudine NK , KM , &c. relata infinitesimè infinite exigua censenda sit. Ubi duo parvitatibus indefinitæ ordines distinguendi occurrunt; primus scilicet cujus existit MT seu BA quo instanti mobile M circa K libratum in fugam, versus T nititur; secundus vero cujus fit MB sive AT eodem instanti quo idem mobile tantum versus K retunditur quantum si ad terminum T perveniret a curvo spatio MA centrum K respiciente removeretur. Porro satis perspicuum est hoc primo parvitatibus indefinitæ ordine in se continue ducto oriri ordines, quorum iidem sunt indices qui potestatum ex algebraica istius primi ordinis expressione genitarum; at indices potestatum quæ ex algebraica denominatione ordinem indefinitæ parvitatibus secundum designante generantur esse duplicandos ut ordinum ex ipso secundo per semet continue multiplicato productorum indi-

ces habeantur; sicut exemplis mox ostendemus. Præterea notandum est vim qua mobile recta ad Turgetur, velocitatem *v* curvilineum spatium *MAN* describentem dici; vim vero, cujus momentanea actio & reactio in causa sunt curidem mobile in hoc spatio continue retinetur, aut centripetam aut centrifugam vel in genere curvifugam *f* appellari. Esto nunc spatium lineare *MAN* (Fig. 1.) aliqua curva talis naturæ, quantum ad appendicem nostram attinet, ut singularum illius portionum sicut *AN* omnia puncta velut *A* ad singulas totidem datas rectas sicut *MR*, sive in aliquod punctum velut *K* vergentes, s. parallelas, referri queant ope æquationis vel genuinæ vel transformatæ pro natura quæstionis propria, duas continentis quantitates indeterminatas; quarum altera (*y*) designet rectam *AB* tangenti in *M* parallelam, applicatam intra curvam *MAN* & rectam *KM*; altera (*x*) rectam *BM* ipsi *AB* super eadem diametro coordinatam, & ipsi curvæ occurrentem in puncto contactus *M* exprimat. Cujus generis est æquatio, aut pro variis diametris conjugatis *d* & *g* genuina $ddy^2:gg=dx^2-x^2$; aut pro variis diametris alicui datæ *OK* parallelis $x=(l+y:t)^{m:n}b'-fy:t-b$ transformata ex $z^{m:n}=p^{(m-n):n}u'$, beneficio suppositionis $u=fy:t+x+b$ & $z=ay:t+a$ (quæ suppositio generaliter ad quascunque diametros convergentes $g=OK$ & $d=KM$ esse debet $u=fy:t+(g-b)x:d+b$ & $z=ay:t+a$ propter similia triangula *TMH* & *EAG*, nec non *MKT* & *BKE*; rectis $HM=a$ (explicabili per valorem coordinatæ $HO=b$, vel contra, ope æquationis transformandæ) & $GA=z$, etiamque $TM=t$ & $EA=tz:a$, inter se parallelis. Ex qua transformatione ut vim curvifugam mobilis coacti expressam curvam percurrere deducas, observa. per datam hujusce curvæ æquationem $z^{m:n}=p^{(m-n):n}u'$ seu $z^m=p^{(m-n):n}u'^n$ inveniri subtangentialis $TH=t$ & tangentis $TM=t$ valores mu'^n & $V(zz+\frac{mmuu}{nn})$ respectu solius axis *KO*, in quibus scribe vel pro *z* cognitam *a* vel pro *u* cognitam *b* sub puncto curvæ ad libitum assumpto *M* præter aliud positionis datum *O*; attendens in hac æquatione semper

per dari vel $a = p^{(m-n)} b^{n:m}$ vel $b = a^{m:n} p^{(m-n)}$ 2. Transformatæ expressionem $x' = (1+y:t)^{m:n} b' - f y:t - b$, utpote genericam, muta in quamcunque specificam; ita ut omnes ipsius y indices, qui sub generali $m:n$ involvuntur, distingui & tam inter se quam cum indice ipsius x comparari queant. Sũnto igitur $m=3$ & $n=2$; unde resultant $m:n = \frac{3}{2}$ & proposita æquatio $z^{3:2} = p^{1:2} u'$, nec non $s = \frac{3}{2} b$, $a = p^{1:3} b^{2:3} = \sqrt[3]{b b p}$, & $t = \sqrt{(p^{2:2} b^{4:3} + \frac{3}{2} b^2 + \frac{3}{2} b^2 p^2)}$. ita consequenter ex æquatione transformata x' &c. (supra) alia hæc $b^2(1+3y:t+3y^2:t^2+y^3:t^3) = x + 3b:2t + b$ &c. (quadrando atque ea quæ se destruant delendo) $3b^2y^2:4t^2 + b^2y^3:t^3 = x^2 + 2bx' + 3by^2x':t$, cujus duobus terminis ordinatam tangenti parallelam y sine coordinata x continentibus subscribe simplices illius y indices 2 & 3 ; duobus vero terminis coordinatam x sine ordinata y complectentibus ipsius x indices bis sumptos 4 & 2 ; soli autem termino per ambas coördinatas multiplicato summam 3 simplicis indicis t quo y insignitur, & dupli 2 indicis t quo x afficitur. Dein dele tres horum terminorum qui majoribus numeris $3, 4, & 3$ respondent, servans tantum duos quibus æquales numeri minimi 2 & 2 subscripti sunt: Quod præstat $3b^2y^2:4t^2 = 2bx'$; ubi substituto valore ipsius t supra determinato, scriptisque v pro y & f pro x reperies $3v^2: (18b + 9b^{1:3}p^{2:3}) = f$: Quod si possuisses $b = a^{3:2}:p^{1:2} = a^{\frac{3}{2}}:p$, obtinuisses $3v^2\sqrt{p}: (8p + 18a)\sqrt{a} = f$ pro vi curvifuga mobilis parabolam cubicam secundam percurrere coacti circa centrum ad distantiam infinitam positum.

Simili operatione pro parabola cubica prima statuamus

$m=3$ & $n=1$. Hinc habebimus $\frac{m}{n} = 3$; æquationem

specificam $z^3 = p^3 \cdot u'$ pro generali $z^{\frac{m}{n}}$ &c. ad solum

axem OK ope ordinatarum $z = AG$ & $n = GO$ relata; $s = 3b$; $a = \sqrt[3]{b p p}$; & $t = \sqrt{(9b^2 + b^{2:3}p^{4:3})}$; ac de-

inde

nam æquationem transformatam $x' = 3b' y^2 : r^2 + b' y^2 :$
 r^2 ad diametros axi OK parallelas ope ordinarum $y = AB$
 &c. tangenti MT parallelarum. Subscribamus porro ipsi
 x' duplum 2 indicis sui r , ipsis autem y^2 . atque y^2 , indices
 suos 2 & 3; observantesque posthac quis æquationis trans-
 formatæ terminus majori numero 3 &c qui reliqui minori-
 bus numeris æqualibus 2 & 2 immineant, hos tantum illo
 expuncto retineamus. Unde restabit æquatio $x' = 3b' y^2 :$
 f^2 ; quæ, mutatis y in v & x in f , subrogatoque in locum r
 ipsius valore superius notato, evadit $f = 3b' v^2 : (9b^2 + p b^2 :$
 $3 p^2)$ qua exprimitur vis curvisuga super parabolam cu-
 bicam primam respectu centri infinite distantis. Licuit no-
 bis insuper assumere $b = a^3 : p^2$, & ejus beneficio perveni-
 re ad æquivalentem vis centrifugæ in eadem secundi gene-
 ris parabola expressionem $f = 3ap v^2 : (9a^2 + p^2)$.

Pariter $m = 2$, $n = 1$, & $u = b$ dantes $m : n = 2$, $s = 2b$, &
 $= p^{1:2} b^{1:2} = \sqrt{bp}$, & $r = \sqrt{b^2 p + 4bb}$ deducunt ad trans-
 formatam æquationis $z^2 = pu$ expressionem $x' = b + 2by'$
 $r^2 + by^2 : r^2 - b - 2by' : r^2$, hoc est $x' = b' y^2 : r^2$; in qua,
 quoniam index r ipsius y adæquat duplum indicis r coordi-
 natæ x , suffectis f pro x , v pro y , & $bp + 4bb$ pro r^2 , resul-
 tat $f = v^2 : (p + 4b)$ indicans vim centrifugam in parabo-
 la simplici æqualem esse quadrato velocitatis percurrentis
 v diviso per parametrum $p + 4b$ diametri cujuscunque
 axi parallela, circa centrum infinito intervallo remotum.
 At quum æquatio transformatæ $r^2 x' : b = (p + 4b) x = y^2$,
 nullatenus a forma propositæ $pu = z^2$ ad omnes diame-
 tros axi parallelas pertinentis differat, nulla proprie in hoc
 casu transformatione opus est: Siquidem ex $u = z^2 : p$ statim,
 non habita axis distinguendi ratione, $f = v^2 : p$ emanat, ubi p
 parametrum omnis diametri denotare intelligitur.

Hujusmodi datur æquatio $d^2 y^2 : g^2 = dx' - x^2$, ex
 qua vim centrifugam mobilis curvam hac ipsa æquatione
 expressam describentis sic colligo. 1^o. Sub ejus termino
 x^2 scribo numerum 4 duplum exponentis 2, & sub termi-
 no dx' numerum 2 duplum quoque exponentis 1. Abscissæ

$x,$


x , ob secundum infinitæ parvitatæ ordinem; sed sub termino $d^2 y^2 : g^2$ simplicem exponentem z ordinatæ y , propter primum ordinem parvitatæ infinitæ respectu quantitatum datarum d & g . 2°. Numeros illos subscriptos inter se confero, ita ut terminum cui eorum major 4 respondet delectem, tantumque servem terminos numeris æqualibus 2 & 2 imminentes: Quo facto resultat $d^2 y : g^2 = dx'$ seu $d' y^2 : g^2 = x'$. 3°. Quoniam velocitas curvam conficiens v visque centrifuga f æquabiles & isochronæ sunt pro momento, atque ideo in locum spatiorum momentaneorum y & x , quatenus illis proportionales, subrogari possunt; scribo v pro y & f pro x , ac tandem invenio $d' v^2 : g^2 = f$. Unde vim centrifugam f cum qua mobile in quocunque Ellipseos puncto M ab ipsius curvatura MAN , secundum diametrum a centroeductam & tangenti occurrentem KM , fugere conatur, æquari quadrato velocitatis v per parametrum $\frac{gg}{d}$ diviso; præindeque in circulo (ubi fit $NK = KM$ sive $\frac{1}{2}g = \frac{1}{2}d$) exprimi ratione $v^2 : d$ diametri d ad hoc quadratum v^2 . manifeste apparet. Quod erat hic primo loco ostendendum.

De mensura vis centrifuga totalis in tot æqualibus mobilibus simul sumptis quot superficies spherica continet & adæquat, Lemma II. Materie æthereæ rapida vorticum sfericorum vertigine motæ ea est parvitas & subtilitas ut eam considerare liceat tanquam indefinita numero puncta physica per concentricas superficies conglobata; quorum circulantium in singula superficie conatus fugiendi a communi circulationum centro simul sumptos vim centrifugam totalem hujus superficiæ appellavimus, æqualemque statuimus solido quod peripheria maxima in ista superficie rotati descriptione producit multiplicando quadratum velocitatis describentis: Quam mensuram sic demonstramus.

Paulisper attendenti patet omne corpus (vorticem videlicet $OXQAOEQHO$ Fig. 2. æthere plenum) quod in orbem movetur, non circa centrum tantummodo (K)

sed

sed super axem
(AKX) necessario
converti. Quo
efficitur ut cun-
cta superficiem
circumcingentis
puncta (M, P, Q,
O) non ejusdem
circuli periph-
eriam (OHQB)
sed diversarum
inter se paralle-
lorum circumfe-
rentias (EOHQ
& IPLM&c.) ra-



diis (QK & MN &c.) eidem axi normaliter insistentibus,
cum velocitatibus (u & V) analogis, una percurrant. Vi-
res itaque suas vrgentes in fugam ab axe secundum radios
ad illum normales, in tangentibus superficiem gyranti & sin-
gulari peripheriæ descriptæ communibus (MT & QG &c.)
hæc puncta physica ætheris continue habent. At gyrus
circum axem perpendicularis (IMLP) obliquam circa
centrum totius superficiem rotationem (IMKPI) semper
secum importat. Ex illa porro duplici ad axem & ad cen-
trum vorticis respectiva conversione duæ simul resultant vi-
res centrifugæ mobilis M per eandem tangentem MT co-
nantis fugere. Quapropter centro N ac radio NM in pla-
no per MT & per N transeunte, nec non centro K radioque
KM in plano per TM & per K ducto, descripti concipian-
tur arcus duo MR & MR. Junctis deinde centris N & K
cum eodem tangentis puncto T, agantur secantes NT, KT,
ac per sectionum puncta R, R ipsi MT parallelæ rectæ RB,
RB radiis occurrentes in B, B. Triangulorum MNT, BNR
ex una parte & triangulorum MKT, BKR ex altera similitu-
do præstat MN ad BN sicut MT ad BR, & ut MK ad BK sic
eadem MT ad BR, hoc est (suppositis $MT = g$, $MN = f$,
R r r MK

MK = r, MB = F, & MB = f) analogias: $f - F = g$; $\frac{f - F}{f} g = BR$ ac $r : r - f = g : \frac{r - f}{r} g = BR$. At quoni-

am ultimo anguli, qui in infinitum decrescerent, TNM, TKM evadunt minimi, & tria puncta B, M, B coeunt; duæ lineolæ BR, BR, ob eundem velocitatis conatum per eandem tangentem ipsis parallelam, fiunt tunc æquales: Ergo tunc $(f - F) g : f = (r - f) g : v$; ergo & $(f - F) r = (r - f) f$, seu $f : r = f - F : r - f$; ac tandem sumptis tam antecedentium quam consequentium differentiis resultat $f : r = f - f + F : r - r + f = F : f$, id est vires centrifugæ F & f in eadem ætheris particula M sunt inter se in ratione ambarum ab axe & a centro vorticis distantiarum f & r. Sicut igitur recta nm, NM, &c. (sinus rectus f, S, &c.) se habet ad rectam MK = Km = KQ (sinum totum r in tali magno vorticis circulo ΔQXO qualem Astronomi colurum solstitionum in sphaera cœlesti vocant) ita vis centrifuga secundum NM, nm, &c. est ad vim centrifugam

secundum KM = Km, hoc est $f : r = \frac{nm}{2f}$ (ex Lemmate I pro

Circulo): $\frac{rnm}{2ff}$; & $r : r = \frac{v^2}{2S}$ (ex eodem Lemmate): $\frac{rIU}{2SS}$

&c. Insuper (ob gyrantes simul eiusdem superficiæ æthereæ particulas) æquidiurnæ circulationum super axem velocitates u & U sunt in ratione circulorum parallelorum sive sinuum restorum ad illum axem perpendicularium: Unde $f : S = u : U$, & consequenter $U = S u : f$; quod dat $r U U : 2 S S = r S S u u : 2 S S f f = r u u : 2 f f$. Ergo omnes horum omnium ejusdem superficiæ punctorum vires, quæ a communi vorticis centro ipsa remove perpetuo conantur, sunt inter se æquales: Et idcirco unaquæque designari potest expressione vis centrifugæ urgentis secundum diametrum (d) circumferentiæ (c) maximi in ætherea superficiæ (QE O HQMA O X) circuli (H O E Q) quem Astronomi æquatorem in sphaera dicunt; scilicet expressione su-



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 7.




Fig. 13.



Fig. 16.

perius demonstrata *vv: d.* Quumque tota hæc circumferentia gyrans tot *vv: d* in suis particulis gignat quot unitates concipi queunt in *c*, nec non tot *vv: d* superficies integra complectatur quot unitates continentur in *d*; fit *dvvc*; *d* seu *vv: c* vis centrifuga totalis cujusque superficiis æthereæ, sicut supra posita est. &c.

Rogamus Cl. Autorem^{*}^{*}, nobis hæcenus incognitum, ne diutius latere velit, ut, ubi opus est, quod sub finem hujus observationis contigit, consulere ipsum valeamus, tum ut in Observationibus suis ipse methodo Leibnitiana quantitates exprimeret dignetur, nosque adeo transponendi labore subleuet.

ICUNCULÆ ÆNEÆ ANTIQUARIIS AD Illustrationem proposita a JOHANNE HENRICO HUBERO, Tiguri, 1710.

Cum ad nos pervenerit Fabula, in qua variaz icunculæ representantur, quæ prope Vitodurum priscorum ante paucos annos fuere e terra erutz a postea a Cl. Hubero eruditorum examini subjectæ, eas hoc loco in Tab. IV Figuris quindecim prioribus exhibere libuit, ut Antiquariorum de his censuras & judicia provocaremus. TAB. IV.
Fig. 1-15.

ABRAHAMI PUNGELERI, THEOLETHIST. sacra P.P. Dissertatio de Rerum possibilium ideis in Deo, opposita Cl. Poireto.

Herbornæ Nassoviorum, typis Joh. Nic. Andreæ, 1712, 4. Plag. 18.

Petrum Poiretum tum in Cogitationibus rationalibus de Deo, anima & malo, tum in Oeconomia divina idearum originem a decreto divino derivasse & radicem omnis possibilitatis voluntatem Dei indifferentem constituisse, dudum norunt Viri eruditi. Hanc opinionem impugnat Cl. Pungelerus argumentis ex philosophia desumptis. Ut

logomachis evitetur, quid sit possibile; quid sint ideæ possibile, explicat. Distinguit inter possible extrinsece & intrinsece talia. *Intrinsece possibile* vocat, quod absque contradictione concipi potest. *Extrinsece possibile* dicit, quod per potentiam alicujus causæ produci potest. Illud impossibile; hoc actuali opponitur. Intrinseca adeo possibilitas æstimatur ex idea, si contradictoria non includit; extrinseca vero ex rei cum natura causæ primæ convenientia, adeoque excludit, quæ perfectionibus divinis repugnant. *Idea* itaque *rerum possibile* ipsi sunt perfectissimus ille intellectus divini actus, quo sibi in potentia suæ absolutæ speculo, quicquid ut fiat, velle potest, vel priusquam fieret, convenienter suæ naturæ velle potuit, repræsentat. Antequam vero argumenta *Poireti* ad examen revocat; contrariam sententiam probat, quod scilicet ideæ rerum omnium Deo sint naturales & in intellectu divino concipi debeant ante omne decretum. Nostrum non est singula recensere argumenta, quæ Autor cumulat; suffecerit pauca annotasse. Deus seipsum (ita Autor argumentatur) adæquate cognoscit: Ergo & omnipotentiam suam, consequenter rerum possibilem ideæ sunt ipsi essentialis; Intellectus divinus est perfectissimus. Rerum possibile cognitionis est perfectio. Ergo rerum possibile cognitionis est Deo essentialis. Datur in Deo potentia ante omne decretum: ergo & datur possibilitas, quæ a decreto Dei non dependet. Addit, non posse explicari, quomodo Deus possible decreverit, antequam noverit. His præmissis, ad octodecim objectiones respondet, quæ contra independentem a decreto in intellectu divino idearum originem in Cogitationibus rationalibus protulit *Poiretus*, quarum plurimæ inde ortum trahunt, quod ideæ divinas consideret tanquam diversas ab essentia divina, cum tamen Autor cum aliis eas cum essentia divina unam esse profiteatur. Hoc itaque notato frustra objicit *Poiretus*, Deum solum esse a se positive adeoque ideæ non esse coæternas; Deum sibi se soli sufficientissimum esse, adeoque cetera omnia ad illius complementum nihil conferre;

solam divinam: essentiam esse necessariam, adeoque ideas non esse necessarias & aliter esse potuisse; Deum esse unum, adeoque non concipi posse aliud quid ab ipso diversum, quod sit independens, a se & necessarium; Deum esse essentiam simplicissimam adeoque vi hujus simplicitatis non habere nisi ideam sui. Recte etiam Noster negat, quod *Poiretus* asserit, cogitationem perfectissimam idea sui absolvi. Adequata enim Dei idea scientiam & potentiam ejus involvit, consequenter etiam ideas omnium possibilium. Admittit, suo quodam sensu verum esse, quod Deus sit sibi sufficientissimus, & cetera omnia nil faciant ad ejus complementum, si nempe sermo sit de rebus externis: bene autem observat, ideas possibilium facere ad complementum intellectus ipsius, adeoque perperam eas excludi ex essentia divina. Palmarium, quo *Poiretus* sententiam suam corroborat, argumentum inde desumitur, quod ideas a se esse nequeant. Si enim, inquit, ideas essent a se, non constitutæ libero Dei beneplacito, essent sui representativæ. Neque enim concipi potest (ita pergit *Poiretus*) si aliud representent, non esse ad illud representandum factas. Sed negat Noster, a libero Dei beneplacito constitutum esse, quicquid a se non est. Nam ideas non esse a se, quia non habent essentiam & existentiam a subiecto, cui insunt, independentem: nec tamen propterea esse a placito Dei, quia ad essentiam Dei pertinent & ab ea ita pendent, ut unica ratio, cur sint, petenda sit a Dei intellectu omniscio & voluntate omnipotente. Negat etiam, id, quod non est a placito Dei, esse debere sui representativum. Quia enim possibilia non existunt nisi in causa sua; ideo ideas possibilium nil nisi eam representant, quatenus nimirum per eam fieri possunt. Quod si instas, quid ergo eas determinet ad representandum aliud? respondet Noster, summam Dei perfectionem eas determinare, quatenus propter illam fieri nequeat, ut ipsi non insint. Mantissæ tandem loco Cl. Autor ad ea respondet, quæ ad sententiam suam confirmandam profert *Poiretus* in suis de eruditione solida, superficialis & falsa libris.

GEORGI FRIDERICI STIEBBERI HISTORIA Theologia dogmatica, Lutheri & Melancthonis opera restaurata, qua & integra exhibetur de hujus loci Theologiae Commentatio.

Gustrovia, typis Io. Lemkii, 1712, 2

Pl. II.

CL. Autor, specimen eruditionis suae editurus, cum sciret, historiam aliarum disciplinarum non indiligenter descriptam existare, in animum induxit Theologiae dogmaticae historiam contexere. Hoc autem cum non sit unius anni negotium, hanc Locorum Theologicorum Melancthonis historiam, tanquam majoris operis prodromum praemittere voluit: ut adeo praesens libellus titulum praeferat non suum, sed operi majori aliquando elucubrando praescribendum. Primum igitur conqueritur de Scholasticorum Theologiae corruptelis, majoris facientium humanam, quam divinam, auctoritatem: tum praecipuos illius Theologiae Doctores breviter commemorat: hinc, quae in iis potissimum reprehendenda videantur, tribus verbis indicat, nempe subtilitatum tricas, quaestionum labyrinthos, distinctionum minutias, insolitarum vocum barbariem, Theologiae cum Aristotelica Philosophia confusionem, veritatis denique caelestis adulterationem. Quare multos cepisse tedium illius Theologiae, probat testimoniis Staupitii & Erasmi. Addit Lutherum, qui accurate lecta S. Scriptura animadvertit errores illius theologiae, emendationemque serio susceperit. Hinc Lutheri scripta recenset, quibus ad annum usque 1518 Theologiam repurgare annisus est, applaudente Melancthone & Erasmo. Quo anno & Melancthonem laboris socium accepit, qui ex ipsis Scripturae S. fontibus composuit Locos Theologicos, ab Luthero, incio auctore, editos. Cum igitur primus Melancthon post reformationem ediderit systema Theologiae, Cl. Autor recenset praecipua Patrum systemata, Origenis, Augustini & Damasceni, eaque cum Melancthonis Locis breviter contendit.

Hinc

Hinc varias Melanchthonianorum Locorum editiones recenset: quippe qui tanto sunt applausu excepti, ut publice explicarentur Academicæ juventuti. Meminit etiam commentariorum Mart. Chemnitii: quibus addi poterat Victorini Strigelii in eosdem Locos Commentarius, Neapoli Nemetum editus a Pezelio A. 1581 in 4: item Croatica eorum versio a Trubero adornata. Affert porro encomia Lutheri, quibus Locos illos ornavit. Denique illud opus vindicat contra malevola multorum, imprimis Godofr. Arnoldi, judicia.

INTRODUZIONE ALLE PACI private &c.

i. c.

*INTRODUCTIO AD PACEM PRIVATAM,
edita & dedicata Principi Serenissimo, REINALDO I, Duci
Mutina, &c. a LUD. ANTON. MURATORIO, Bibliobeca-
rio ejusdem. Accessere ex nondum editis Commentatio SPE-
RONI SPEPONII de duello & Tractatus de pace JO.
BAPT. PIGNÆ.*

Mutina, apud Barthol. Soliani, 1708, 8.

Plag. 18.

Quo tempore effrenata duellorum vindictæque private libido publica in terris nostris auctoritate repressa est, iteratis & severissimis sanctionibus ea de re promulgatis, non malam inhuri gratiam vel ab iis ipsis videmur, qui omnem aliam, quam quæ gladio paritur, reconciliationem infra dignitatem suam positam existimant, quod librum producimus totum eo compositum, ut offensionibus inveniat remedia, quibus & illæ sopiantur penitus & gravior nulla a magistratu, pena accersatur. Elaboratus ille jam A. 1703 sed inter scrinia relictus aliquandiu Autorem præfessit Cl. Muratorium, cujus monumenta, quæ alio nobis tempore laudes expressere verissimas, optamus, ut quam a præstantia

sua ferunt, etiam a numero gloriam aliquando consequantur. Stipatur parte commentationis Viri Cl. Speroni Speronii, Tomasino in Elogiis virorum illustrium merito suo maxime laudati, quæ de duello conscripta eadem conjunctante Muratorio est cum ea de honore, quæ inter *dividenda* a Tomasino refertur. Accedit insuper scriptum integrum Jo. Bapt. Pignæ, conditoris Historiæ Principum Estensium, cujus vitam una cum carminibus lingua vernacula compositis ab Hieronymo Baruffaldo Ferrariensi expectare nos jubet Muratorius. Verum de his dicemus infra aliquantopora; Nos, ut ad eum redeamus, equidem innumeros scriptores de honore, de offensionibus, injuriis, mendacii exprobrationibus, duello & pace norat egisse, unde, quid officium postulet, haurire possint litium privati arbitri, in rebus publicis post judicia publica tantopere expetendi. Sed ut cetera, quæ tradidere, fortasse satis esse ad privata *disidia* dirimenda posse, largitur; ita minus luculenter eos viam ostendisse ad consensum circa factum adducendi litigatores, ejus quod palmarium in hoc argumento est, haud satis memores, existimat. Id vero est negotii, quod sibi datum esse cum maxime credidit in hoc libello: quo pacto ille rem impeditissimam suis expedierit difficultatibus, sequentia Lectorem quodammodo poterunt docere.

Ante omnia igitur monet, partes disidentes ipsas audiendas esse, ut appareat, illisne conveniat inter se in factum nec ne, si que minus, quod equidem ut plurimum usu venit, ut expendamus, utrum ad factum ipsum pertineat dissensus, an ad circumstantias, circumstantiæque illæ, quomodo scholæ loquuntur, an substantiales sint an accidentales. Accidentales, sive ad factum spectent ipsum, sive non spectent, non posse, si in disceptationem veniant, impedire, quo minus disidentium animi illius in gratiam reconcilientur. Sin factum ipsum vel circumstantiæ substantiales in dissensum partes rapiant, tum restituendæ pacis spem nullam esse, antequam sublato illo, utra pars vera loquatur, clarissime constet. Cuius rei ut doceat rationem, ostendit, ubi causas et-

que

que indicia, quæ momentum trahant, adversario litem intentandi invenerit apudque arbitrum detulerit pars altera, alteram negare vel omnia vel quædam, aut, si factum largiatur, remove re culpam & ad exceptiones se recipere. Prætermittis, quæ admittat, necessum esse, ut quæ a se amoliantur, eorum nequicquam illum se in fontem venditare, idoneis argumentis efficiatur, atq; illa afferri oportere ab eo, qui alteri sive affirmando aliquid sive negando, quicquid fuerit criminum, impegit. Argumentorum vicem sustinere non nunquam præsumtionem, & tueri modo reos adversus actorum infultus, dum illi accusationes suas rationum pondere mutant, modo criminibus improbratis involvere, prouti vel actor vel reus probè improbaq; testimonia mentis ediderint. Fidem illi habendam, qui altero vir melior credatur, sique præsumtio æqualis utrumque nobis commendat, reum sibi vindicare nostram approbationem. Animum ejus, qui injuriam arguatur fecisse, se proderet actionibus externis, si vel veritæ sint, vel nulli saltem præceptæ: Illas natura sua ad offensionem tendere, nisi ignorantia, violentia, errore, circumstantiæque Personæ suggerant argumenta, quibus culpa aut minuatur aut omnino omnis pereat. Actiones nulli præceptas ipsas nihil secum injuriæ trahere, licet in pejo rem sæpe partem rapiantur, adeoq; malignum eas animum haud evincere, nisi ejus rei aliunde argumenta possint in medium afferri, vim & ipsa tamen nullam habitura, si circumstantiæ quædam innocentiam rei in tuto collocent. De animo rei semper meliora speranda esse, etiam si ad liquidum, volueritne offendere alterum nec ne, deduci non possit, rationemque suadere, pars altera ut alteram compellet, quonam interpretanda sit actio, quæ in utramque partem possit accipi. Argumenta autem, quibus accusatio munia- tur, esse vel impropria, confessionem rei, facti evidentiam & præsumtionem, vel propria, testimonium, scripturam, famam, jusjurandum. Inde colligendum judici privato factum esse, sententiamque ferendam, quo pacto animi dis-

dentium sint sanandi. Hæc omnia exemplis clarissimis illustrat Muratorius, neque quicquam, unde lux uberior affundi argumento possit, prætermittit.

Quod ista sequitur fragmentum Speroniana commentationis, sex pagellarum spatio continetur, quantumcunque tamen breve est, duellis larvam prorsus detraxit, deque eorum injustitia neminem sinit dubitare; neque deerunt lectores, quibus pars ista operis totius desiderium accendet. Opusculum Pignæ integrum est, itidemque ad pacem honestam, quæ duellis non sine summo periculo quaeritur, via brevissima illam consequendi monstrata invitatur. Injurias nempe æstimare recte, ac propulsare debita ratione, & intercedente reconciliatione prorsus tollere, ne honor periclitetur, docet, in exemplum proposita ratione, quæ Dux Ferrariensis quondam usus est, disfidia componendi.

STEPHANORUM HISTORIA, VITAS IPSORUM ac libros complectens.

Tomi II.

Londini, apud Christoph. Bateman, 1709, 8 maj.

Alph. I pl. 21.

Superioris seculi Anno 83 a Cl. Almeloveenio in publicum emissam esse *Dissertationem de vitis Stephanorum*, vel ex Actis nostris constat, ubi A. 1684 p. 202 eam recensuimus. Expectavimus diu supplementa doctissimi de rebus litteraria meritissimi Viri, quæ tum pollebatur p. 124. Sed cum alia negotia hoc propositum interceptis videantur, non possumus non laudare diligentiam Cl. Mich. Mantairii, qui alienum jam promissum præstans historiam Stephanorum totam in quoddam corpus redegit, ne iis quidem omissis, quæ a Cl. Almeloveenio jam fuerant præscripta. Ne vero Lectorem fugiat, quis sit præsentis operis conditor, audiamus ipsum ita T. I. p. 450 de se scribentem: *Ego, olim inter Calvinistas Protestantes Gallos natus, & educatus, postea ob religionem patria exul, & presbyteratus præjudiciis papa*

tusque tyrannidi feliciter ereptus, in Anglicana Ecclesia regnique finem confugi. Totum opus in duos tomos partitus est, quorum priore exponit, quicquid usquam ad historiam Stephanorum pertinens reperire potuit: ita tamen ut Historia Roberti & Henrici, filii, amplitudine longe vincat ceterorum Stephanorum, celebritate quoque nominis inferiorum, notitiam. Huncce tommum antequam perlustremus, præfagenda videtur Tabula Stephanorum genealogica.

Henricus Stephanus I, mortuus 1520. Hujus & in matrimonio & in officina successor fuit Simon Colinzus.

Robertus I,
natus A. 1503,
mortuus 1559.

Franciscus,

Carolus,
mort. 1564.

Henricus II,
natus 1528,
mort. 1598.

Franciscus II.

Robertus II.
Huius viduam
duxit Mamer-
tus Patissonius.

Paulus.

Florentia, quæ nupsit Casaubono.

Antonius.

Henrici I quidem de natalibus obscura sunt omnia. Ipsi typographia in ea incidit tempora, quibus litteræ renascebantur & eruditio florere hominibus cœpit orbis Europæus. Ceterum ex ejus officina qui prodierunt libri, omnes sunt Latini, nulli tamen aut perpauca clasici. At filius ejus *Robertus* artem suam ad summum evexit fastigium: & licet alii typorum cum eo certare possint elegantia & venustate, nemo tamen emendationis fide ac diligentia comparandus cum eo erat. Cum vero superstitiones erroneque religionis tum receptæ notaret, arte sua usus est ad veritatem illustrandam, ideoque Novum Testamentum sæpè recu-

dia, eaque re hereseos suspicionem incurrit. In quantum
 enim tenebris *Quarvros* ille codex ea tempestate jacuerit,
 facilis est conjectura ex verbis tum factis a quodam Sorbo-
 nae Theologo: *Miror*, inquit, *quod isti juvenes allegant*
 F. 15. *nobis Novam Testamentum. Per Deum, habebam plucquam*
30 annos, quod nesciebam, quid esset Novum Testamentum.
 Nihilominus Robertus in animum induxit, universa Biblia
 typis evulgare suis, eamque ob rem bibliothecis Parisiis
 perlustratis, collatisque variis codicibus novam adornavit
 versionem. Ceterum cura maximus Latini sermonis cul-
 tor esset, classicos autores optimorum Grammaticorum
 scholiis illustratos edidit, itemque varia opera Grammatica,
 Linacri, Melancthonis, Nebrissenfis. Tandem cum Ca-
 lepini Dictionarium quoque in usum juventutis recudere
 juberetur, ipse vero permulta in eo desideraret, aggressus est
 laborem arduum conficiendi Thesaurum Latine lingue,
 quem duodecim annorum labore constantem excudit A.
 1543. Editis interea A. 1532 Bibliis Latinis Theologorum
 Sorbonicorum odium incurrit, qui tamen, quamdiu Franci-
 scus I regnabat, ob hujus favorem erga Robertum nihil pro-
 ficere poterant. Nam A. 1539 regius constituebatur Typo-
 graphus: ac tum non solum Ciceronis emisit opera, sed &
 XII Prophetas Hebraice, commentariis R.D. Kimchii stipen-
 tos. Ac ne ulla re litterarum cultoribus deesset ipsius stu-
 dium, deinceps etiam historicis quibusdam, cum ecclesiasti-
 cis, tum profanis, exudendis dedit operam. A. 1545 denno
 vulgavit Biblia una cum notis, ex ore Vatabli, Professoris
 46 sq. Regii, excerptis. Noster Autor annotat, multos negare,
 haec notas esse Vatabli, sed ipsius Roberti: ipse rem in me-
 dio relinquit. A. 1547 moriebatur Rex Franciscus, sum-
 mus Roberti patronus. Hic notatur Posssevini ac Morerii
 error, scribentium, hoc anno Robertum profugisse Gene-
 vam relicta Gallia ob imposturam in Vatablum commis-
 sam, surreptis & ablatis secum characteribus regiiis. Etenim
 haec omnia falso tradi, Noster probat & ex Thuani silentio &
 argumentis aliis. Speciatim furtum characterum regio-
 rum

rum falso tribui Roberto, p. 134 lqq. variis argumentis contendit iisque luculentis. Sub novo tamen Rege Robertus novas habuit cum Theologis lites, quarum historia accurate enarratur. A. 1550 edidit Novum Testamentum Græcum cum XVI codicum variis lectionibus. Grammaticos etiam Hebraicos typis scripsit, & nonnullos Patres Ecclesiæ. Genevæ aufugit A. 1552, ubi arti suæ strenue incubuit, & sponsonemque simul ad Theologos Gallos edidit. Hic Noster non credit, ejus effigiem manu carnificis Parisiis a Theologis comburi jussam esse: jocosamque, in qua id refertur, epistolam sub nomine Benedicti Passavantii editam autori tribuit Beza. Tandem cum laboraret in Thesaurum Græcæ linguæ congerendo, diem suum obiit A. 1559. Absoluta sic Roberti Vita Noster elogia ejus exhibet ex Beza Iconibus, Goldasti epistolis, Henr. Stephani Epitaphiis, Colomesti Gallia orientali, de la Caille Histoire de l'Imprimerie, Chevillerii l' Origine de l'Imprimerie, Menagii Anti-Bailletto, Teisserii Elogiis, & Simonii Hist. Crit. V. T. Hinc famam Roberti defendit variis modis impetitam, imprimis contra Jac. Thomasiæ, qui eum infamularat plagii litterarii. Exinde sequitur Vita Francisci I Stephani, dein Caroli Stephani, qui præter Dictionarium Poeticum multos libros ad rem medicam, maxime herbariam, in qua eruditissimus fuit, pertinentes edidit. De eodem inserit testimonia Caillii, Chevillerii, Menagii & Scaligeri. Horum ex prioribus duobus addit notitiam de Roberti Stephani socero, Jodoco Badio Ascensio: vitrico, Simone Colinao: affinibus Michaelæ Vascosano, Jo. Roigny, & Conrado Badio. Hæc excipit vita Henrici Stephani II, qui Græcas litteras prius didicit, quam Latinas, illasque ardentissime inde a primis ætatis annis excoluit, præceptoribus usus Petro Danesio, Jacobo Tusano, & Adr. Turnebo, Regiis Græcæ linguæ Professoribus. Tres annos peregrinatus est in Italia, in Bibliothecis Græcos excutiens autores, ubi multa reperit rariora, quæ postea edidit: hinc in Angliâ quoque, Belgio, Germania & Helvetia versatus est. Post Patris ex Gallia discessum Parisiis

sis typographiam instruxit, ibique A. 1554 Anacreontis o-
 das primum luce & Latina versione donavit, adjuncto do-
 tissimo commentario. Equidem hujus versionis Auto-
 rem esse Jo. Auratum, dixit Jos. Scaliger: sed falsum id esse,
 contendit Noster p. 221. Fama est pervulgata, Henricum
 Stephanum scripta pro Herodoto apologia fuga sibi consu-
 lere coactum esse: quo tempore cum in nivosis Arvernæ
 montibus latitaret, crematam a tortore effigiem pro ipso
 pœnas fuisse: unde sapissime eum jocatum esse, se nunquam
 magis riguisse, quam cum Parisiis ustularetur. Refert hoc
 Tollius, ejusque auctoritatem secutus Kœnigius in Biblio-
 theca sua. At Noster cum Almelveenio aliisque putat, a
 Tollio Robertum Stephanum, de quo idem, licet falso, nar-
 retur, improvide confusum esse cum Henrico. De Henri-
 co quidem id falsissimum esse, inde probat, quod is postea,
 quam id factum esse perhibeatur, & Lutetiam & aulam fre-
 quenterit regiam, immo in rei litterariæ sumtus faciendos
 regium obtinuerit stipendium. Legendum quoque hic si-
 stitur rarissimum carmen Henr. Stephani, inscriptum *Artis*
typographica querimonia: & ejusdem Epistola de suæ typo-
 graphiæ statu, nominatimque de suo Thesouro linguæ Græ-
 cæ. Probabile etiam Noster facit ipsius Henrici Stephani
 verbis, ejus librum *de origine mendorum* in lucem produsse.
 Nolumus de hoc Henrico plura afferre, nisi quod inter alia
 & hinc laudem mereri nobis videtur Autor, quod Critica-
 rum ejus emendationum diligenter & accurate meminit.
 Sequitur Vita Roberti II, qui, quod nollet ab ecclesia Roma-
 na desciscere, a paterna hæreditate exclusus, regii Typogra-
 phi munus Parisiis accepit & laudabiliter gessit. Fuisse vi-
 rum doctum, probatur allatis aliquot ejus poematibus Lati-
 nis, Græcis & Gallicis. De vita Francisci Stephani II, (p. 517)
 Patissonii, (520) Pauli Stephani, (527) Roberti III, (541)
 Antonii, (550) Henrici III Stephanorum, (527) typogra-
 phorum pariter doctissimorum, nihil addemus, quia de his
 nimis sterilis & imperfecta est Nostri narratio. Hactenus
 de Tomo priore. Posterior continens libros typis Step-

horum exscriptos in duas dispecitur partes, quarum priore libri disponuntur secundum annos factæ impressionis : posteriore secundum scientias & facultates, quas vulgo vocant. Ubi & catalogus Almeloveenianus in multis emendatur.

**TRAITE DE LA CATARACTE ET DU
Glaucome, par M. Brisseau le fils, Medecin Major
des Hopitaux du Roy & Pensionnaire de la ville
de Tournay.**

i. e.

**TRACTATUS DE CATARACTA ET DE
Glaucome, Autore BRISSEAO filio, Medico professo No-
socomiorum regionum ac Stipendiato civitatis
Tornaci.**

Parisiis, apud Laurentium d'Houry, 1709, 12.

Plag. 12 Fig. Tab. 4.

Parvum hic scriptum exhibemus paulo tardius ad nos advectum, sed in quo experientiss. Autor graviores inter oculorum affectus cataractæ, glaucomati & guttæ serenæ magnam lucem videtur scenerari. Perspicua namque oculorum anatome præmissa, cataractam horum sive suffusionem ipsius humoris crystallini existere indurationem atque opacitatem reiteratis luculenter ostendit observationibus, quarum primas mense Novembri A. 1705 Academiæ Regiæ Scientiarum Parisiensi oblatas Tornaci sub principio A. 1706, & secundas ibid. A. 1708 imprimi curavit, antequam utrasque nunc cum tertiis, nec non cum suis de glaucome ac gutta serena observatis atque objectionum responsionibus consociaret. Ingenuè tamen fatetur, eandem cataractæ formalitatem undecim circiter abhinc lustris a *Dn. Lafuier* fuisse detectam, ita ut se atque *Antonium*, qui in *Tr. de morbis oculorum*, a nobis in *Actis Mense Februario A. 1708 p. 48* recepto, similem de suffusione sententiam divulgavit, pro

suis typographiam instruxit, ibique A. 1554 Anacreontis
 das primum luce & Latina versione donavit, adjuncto do-
 ctissimo commentario. Equidem hujus versionis Auto-
 rem esse Jo. Auratum, dixit Jos. Scaliger: sed falsum id esse,
 contendit Noster p. 221. Fama est pervulgata, Henricum
 Stephanum scripta pro Herodoto apologia fuga sibi consu-
 lere coactum esse: quo tempore cum in nivosis Arvernæ
 montibus latitaret, crematam a tortore effigiem pro ipso
 penas fuisse: unde sapissime cum jocatam esse, se nunquam
 magis riguisse, quam cum Parisiis ustularetur. Refert hoc
 Tollius, ejusque auctoritatem secutus Kornigius in Biblio-
 theca sua. At Noster cum Almeloveenio aliisque putat, a
 Tollio Robertum Stephanum, de quo idem, licet falso, nar-
 retur, improvide confusum esse cum Henrico. De Henri-
 go quidem id falsissimum esse, inde probat, quod is postea,
 quam id factum esse perhibeatur, & Lutetiam & aulam fre-
 quenterit regiam, immo in rei litterariæ sumtus faciendos
 regium obtinuerit stipendium. Legendum quoque hic si-
 stitur rarissimum carmen Henr. Stephani, inscriptum *Artis*
typographica querimonia: & ejusdem Epistola de suæ typo-
 graphiæ statu, nominatimque de suo *Thezauro linguæ Græ-
 cæ.* Probabile etiam Noster facit ipsius Henrici Stephani
 verbis, ejus librum *de origine mendorum* in lucem prodisse.
 Nolumus de hoc Henrico plura afferre, nisi quod inter alia
 & hinc laudem mereri nobis videtur Autor, quod Critica-
 rum ejus emendationum diligenter & accurate meminit.
 Sequitur Vita Roberti II, qui, quod nollet ab ecclesia Roma-
 na desciscere, a paterna hæreditate exclusus, regii Typogta-
 phi munus Parisiis accepit & laudabiliter gessit. Fuisse vi-
 rum doctum, probatur allatis aliquot ejus poematibus Lati-
 nis, Græcis & Gallicis. De vita Francisci Stephani II, (p. 517)
 Patissonii, (520) Pauli Stephani, (527) Roberti III, (543)
 Antonii, (550) Henrici III Stephanorum, (527) typogra-
 phorum pariter doctissimorum, nihil addemus, quia de his
 nimis sterilis & imperfecta est Nostri narratio. Hactenus
 de Tomo priore. Posterior continens libros typis Step-

horum exscriptos in duas dispescitur partes, quarum priore libri disponuntur secundum annos factæ impressionis : posteriore secundum scientias & facultates, quas vulgo vocant. Ubi & catalogus Almeloveenianus in multis emendatur.

**TRAITE DE LA CATARACTE ET DU
Glaucome, par M. Brisseau le fils, Medecin Major
des Hopitaux du Roy & Pensionnaire de la ville
de Tournay.**

i. e.

**TRACTATUS DE CATARACTA ET DE
Glaucome, Autore BRISSEAU filio, Medico professo No-
socomiorum regionum ac Stipendiato civitatis
Tornaci.**

Parisiis, apud Laurentium d'Houry, 1709, 12.

Plag. 12 Fig. Tab. 4.

Parvum hic scriptum exhibemus paulo tardius ad nos advectum, sed in quo experientiss. Autor graviores inter oculorum affectus cataractæ, glaucomati & guttæ serenæ magnam lucem videtur fœnerari. Perspicua namque oculorum anatome præmissa, cataractam horum sive suffusionem ipsius humoris crySTALLINI existere indurationem atque opacitatem reiteratis luculenter ostendit observationibus, quarum primas mense Novembri A. 1705 Academiæ Regiæ Scientiarum Parisiensi oblatas Tornaci sub principio A. 1706, & secundas ibid. A. 1708 imprimi curavit, antequam utrasque nunc cum tertiis, nec non cum suis de glaucome ac guttæ serena observatis atque objectionum responsionibus consociaret. Ingenuè tamen fatetur, eandem cataractæ formalitatem undecim circiter abhinc lustris a *Dn. Lafnier* fuisse detectam, ita ut se atque *Antonium*, qui in *Tr. de morbis oculorum*, a nobis in *Actis Mense Februario A. 1708 p. 68* recensito, similem de suffusione sententiam divulgavit, pro

pro primis saltem venditet, qui eodem fere tempore ab oblivione illam novis suis observationibus vindicassent. Ne *Borellum* addamus atque *Rolfincium*, quorum ille *Append. ad Obs. 61*, hic vero *Dissert. Anat. lib. 1. cap. 13*, humorem itidem crystallinum pro cataractæ oculorum subjecto annotarunt, quosque etiam Viri clarissimi *D. Gottfridus Thomasius & D. Laurentius Heister* nuper in *Academia Naturæ Curiosorum Ephemeridibus Obs. 199 & 196* allegarunt, cum laudatus *Heister* militem susteret perfecta cataracta laborantem, in cujus ab obitu oculo inciso lentem pariter crystallinam opacam, margaritæ æmulam, deprehenderit. Noster nempe postquam pluribus experimentis in oculis brutorum factis cognosceret, acua pro cataracta deponenda oculo solenni ratione vix immitti posse, quin lens crystallina simul trajiciatur, de suffusionis in humore aqueo sede vere dubitare primum cepit, verum occasionem mox nactus in cadavere militis, cujus oculum sinistrum cataracta occupaverat, hanc acu e situ dejiciendi, ex sectione talis oculi certior plane factus fuit, se cataractæ vice ipsum humorem crystallinum subvitream detrusisse. Unica nihilominus observatione haud contentus varias alias porro enumerat, tum a se, tum ab aliis, successive habitas, quæ omnes lentem crystallinam in cataracta duritiem & opacitatem acquirere aperte innuant. Ab *Antonio* autem, glaucoma in humore crystallino exsiccato collocante atque peculiare cataractæ appendices alleverante, multum dissentit, quod appendices tales inventæ tantum videantur ad operationis facilitatem magis occultandam & Chirugos vulgares ab ea arcendos, glaucoma vero humor potius vitreus habeatur, durior itidem & opacus redditus. Glaucoma enim, si lens crystallina esset exsiccata, affectibus incurabilibus ab omnibus immerito accenseretur, quoniam tunc acu non minus ac cataracta e loco suo posset deturbari; glaucoma vero humorem vitreum existere, in duritiem & opacitatem versum, duabus comprobatur observationibus, quarum alteram ipse annotavit, alteram vero a *Dn. Marschallo*, primario Regis

Chi-

Chirurgo, accepit, ceu cui in celeberrimi quondam Medici Burdelotii oculo a morte dissecto dextro non solummodo humorem crystallinum opacum, sed & humoris vitrei sinuositatem, in qua prior continetur, colore subflavo obscuratam, licuerit cernere. E diverso guttam serenam, præterquam quod aliquando a nervo optico paralytico inducatur, sæpius ab humore vitreo penitus dissoluto dependere, duobus imprimis exemplis adstruit, omnes cataractas, quas vacillantes dicunt, semper cum gutta serena sive corporis vitrei dissolutione conjunctas observans. Responiones denique, quibus objectiones diluit ab utroque *de La Hire, Litre, Mery & Woolbuiyse* adversus suam de cataracta sententiam motas, eo magis transcribere super sedemus, quò minus prolixiores esse cupimus, magis autem Lectori placere, si in *Tab. IV Fig. 16* acum proferamus, quam Noster pro cataracta commodius deponenda invenit, atque inter Figuras, quibus oculorum æque partes ac suffusionis depressionem chirurgicam illustrare voluit, in *Tab. I Fig. 2* adumbravit.

Fig. 16 representat acum recens propter operationem **TAB. IV.** cataractæ inventam, quæ tamen tertiam partem a globulo **Fig. 16.** usque ad apicem longior esse debet, quam quidem in hac figura fuit expressa.

J. Manubrium acus octogonum. K. Trochlea, cujus ope cum manubrio conjungitur.

L. Parvus globulus regulæ loco inserviens, ad profunditatem cognoscendam, qua acus globum oculi intravit.

M. Apex acus, in forma grani hordei sectus, planus, utrinque scindens & crenam obtinens trium linearum longitudine, instar instrumenti, quod Galli appellant *gonge*.

Z. Latus acus crenatam respiciens, aliter efformatum, quam reliqua septem latera, quæ plana sunt & polita.

HISTOIRE DES REVOLUTIONS DE Portugal.



T t t

i. e.

i. e.

HISTORIA DE RERUM IN LUSITANIA
Conuersionibus; Autore Abbate DE VERTOY, e Societate Regia Inscriptionum & Nominatum.

Parisiis, apud Mich. Brunetum, 1711, 12 maj.
 Plag. dimid. 37.

OMnibus Historiarum amatoribus hi Commentarii esse debent acceptiores, quo propius nostram memoriam attingunt & quo pulchrius persequuntur argumentum. Ita vero scribit Auctor, ut non narrare sed oculis visa tradere videatur. Nos, quantum licet, Autorem mittimus in compendium.

In principio exponit situm Lusitaniæ: temperiem aeris sanam: potestatem Principis nullis limitibus circumscriptam: Lusitanorum mores incitatos, feroces, magisque ad superstitionem propensos quam ad veram pietatem: fabulosam originem, quasi a Tubale descendant, rejicit; certum contra esse asserit, Romanos & Carthaginenses in imperio sibi successisse, Gothosque sub initiis Seculi V Hispaniam & Portugalliam inundasse, quorum ultimus Rex Rodericus A. 712 ab Arabibus regno exutus fuerit. Quos iterum luxu & æmulatione (quum Lusitaniam diversi Gubernatores obtinerent) jam fractos, Henricus Comes Burgundiæ subegit. Cui propterea sub initiis Sec. XII Alphonfus VI concedit exercitum, & filiam in matrimonium, devotæque a se provincias in dotem dedit. Nondum Regis nomen tenuit, fundamenta Regni jecit: quod tamen Filius Alphonfus A. 1139 post ingentem obtentam victoriam, a militibus Comitibus Alphonfi recepit. Tandem Sebastianus ascendit thronum: cui, quibus cura adolescentis ingenii formandi erat demandata, nil nisi propagandæ Religionis studium inspirabant. In regno Marocco Muleus Mahamet cum Patruo de regno disceptabat, sed ita, ut succumberet, & Sebastianum in subsidium vocare necesse haberet,

quod

quod etiam, reclamantibus licet omnibus Sebastiani Mini-
 stris, impetrabat. Rex prælii cupidissimus, & de victoria ob-
 simulatum timorem Mulei Moluc, qui ipsum e mari in
 terram protrahere studebat, securus, victus est, & ut Autor
 tradit, in prælio interfectus. Ipse tamen Moluc morbo, Ma-
 hamet vero vadis periit. Cardinalis Henricus successit:
 quo brevi post mortuo, multi ambierunt Regnum, utpote
 Philippus II, Catharina Vxor Jacobi Ducis Brigantini &c.
 Philippus erat natus ex Isabella Filia natu maxima Emanu-
 elis. Vxor Ducis Brigantini orta a Principe Eduardo Filio
 ejusdem Emanuelis. Hos & reliquos exhibet Autor in ta-
 bula. Vxor Ducis urgebat Legem fundamentalem, qua
 excluderentur filiarum nuptæ exteris: Philippus, Regem Hispa-
 niarum in Lusitania censerî posse exterum, negabat. Litem
 hæc decidebat Dux Albanus, immissis Philippi copiis. Tum
 vero Oliverius ingentium tributorum exactionibus, &
 servitiis militaribus, ad quæ in exteris bellis præstanda juve-
 na adhibebat, Lusitaniæ vires diminuebat. Quæ tandem su-
 perbia, cum intolerabilis videretur, Lusitanorum animi
 movebantur. Margaréta A. 1640 Vice-Regis munere fun-
 gens, & Vasconcellus status Secretarii dignitate gaudens,
 summam rerum tenebant. Sed istis magis titulo, hic re. Ne
 igitur Lusitani res novas molirentur, hic inter præcipuos
 diffidia excitabat & fovebat. Unus Dux Brigantinus ad-
 hæc timendus videbatur. Erat tamen natura animo quietis
 studioso. Ceterum ad quæ animum applicabat, facile perspi-
 ciebat, saltem applicare non desiderabat. Hæc v. Theodosius
 ipse patens hereditarium odium erga Hispanos, & stimu-
 los vindicande sibi debita coronæ ipsi reliquisset, impetum
 natura sequutus, quæ ipsum ad tranquillam vitam ducebat,
 suspicionem Hispanorum a se amoliebatur. Sed populus
 aliquando in tumultu pro ejus domo publice vota fecerat,
 quod ipsum suspectum reddebat Hispanosq; docebat, quam
 graviter Philippus II peccasset, quod hæc gentem in media
 Lusitania reliquisset. Hunc ergo oblati quibusdam spartis
 ex Portugallia studebant elicare, sed frustra blanditiis de-

inder eum circumveniri posse credebant, hinc exercitum contra Gallos ipsi committebant. Secreto autem Lopeio Osorio mandaverant, ut ipsum in Hispaniam mitteret; sed res parum feliciter succedebat. Dux interim secundum concessam sibi libertatem omnes civitates Portugalliae adibat, omnium ad se animos variis artibus pertrahens. Inprimis, Pinto Riberac ipsum instigabat, ac opera & consiliis adjuvabat: qui cum jam auctoritate sua & principum Virorum, & sortis infimae hominum animos ad ingens hoc facinus preparasset, principes conjurationis convenere, ubi Archi-Episcopus Lisbon. oratione composita & Hispanorum injurias, & Principis Brigantini virtutes & jurata exaggerabat, ut omnium vota cum suis juncta videret. Res a nonnullis proposita est Duci, cujus tamen animus minus eo ferri videbatur, nisi quod crederetur non recusaturus coronam, si oblata fuisset. Uxor vero Ducis, ad omnes regnandi artes & natura & institutione facta, in proposito acceptandi coronam ita ipsum confirmabat, ut nihil dubii relinqueret. Quantopere autem omnia consilia tegebantur, ita tamen Hispanis obscura manere non poterant, ut non ex rumoribus unum alterumve perciperent. Dux accersitur Madritum, sed Nobilem quendam eo mittit, hominem prudentem qui ipsum excusando moras neceret. Interea complices conjurationis, festinatione opus esse rati, urgebant Ducem, remque facilem fore demonstrabant, cum & ipsa Vice-Regens conquereretur, se ad nulla consilia adhiberi, quamvis animi virtutibus & prudentia satis valeret. Caput regni Lisbonam primum esse occupandam, suadebant, quam facile ceterae civitates essent sequuturæ. Cives duos maximae auctoritatis in suas partes trahebant, qui ad hoc opus reliquos cives clam animarent. Sic Cal. Dec. 1640 executioni destinabantur Secretarii mors, quin & Archi-Episc. Bracar. nisi quidam impediissent, concluderetur. Mirum, quanta omnes fide & diligentia arcanum hoc tenerint: dies & hora apparuit, Pastor quidam Sacram Crucem manibus præferens, reliquis præcedebat, quem omnes venerabantur & fugiebant. Se.

cretarii palatium aggrediebantur, ipsumque conficiebant, perque fenestras præcipitem projiciebant, clamantes: perit tyrannus, floreat libertas & Johannes Rex Lusitania! Quod incredibili lætitia & clamore excipiebat populus. Arcem, quæ a Regina ad Præfectum eam reddendi mandatum extorsissent, sine labore statim occupabant. Archi-Episcopus Lisbonensis Præses Senatus declarabatur, qui Archi-Episcopum Bracarensem deposcebat Collegam, ut vel reum redderet coram Hispanis, si acciperet, vel coram Lusitanis, si recusaret. Maluit tamen recusare. In omnes Provincias nuncii mittebantur, mandatis instructi, ut Dux Rex proclamaretur. Mox Regina palatium, futuri Regis sedem, jubebatur relinquere. Inter hæc Mello & Mendoza mittebantur ad Ducem, qui provoluti ad ipsius pedes, hoc solo signo luculentius perorabant, quam vel disertissimus facere potuisset. Proficiscebatur Lisbonam, ubique votis & acclamationibus exceptus. Civitates ipsius imperio se submitunt fere omnes. Diademate Regio ornatur; Regina non ita multo post magnificentia summa Lisbonam introducitur. Rex inde novitius urbibus ad confinia sitis præfecit homines, quorum & cognita fides & perspecta in bello esset virtus. Status Regni d. 28 Jan. 1641 convocabat, examinatos Jura sua in hoc Regnum. Tributa ab Hispanis populo imposita remittebat: principes conjurationis ad summos honorum gradus evehebat, in quibus solus Pinto eorum expers manebat, qui tamen multum apud ipsum gratia poterat, Foederibus se jungebat cum hostibus Hispanorum Gallis, Batavis & Catalaunis tumultuantibus. Archi-Episc. Bracarenensis omni aditu ad Vice-Reginam excludebatur; hinc nihil nisi vindictas meditabatur, quas se non facilius confequi posse credebat, quam si ejusmodi consilia etiam insinua- ret in animis magnorum, qui invidis oculis intuebantur fortunas domus Brigantinae. Imprimis Marchionem de Villa Regia ad suas partes pertrahebat, ipsi exprobrans, quod solus cum Duce Averiensis, quamvis sint ambo sanguine Regio orti, munerum expers mansisset, Administratores Inqui-

fitionis, magis formidabiles bonis, quam malis, ut Autor dicit, etiam sibi adjungebat. Immo cum ipsis Judæis, libertate conscientie iis promissa, consilia communicabat, eosque sibi devinctos volebat. Porro concludebatur, ignem palatio & multis domibus esse injiciendum: quo extinguendo dum occupati essent plurimi, Regem esse interficiendum: Reginam vero & liberos captivos ducendos, quo ita arce potirentur: classe instructa occupandum portum, & exercitu ad confinia admoto urbes opprimendas. Mercatori cuidam, cui ob frequens commercium soli litteras in Hispaniam mittendi erat permittum, Epistolam insinuabant. Quæ cum in manus Marchionis de Diamante pervenisset, ad Regem Lusitanie mittebatur. Sic tela prævisa minus nocebant: exercitum quippe Lisbonam convocabat Rex: complices conjurationes in carcerem conjiciebat, qui omnes confitebantur crimen: ceteros morte, Archi-Episcopum vero & Magnum Inquisitorem, gratiam initurus apud Pontificem, qui favore in domum Austriacam recufabat novi Regis accipere legatos, carcere perpetuo damnabat. Ex eo Rex Lusit. novos tumultus contra Philippum excitare studebat. In Ducis Alsidonia, Uxoris fratris, animo semina seditionis jamdum sparserat: quam Marchio Dajamonte Dominus Castellæ, utriusque cognatione conjunctus, insigniter permovebat. Is militum imprimis animos, quibus stipendia non erant soluta, & populi, qui vectigalibus onerabantur, sibi adjungebat. Monachus Nic. de Velasco ord. Franciscani, consiliis instructus a Marchione, in oppidum quoddam proficiscitur. Ubi tanquam speculator catenis vincitus ad Regem ducitur. Sed causabatur, se liberandi ex captivitate Castellani cujusdam causa eo esse profectum: & captivus quidem ille libertatem ope ejus obtinebat, sed & arcani istius particeps factus, quod Ducem Andalusie brevi Regem visurus esset, simulata lætitia, impetrabat, ut sibi ad Ducem & Marchionem litteræ concrederentur. Quibus acceptis, Madritum proficiscitur, rem omnem Ministro exponit, hic Regi, Rex, cui nos

animi vigor & acumen sed diligentia deerat, & qui diu observaret spiritus regios Ducis Assidonæ, objiciebat Ministro, omnes calamitates Hispaniæ ab ipsius oriri cognatis. Sed pro more rem Ministro commendabat, ut in eam inquireret. Ergo referebat, videri Monachum ita instructum, ut hæc talia effingeret, Ducemq; redderet suspectum. Mox & accersebat Ducem, suadebatq; ut, sive reus sive innocens esset, properaret; certe extra periculum futurum. At is gratiæ certus, fortunæ, si in infidelitate permaneret, incertus, supplicis factus Regi, gratiam impetrabat, ac postea regem Lusitaniæ ad singulare certamen provocabat. Marchio Dajamonte vero supplicio afficiebatur. Rege Lusit. A. 1656 d. 6 Nov. mortuo, magis pietate quam fortitudine laudando, Regina administrationem regni capiebat: Ducem exercitus Frid. Comitem Schombergium eligebat. Is jussu Reginæ filiam ipsius Regi Angliæ in matrimonium offerebat, quod Cancellarius Hyde etiam eidem persuadebat. Regni hæres Alphonsus, ut erat moribus ferocissimis, a Regina poscebat, ut sibi cederet imperium, quod sponte fecit, anno sequenti 1660 mortua, fœmina utriusque sexus virtutibus ornata. Hispani contra Lusitaniam, bono Principe destitutam, Joannem Austriacum mittebant: contra quem tamen se fortiter Schombergius tuebatur. Petrus vero Frater optimis Ministris urebatur, ipse prudentia conspicuus. Hinc Regina, raræ pulchritudinis fœmina, de Rege conqueritur, quod, ut dicebat ipsa, optime sciret, se non ejus uxorem esse, reditumque in patriam exposcit. Petrus ergo regni administrator constituitur: pacemque cum Hispanis procurat 1668. Hinc Caput Ecclesiæ Cathedralis matrimonium Regis ex voluntate Reginæ irritum declarat: quam postea Petrus in matrimonium accipiebat. Eodem anno Alphonsus in exilium migrabat, donec postea in patriam revocaretur: in qua A. 1683 mortem cum vita commutavit. Infelici Principi de pristina dignitate nil nisi titulus Regis reliquus manserat, quem post ejus mortem Petrus assumebat.

HENRICI KIPPINGII ANTIQUITATUM

Romanarum Libri quatuor.

Lug-

Lugduni Batavorum, apud Petrum van der Aa, 1713, 8 maj.
Alph 2 plag. 5½ cum fig. æn.

Quanto applausu orbis eruditi opus hoc exceptum fuerit, septies iteratæ ejus editiones, quarum prima A. 1661 lucem adspexit, testantur. Prodit nunc octava, in qua textus, nomina Autorum, citationes atque ipsa loca citata, quæ omnia in prioribus editionibus mendis variis defœdata erant, multo studio emendata deprehenduntur: neq; ea, quæ ad nitorem operi huic conciliandum pertinent, ab eo, qui novam hanc editionem curavit, omissa sunt. Paginis subiecta sunt excerpta quædam Viri docti, quæ Editor ex Bibliotheca eruditissimi Viri, Alexandri Dukeri, accepit. Et quia antiquitates, si oculis depictæ adspiciantur, promptius intelliguntur altiusque imprimuntur memoriæ, e re fore Editori visum est, figuras præcipuas rerum notatu dignissimarum ex fidelibus virorum doctorum commentariis selectas & eleganter æri incisas addere. Præfationi subijcitur vita Autoris, a Johanne Havighorst, verbi divini Ministro & Professore Bremensi, descripta & Editori communicata. Tempus nativitatis non memoratur. *Postquam jam Philosophiæ magister Rostochii creatus esset, interceptus est in itinere a militibus, qui eum castra sua sequi coegerunt. Quam vitam cum per aliquod tempus duxisset, accidit, ut Consiliarius Suecicus, Alexander a Erskain, Stadæ eum excubias agentem atque altera manu arma, altera librum (is erat Strabonem) legentem videret. Captus rei novitate Erskainius hominem ad se venire jussit, cognitaque ejus eruditione ac non minore modestia, bibliothecæ suæ, quam illustratissimam habuit, eum præfecit. Cujus usu cum indies doctior evaderet, Correctoratum Athenæi Suecici, quod Bremæ est ad eadem D. Petri, obtinuit. Edidit vero illo tempore libros varios eruditissimos, quorum catalogus in hac editione post vitam Autoris compareret. Cœlebs obiit Bremæ A. 1678 d. 26 Febr. in cathedra Scholastica apoplexiæ morbo correptus & in auditorio expirans. Editor appendicis loco his Antiquitatibus subjecit Justii Lipsii tractatus septem, qui raro occurrunt, nec in voluminibus reliquorum ejus operum inveniuntur, nimirum *de veterum Latinorum scriptura, de re pecuniaria veterum Romanorum, de nominibus Romanorum, de ritu conviviorum apud Romanos, de censura Scensu, de anno ejusque diversitate, item mentione intercalandi, de crucis supplicio apud Romanos usitato.**

(519)

ACTORUM
ERUDITORUM,
Qua Lipsia publicantur,
SUPPLEMENTA.
Tom. V Sect. XII

Wahrhafte Beschreibung von Hessen und
Hersfeld.

i. e.

VERA DESCRIPTIO PRINCIPATUUM
*Hassiae & Hersfeldiae; Autore JOHANNE JUSTO
WINKELMANNO.*

Partes V.

Bremæ, apud Hermannum Brauer, 1711, fol.

Alph. 6 plag. 17.

Partes has V, vivo adhuc Autore, A. 1697 prelo absolutas, sed nunc primo vulgatas Bibliopola brevi sextam seu ultimam, cujus itidem jam Alphabeta quatuor, cum hic tomus ederetur, typis impressa fuerunt, subsecuturam promittit; quam & nuperrius prodiisse accepimus. Prima pars originem incolarum, & naturalem terræ situm ac dotes exponit. Aeris salubritas imprimis laudatur, teste Hermanno Buschio, celebri Westphalo, qui dicere solitus fuit, aerem Hassiacum rosas spirare. Longitudinem terrarum Serenissimis Landgraviis Hassiæ subjectarum triginta trium milliarium Germanicorum cum dimidio, latitudinem viginti septem milliarium esse, computat. Parte secunda singulæ provinciæ & urbes cum pagis notatu dignioribus describuntur, additis fere ubique insignibus Heraldicis non solum ipsarum provinciarum &

P. 12.
16.

U u u 10-

locorum, sed etiam familiarum illustrium ac nobilium, partim emortuarum, partim adhuc florentium, quæ aliquas e provinciis locisque recensitis possederunt vel adhuc possident. Insignia hæc plerumque typis ligneis impressa exhibentur, adjuncta eorum descriptione versibus Latinis & Germanicis expressa, ubi tamen sæpe quædam ad plenariam descriptionem pertinentia, poscente metri ratione, Autor omittere coactus fuit. Comitatus etiam urbesque in vicina Wetteravia aliisque adjacentibus regionibus, quamvis Landgravios superiores non agnoscant, describit & genealogica multa immiscet. In Principatu inferiori Hassiæ sequitur topographiam Hermanni Landgravii, qui omnes urbes & arces, pagosque complures magno studio ipse descripsit, eamque descriptionem manu sua exaratam ad Auctorem nostrum Rothenburgo A. 1653 transmissit. Impressum quidem jam fuit opus istud A. 1655 in appendice Topographiæ Hassiæ, quam Merianus curavit, nulla Serenissimi Autoris mentione facta: sed in libro, quem recensemus, multa studio Winkelmanni accesserunt. Parte tertia Hassorum cum veterum tum hodiernorum mores, migrationes, matrimonia, educatio, victus, vestitus, Juri, linguæ, commercia & ritus funebres exponuntur. Quartam partem ea, quæ ad religionem & Academiâs Scholasq; pertinent, tam antiqua quam recentia, absolvunt. Quinta denique Autor statum politicum ac leges, gentisque imperantis eminentissimæ, titulos, insignia, pacta imprimis mutæ defensionis ac successionis, cum domo Brandenburgica & Saxonica inita, aufregas, tribunalia reditusque persequitur. Hæc brevissimis de priori hac operis Parte: de posteriori, cum primum ad nos pervenerit, dicemus in Actis ipsis paulo curatius.

A DISCOURSE, CONCERNING THE
true Import of the Words Election and
Reprobation, &c.

i. e.

DIS-

*DISSERTATIO DE VERA SIGNIFICATI-
one vocum Electionis & Reprobationis, & rebus per eas in
Scriptura S. notatis, de universalitate Redemptionis Christi,
de Gratia Dei sufficiente & irresistibili, de Libertate Arbitrii
in statu probationis, denique de perseverantia & defectibilitate
Sanctorum, cum Animadversionibus quibusdam de statu
Gentilium, Dsiq; Providentia ac Præscientia; Autore DA-
NIELE VVHITBY, S. Theol. D. & Ecclesie Cathedralis
Sarisberiensis Cantore.*

Londini, apud Joh. Wyat, 1710, 8.

Alph. 1 pl. 16.

EN tibi resuscitatam, quam pridem inter Anglos sepul-
tam judicavisses, de Electione & Reprobatione absolu-
ta, & reliquis eo spectantibus Theologicis quaestionibus
controversiam, quæ nunc inter Duum viros non incelebres
Johannem Eduardum & Danielem Whitbyum vehementer
recrudescit. Est vero noster, cujus nunc exhibemus librum,
quemque in his Actis jam sæpius, utpote Suppl. T. III p. 412,
A. 1704 p. 145 & A. 1711 p. 95, ex merito commendavimus, Cl.
Whitbyus ab eorum partibus, qui non modo decretum,
quale Calvinus scholis placet, absolutum maxime averfan-
tur, sed & ita in contraria quæque discedunt, ut peccati quo-
que originalis labem, & quicquid ab illo humana natura
traxisse vulgo creditur, in libertate arbitrii circa bonum de-
trimenti, simul rejiciat atque inficietur, ut nos quidem, qua
in re a Remonstrantium placitis discedat, vix quicquam in-
veniamus. Testatur vero in Præfatione, tam longe se abes-
se a præjudicio educationis vel autoritatis in hisce doctri-
nis, ut potius unicuique constet, Academicos sibi annos sub
iis Doctoribus esse transactos, qui aperte Calvinus sententia
fuerint imbuti, eamque, solam quippe tunc sibi cognitam, se
quoque pro vera olim habuisse. Cum vero semper ipsi ex
miris istius dogmatis, quod imputationem peccati Adami-
tici ad omnem posteritatem devolutam asserit, consequen-
tius non leves essent oborti scrupuli, tum vero docet, eos cum

W u u 2

ma-

maxime excitatos fuisse, postquam in Colloquio cum Defista, Scripturæ S. & fidei Christianæ veritatem probare con-
 nitenti, gravis doctrinæ hujus absurditas ita fuisset objecta,
 ut, quid ad ejus argumenti vim eludendam promeret, nihil
 ipse quidem posset invenire. Simile quid ab alio circa rigo-
 rem Stoico-similem dogmatis de æterno reprobationis de-
 creto Roman. IX aperte traditi, Scripturæ S. oppositum, sti-
 mulos ait sibi majores addidisse, ut in fundamenta utrius-
 que doctrinæ magno cum studio inquireret, ac præcipue ja-
 ctatum circa peccati originalis imputationem totius Anti-
 quitatis Ecclesiasticæ consensum curiose examinaret. Quam
 cum inde ab his omnibus multum abhorrere deprehenderit,
 ac Hæreticos potius, Valentinos, Marcionitas, Manichæos
 aliosque, qui homines *Φύσει Φάουλως* existimaverint,
 iisdem quandoque locis Scripturæ, quibus nunc Calvinus
 schola se tuetur, abusos, ab antiquis Patribus ex iisdem
 argumentis, quæ nunc Calvino opponuntur, rejectos fuisse
 & condemnatos, inde inquit non dubitasse se, quo minus,
 spreta Pelagianismi vel Semi-Pelagianismi criminatio-
 ne, quæ plerisque summis Angliæ Theologis jam dudum
 placuere, ipse quoque paulo prolixius promeret & deduce-
 ret. Neque vero nos in libro hoc recensendo admodum
 erimus prolixus, siquidem nemo non facile divinat, in con-
 troversia toties a seculis & amplius agitata ac iterum
 iterumque excussa haud facile quicquam valde novi aut in-
 foliti, quod non aliis jam fuerit observatum, potuisse promi.
 Ac poterat forte totum opus paulo minori mole prodire, si
 ab iterata sæpe eorundem argumentorum repetitione
 aliquanto magis Autor abstinuisset. Totum vero opus con-
 stat Dissertationibus VI; quarum I est de Electione & Re-
 probatione, ubi Noster & vocem *ἀδίκου* in N. T. nihil ali-
 cum decreto aliquo condemnationis habere commune, &
 reliqua loca Prov. XVI, 4, Joh. XII, 38, 1 Pet. II, 7, 8, Jud. v. 4
 nihil ad illud probandum facere, contrariari vero illud om-
 nino omnibus Dei perfectionibus, quæ vel a natura nobis
 innotescunt. Similiter & vocem *ἐκλογῆς* & *ἐκλεκτῶν* in N.

Tch.

Test. non de Personis singulis, sed integris Ecclesiis. non ad Gloriam, sed ad Gratiā electis, usurpari, neque voces *πρόδοσις, πρῶτος, & πρῶτος* aut loca Joh. VI, 37, 39. Act. XIII, 48, Rom. VIII, 28, 29, 30, 2 Tim. II, 19, quicquam absoluti inferre. Imprimis fundamentum totius rei, in peccati originalis arbitraria imputatione in omnem posteritatem a Deo facta situm, subvertere & locum ejus doctrinæ classicum Rom. V, 12 aliter, quam vulgo id fit, explicare conatus, denique totam disquisitionem unanimi Patrum usque ad Augustinum omnium consensu, quo absolutum tale decretum rejiciunt, concludit. Dissertatione secunda de universalitate Redemptionis Christi agit, eaque ex Rom. V, 16, 2 Cor. V, 15, 1 Tim. II, 3, 4, Tit. II, 11, 12, Hebr. II, 9, 2 Pet. III, 9, ex titulo Servatoris totius *Mundi*, nec non 2 Cor. VIII, 11, Rom. XIV, 15, Hebr. X, 26, 29, 2 Pet. II, 1, aliisque argumentis prolixè adstruitur, & infirma adversariorum, quæ in contrarium solent afferri, argumenta haud difficulter resolvuntur. Dissertatione tertia de sufficiente & efficace, communi & speciali Gratia quæritur, quam quidem vocem ex Scripturæ sensu nunquam id notare, quod vulgo in Theologorum scholis solet notare, docetur, Gratiæ tamen divinæ operationem cum in inchoando, tum in perficiendo opere conversionis utramque facere paginam admittitur, ita quidem, ut ea non vi irresistibili vel influxu physico operetur, sed suasionem saltem morali, Spiritu S. veritates divinas vel intellectui nostrø clarius representante, vel semel perceptas ad fortius persuadendum graviter in memoriam revocante. Solvuntur porro argumenta eorum, qui irresistibilis Gratiæ necessitatem urgent, ac imprimis ea, quibus vulgo solent probare, hominem in opere conversionis non nisi passive se habere, v. g. ubi dicitur mortuus in peccatis, resuscitandus, vel recens creandus, circumcidendus, sine Christo nihil posse facere, & alia id genus multa. Dissertatio quarta de Arbitrii humani libertate agit, cujus quidem asserendi potissimum Cl. Autori fundamentum esse videtur, quod homo sit in statu probationis, qui immu-

maxime excitatos fuisse, postquam in Colloquio cum Deista, Scripturæ S. & fidei Christianæ veritatem probare con-
 nitenti, gravis doctrinæ hujus absurditas ita fuisset objecta,
 ut, quid ad ejus argumenti vim eludendam promeret, nihil
 ipse quidem posset invenire. Simile quid ab alio circa rigo-
 rem Stoico-similem dogmatis de æterno reprobationis de-
 creto Roman. IX aperte traditi, Scripturæ S. oppositum, sti-
 mulos ait sibi majores addidisse, ut in fundamenta utrius-
 que doctrinæ magno cum studio inquireret, ac præcipue ja-
 ctatum circa peccati originalis imputationem totius Anti-
 quitatis Ecclesiasticæ consensum curiose examinaret. Quam
 cum inde ab his omnibus multum abhorrere deprehen-
 derit, ac Hæreticos potius, Valentinianos, Marcionitas, Ma-
 nichæos aliosque, qui homines *Φύσει Φάουλως* existimave-
 rint, iisdem quandoque locis Scripturæ, quibus nunc Cal-
 vini schola se tuetur, abusos, ab antiquis Patribus ex iisdem
 argumentis, quæ nunc Calvino opponuntur, rejectos fuisse
 & condemnatos, inde inquit non dubitasse, quo minus,
 spreta Pelagianismi vel Semi-Pelagianismi criminatione,
 quæ plerisque summis Angliæ Theologis jam dudum
 placuere, ipse quoque paulo prolixius promeret & deduce-
 ret. Neque vero nos in libro hoc recensendo admodum
 erimus prolixo, siquidem nemo non facile divinat, in con-
 troversia toties a seculis & amplius agitata ac iterum
 iterumque excussa haud facile quicquam valde novi aut in-
 foliti, quod non aliis jam fuerit observatum, potuisse promi.
 Ac poterat forte totum opus paulo minori mole prodire, si
 ab iterata per sæpe eorundem argumentorum repetitione
 aliquanto magis Autor abstinuisset. Totum vero opus con-
 stat Dissertationibus VI; quarum I est de Electione & Re-
 probatione, ubi Noster & vocem *ἀδίκως* Θ in N. T. nihil ait
 cum decreto aliquo condemnationis habere commune, &
 reliqua loca Prov. XVI, 4, Joh. XII, 38, 1 Pet. II, 7, 8, Jud. v. 4
 nihil ad illud probandum facere, contrariari vero illud om-
 nino omnibus Dei perfectionibus, quæ vel a natura nobis
 innotescunt. Similiter & vocem *ἐκλογῆς* & *ἐκλεκτῶν* in N.

Telt.

Test. non de Personis singulis, sed integris Ecclesiis, non ad Gloriam, sed ad Gratiam electis, usurpari, neque voces *πρόδοσις, προγνώσις & προνομία* aut loca Joh. VI, 37, 39, Act. XIII, 48, Rom. VIII, 28, 29, 30, 2 Tim. II, 19, quicquam absoluti inferre. Imprimis fundamentum totius rei, in peccati originalis arbitraria imputatione in omnem posteritatem a Deo facta situm, subvertere & locum ejus doctrinæ classicum Rom. V, 12 aliter, quam vulgo id fit, explicare conatus, denique totam disquisitionem unanimi Patrum usque ad Augustinum omnium consensu, quo absolutum tale decretum rejiciunt, concludit. Dissertatione secunda de universalitate Redemptionis Christi agit, eaque ex Rom. V, 16, 2 Cor. V, 15, 1 Tim. II, 3, 4, Tit. II, 11, 12, Hebr. II, 9, 2 Pet. III, 9, ex titulo Servatoris totius *Mundi*, nec non 2 Cor. VIII, 11, Rom. XIV, 15, Hebr. X, 16, 29, 2 Pet. II, 1, aliisque argumentis prolixè adstruitur, & infirma adversariorum, quæ in contrarium solent afferri, argumenta haud difficulter resolvuntur. Dissertatione tertia de sufficiente & efficace, communi & speciali Gratia quæritur, quam quidem vocem ex Scripturæ sensu nunquam id notare, quod vulgo in Theologorum scholis solet notare, docetur, Gratiæ tamen divinæ operationem cum in inchoando, tum in perficiendo opere conversionis utramque facere paginam admittitur, ita quidem, ut ea non vi irresistibili vel influxu physico operetur, sed suasionè saltim morali, Spiritu S. veritates divinas vel intellectui nostrò clarius representante, vel semel perceptas ad fortius persuadendum graviter in memoriam revocante. Solvuntur porro argumenta eorum, qui irresistibilis Gratiæ necessitatem urgent, ac imprimis ea, quibus vulgo solent probare, hominem in opere conversionis non nisi passivè se habere, v. g. ubi dicitur mortuus in peccatis, resuscitandus, vel recens creandus, circumcidendus, sine Christo nihil posse facere, & alia id genus multa. Dissertatio quarta de Arbitrii humani libertate agit, cujus quidem asserendi potissimum Cl. Autori fundamentum esse videtur, quod homo sit in statu probationis, qui immu-

nem non modo a coactione, sed & a necessitate libertatem requirat, atque adeo, quicquid argumentorum a libertate Dei, Angelorum bonorum malorumve ad alterum semper determinata petatur, inutile reddat, cum illi omnes jam non sint in statu probationis. Alia argumenta lubentes præterimus, id modo notantes, prolixum esse in eo Cl. Autorem, ut Calvinianæ de libertate hominis a sola coactione immuni sententiæ, cum Hobbesianis principiis, fato Stoicorum, & veterum Colobarianorum Priscillianistarumque opinionibus convenientiam, ab omnium vero Patrum communi doctrina abhorrentem dissensum ostendat. Quinta Dissertatione perseverantia sanctorum excutitur, quam quidem ab omni salutis œconomia in Scripturis tradita vehementer abluere, nec nisi ficulneis argumentis ab adversariis adstrui, facile docetur. Sexta denique Dissertatio tres objectiones considerat, quæ propositæ hæctenus doctrinæ poterant adversari, primo quidem, injuriam ita fieri Præscientiæ divinæ, imminui ejus Providentiæ gloriam, denique ejusdem rigoris, qui circa totum genus humanum non videatur admittendus, certe in dispensatione, quatenus ad paganos luce Evangelii prorsus carentes, reum ita agi posse Deum, ubi circa postremam quidem late se diffundit Autor, quanquam nobis de futuro istorum Gentilium statu certi nihil constet, convenientius tamen ratus æquitati & bonitati divinæ, ut credamus, Deum non plura ab hominibus id genus requiriturum, quam credita ipsis fuerint, ac, si qui vel *εἰς ἰλαχίαν* fideles fuerint, eorum bonam mentem ita æqui bonique consulturum, ut de injuria sibi facta conquerendi nemini danda sit occasio. Hæc summa operis, in quo præter explicationes complurium locorum Scripturæ satis luculentas, id cum primis laudandum, quod Reverendus Autor in unaquaque Dissertatione statim ab initio perspicue exposito Questionis statu a *σκιωμαχίᾳ* sibi caverit, & in omnibus ea modestia usus sit, quam in controversiis sacris ubique ab omnibus observari decebat.

ANA

*ANATOMIA CORPORIS HUMANI,
ad usum Theatri accommodata; Autore JOHANNE FAN-
TONO, Med. Doct. & in Taurinensi Universitate
Anatomia Professore.*

Augustæ Taurin. ex typog. Alph. Jo. Bapt. Guigonii, 1711, 4.
Alph. 2 plag. 1½.

NOva hic sistitur Editio Dissertationum Anatomica-
rum, quas Cl. *Autor* multis jam abhinc annis in lu-
cem primum emisit, cum e Gallia & Belgio redux Anato-
men in patria publice inciperet profiteri; sistitur tamen
non nisi *Parti prima*, in *tredecim Dissertationibus* infimi &
medii ventris historiam ex Recentiorum potissimum ob-
servationibus dilucidans. Qualia vero singulis nunc Dis-
sertationibus prioribus accesserint, quoniam tanto magis
nos latet, quanto minus editio illarum prima ad nostras per-
venit oras, ideo ordinem tantummodo earum ita percurrere
liceat, ut ad ea imprimis, quæ circa partim vel structu-
ram, vel usum, Nostro videantur, attendamus. In *I* nempe
Dissertatione præliminari, dum mirabilis corporis humani
fabrica veluti lineamentis adumbratur, partium durarum
& mollium non modo necessitas strictim demonstratur,
sed &, qua mechanica utraq; partes ad multiplices usus a
natura concinnatæ fuerint, fusius indagatur. In *Dissert. 2*
communibus velamentis ac propriis abdominis destinata,
inter sebaceas cutis glandulas crassiuscula quædam substan-
tia albicans refertur, quæ in alpino monte ad anum sub cute
reperiatur atque per ampla foramina stylum promte ad-
mittat. Peritonæi autem humani non nisi duæ laminæ, hinc
inde difficiliter separandæ, conceduntur, etiam si in perito-
næo bubulo tres sine negotio se jungi queant, in quo etiam
recenti innumeræ observentur pori, e quibus compressa
membrana multus humor viscidulus scaturiat. In *Dissert.*
3, quæ circa organa masticationis & deglutitionis, nec non
circa œsophagum & ventriculum occupatur, plurimæ ad
bovis fauces annotantur glandulæ, uberrimam mucilagi-
nem

nem eructantes, ventriculi autem duplex conjicitur succus, liquidior alter pro fame excitanda cibusque solvendis, alter viscidior, cavitati ventriculi oblinendæ inserviens. In *Dissert. 4* inter intestina, quæ cum omento expenduntur, vermicularis cylindrus pro cæco habetur, qui in juvenula octo transversorum digitorum longitudinem obtinuerit, ad colon instar infundibuli amplior. In *Dissert. 5*, mesenterio ac ductibus chyloferis & lymphaticis consecrata, millena chyli vascula in agno dissecto enumerantur, ab intestinis ad mesenterii glandulas excurrentia & ab his rursus pauciora, sed majora, ad cisternam tendentia; quemadmodum aliquando in corpore cachectico, viginti post mortem horis aperto, non modo hepar, pancreas, lien ac reliquæ glandulæ obstructæ cum gemino cordis polypo, sed & ipsa vasa lactea apparuerint. Ex *Dissert. 6*, in qua de hepate, liene ac pancreate agitur, & ex *Glissonio* hepar 180 librarum (quod totius erat corporis pondus,) non sine errore allegatur, haud difficulter patescit, ab *Autore* arteriam hepaticam aliquoties duplicem fuisse inventam, semel vero inductu choledochi hepatis humani enormiter dilatato plures meatus excretorios detectos, qui tenuem admisserint stylium. *Dissertatio 7* renes, ureteres, vesicam & renes succenturiatos comprehendens, spem non levem injicit fore, ut renes nonnulli vesiculares a *Nostro* in observationibus edendis illustrentur iconis, quorum vesicis cum tubulis ureterum aut latiori pelvi amplum intercederet commercium; prout ab eodem in puella, quæ calculis renum laboraverat, loco renum succenturiatorum meri sacculi membranosi insignis cavitatis fuerint deprehensi. In *Dissert. 8*, dum genitalia virorum describuntur, in strictiorem tunicarum scroti cohesionem rejicitur culpa, cur septum hujus ad ductum *Rau* aliquando minus feliciter queat dividi, a liquore autem prostatico non nisi urethram inungi ac lubricari, ne ab urina acriori moleste vellicetur, verisimiliter assensur, cum glandulæ circa hominis glandem locatæ oblongos folliculos in meatum excretorium desinentes perhibean-
tur

tur representare. In *Dissert. 9* mulierum organis dicata, portionem feminis virilis ad ovarium per tubum ferri atque ovo insinuari eo minus conceditur, quo magis ejus activitas a mucilagine tubæ videatur enervari ulteriorque motus ad ovarium usque in prolixo isto & tortuoso canali cohiberi. *Dissert. 10* circa uterum gravidarum, foetum, involucra, placentam & umbiliculam funiculum ita versatur, ut tum tempus, quo foetus verti soleat, incertum reddat, tum nutritionem foetus per os in dubium vocet, quod foetus longe ante septimum mensem capite suo uteri orificio deprehendatur insistere, humor autem omnis unice ex hujus glandulosis folliculis in minori proveniat quantitate, quam ut foetui per os nutriendo sufficiat. Neque stimuli partus causas, quas alii adstruunt, tam admittit, quam prolixius refellit. In *Dissert. 11* partes medii ventris continentes, mediastinum, pericardium & thymus pertractantur atque tanta pericardii cavitas indigitatur, ut hoc vulneratum non sine admiratione duas fere aquæ libras recipiat. In *Dissert. 12*, cordis structuram evolvente, arteria coronaria aliquando in adolescente unica, in sene autem triplex a *Nostro* annotata innuitur, sanguinis vero in utrumque cordis ventriculum infusio non solum ab auriculis, sed a vena quoque cava & pulmonali deducitur. Tandem in *Dissert. 13*, sicuti pulmones pro præcipuo respirationis organo venditantur atque in postica tracheæ parte tales numerosissimæ glandulæ, quales *Morgagni* expressit, autopsia *Autoris* confirmantur, ita respirationis modus & usus latius enodantur. De cætero quamprimum *altera* quoque *Part* ad nos commoverit, in qua tantum non omnia novissima promittuntur, nulli deerimus in eadem cum benevolo Lectore pariter communicanda.

L. S. S. OBSERVATIO, 'DE HIPPOCRATIS

Purgatione morali.

Hippocratem non tantum egregium atque incomparabilem fuisse Medicum, verum etiam Philosophum &

naturalem & moralem præclarum, abunde ex ejus constat scriptis, virique eruditi tum veteres tum recentiores satis testantur. *Seneca ad Lucil. & in Epist. XCV* istum vocat Medicorum maximum hujusque scientiæ Conditorum. *Nicomedes L. I Epigramm.* de eo ita canit:

Ἰπποκράτης Φάος ἢ μερόπων, καὶ σῴστρο λαῶν
Ἐθνεα καὶ κούων, ἢ σπάνις εἰν αἰδῶν.

- *Galen. L. de Fin. Med. Proem.* hunc in modum de isto scribit: Hippocrates in Libello de Arte eam finivit, ille nimirum, qui semper bonorum Autor & Princeps fuit: cujus apud Græcos omnes memoria in æternum durabit, quandoquidem publice de omnibus est bene meritus. Ex recentiorum numero celeberrimus *Baglivi* in aureo *Lib. de Prax. Med. ad prisca observ. rat. revocand. L. I. C. I. S. III p. 2* de Hippocrate ita judicat: Naturæ non hominis voce loquitur Hippocrates, Medicorum Romulus; cui nec ætas prisca vidit parem in re medica, nec videbit futura, nisi demum resipiscant Medici, & velut ab alto somno excitati, videant; quantum differat historica & mascula Græcorum Medicina a speculativa, & penfili novorum hominum. *Hæc ille, Naturalis scientiæ peritiam Coi vel solus Liber de Aere, Locis & Aquis* testari potest. *Matheseos* quoque, qua Medicus & Physicus plane carere nequeunt, non fuisse rudem, epistola ipsius ad *Theffalum* filium conscripta docet, ubi elegantem usum harum scientiarum, quæ alias *Matheseos* Universalis nomen gerunt, quod nemo in aliis disciplinis Mathematicis absque earum cognitione exoptatos progressus facere queat, exponit atque explicat. Quomodo Medicus *Matheseos* notitia destitutus, eruditi nomen tuebitur? Quomodo de Auditu, Visu, potentia musculorum, corporis vario motu, inflexione, incessu, sanguinis & chyli admirabili circulo & motu, apte, vere & docte absque ejus scientia judicare & discurrere poterit? *Hæc autem εἰς ἐπιπέδου* Eruditionem in *Philosophia Morali*, quæ plane quoque Medicus carere non debet, vel sola illa locutio *L. de dec. Melis*, quando ait: Ἰπποκράτης φιλοσοφῆς εἰσαίσιθρον, possit do-

docere, nisi plura adhuc essent loca, imprimis *L. de Med. de dec. Hab.* nec non in *Epistolis* ejus. Testantur mecum Hipp. Philofophiæ moralis eruditionem *Petrus Andr. Canonberius S.S. Theol. & Med. D.* nec non celeberrimus *Thomasius*, iste in suo commentario *Medico-Polirico-Ethico-Theologico*; hic in sua *Historia Sapientia & Stultitia* Tom. II mens. April. ubi Democritum & Hippocratem ex epistolis sistit Philofophos morales. De eodem in præf. p. 6 ita disserit: **G**onstare arbitror, Theologos, ICtos, Philofophos & Politicos parum Hippocratis curare opera. Medici nostri, an præter Aphorismos ejus & forte paucissimos ejusdem tractatus alios medicos, ejus opera cognita habeant, & an ex centum Medicis unus aut alter sit, qui forte rogatus de Epistolis Hippocratis ex vero respondere valeat, an Epistolas scripserit Hippocrates? & quid eæ contineant? ab ipsis edoceri mallet, quam animi sententiam mei ipsis sincere exponere. Ceterum & hinc inde Hippocrates de suo admiscuit monita nonnulla & sententias morales aureas omnino, & (in *Stultitiæ* seculi me accommodem, *Confutii Sinenfis* doctrinam, utpote novam & ad æmulationem in *Diariis Eruditorum* excerptam, ut rem rarissimam suspicienti) plus quam *Confutianas*. Quamvis non diffidendam sit, Hippocratem in *Epistolis*, magis opere & exemplo, quam doctrina monstrare Philofophum moralem, &c. Plura testimonia pluraque loca de Hipp. notitia morali adduci possent, sed non opus est ut in hac re simus prolixi. Adspiciemus saltem unicum locum, qui occurrit in *L. de Dec. Habit.* ubi Medicinam cum sapientia comparat, eam Medico suadet, interque alia verba, *Purgationum* in vita *utilium* atque *necessariorum* mentionem injicit. Quid itaque sint hæ purgationes utiles, in quo consistant & quo sensu demum accipiendæ sint, nunc videbimus. Quo autem res clarior evadat, & in eorum gratiam, qui Hippocratis opera non possident, *L. B. pace*, integrum Latinis verbis huc transferemus locum, qui ita se habet: Quapropter prædicta singula colligere oportet, & sapientiam ad Medicinam tradocere, & Medicinam ad sapi-

entiam. Medicus enim Philosophus, Deo æqualis habetur. Nam non multum inter se differunt, & quæ ad sapientiam requiruntur, in Medicina insunt omnia, pecuniæ contemptus, verecundia, reverentia, modestia in vestitu, bona existimatio, iudicium, levitas, promptitudo, mundities, sententiosa eloquendi concinnitas, ad vitam *utilium ac necessariorum Purgationum cognitio* (εἰδησις τῆ πρὸς βίον χηρῶν ἢ ἀναγκαιῶν καθαρῶν,) abstinentia a mercimoniis, superstitiosi Deorum metus, averfatio, præstantia divina &c. Quot verba, tot memorabilia in iis latent. Nos tantum explicationi τῆ καθαρῶν inhærebimus. Per hanc vocem τῆ καθαρῶν, sunt qui expiationes intelligunt, dicentes, Hippocratem hisce verbis Medicis expiationes seu purificationes fuisse, eademque in usum olim ipsummet vocasse. Verum, quia constat, expiationes absque superstitione haud fieri potuisse, Hippocratemque multis in locis superstitionem rejecisse atque damnasse; hoc loco per τὸ καθαρῶν expiationem superstitiosam intelligi posse ac deberi, nequaquam probabile videtur. De purgationibus proprie sic dictis quoque hoc loco minime sermo esse potest, quod ex contextu clarum est, quanquam alii τὸ καθαρῶν pro purgatione in sensu Medico, accipiant, uti hoc facit Dn. D. Alberti in *Diss. de offic. Med. circa Adiaphora*, p. 6, ubi sic locum hunc exponit: *Purgationum, sive sponte sentium sive per medicamenta γένδαρῶν.* Audiamus super hunc locum Dan. Cleric. iudicium, quod exstat *Histoire de La Medecine Part. I Livr. 3 chap. 18*, ubi sic disserit: Melampum, ait, aliosque, purgationibus s. expiationibus criminum & morborum fuisse usos, supra recensuimus. Et Hippocrates ipse quidem ab iis non plane abhorruisse videtur, alias enim inter scientias Medico dignas refert. Cornarius certe eum sensum verbis hisce tribuit, nec sane alia ratione eadem explicanda videntur. Enimvero h. l. de purgationibus in proprio sensu acceptis Hipp. non loqui, ex contextu patet, hinc illi commentatores, qui eum sic explicant atque interpretantur, saluntur. Verum enim vero Manuscripta discrepant, & pro

καθαρίων, nonnulla καθαρίων habent, qua voce admissa, longe alius emergit sensus, ac sic Hippocrates animo longe fortassis ab his diverso fuisse dicendus erit. Præsertim, cum hæc & proximæ voces summa obscuritate laborent. Superstitionis defectus, quem eodem loco in Medico desiderat, vix hanc de expiationibus sententiam admittere videtur, quæ quidem absque superstitione fieri non poterant. Negari interim non potest, Fabium Calvum, primum Hippocratis interpretem sic vertisse, quasi legisset *δουσιδαμονίη*. At vero nimia superstitio nunquam Philosophis fuit imputata, quos inter tamen & Medicos h. l. Hippocrates comparationem instituit. Ceterum, ad hanc sententiam convellendam ac evertendam, una libri de *Morbo Sacro* inspectio sufficit, ubi vanos hominum sui temporis mores pravos deridet, quippe qui varias expiationum ceremonias ad hunc morbum expugnandum adhibebant. Hic saltem notamus, illum omnes, qui hoc curationum genere utebantur, cum Magis & Præstigiatoribus uno modio metiri, tandemque hæc in verba, christiano homini, quam Pagano digniora, c. 4. desinere: *Τὰ γυνίμυγα τῶν ἀμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα, τὸ θεῶν ἐστὶ, τὸ καθαίρον καὶ ἀγνίζον, καὶ ἕρμα γυμνῶν ἡμῶν*. Non ignoro quidem, librum, ex quo hæc attuli, ab haud paucis alii adscribi Autori, quicquid vero hujus sit, maximum argumentum *τῆς ἀδουσιδαμονίης* Hippocratis est, quod omni in ejus praxi nullum reperiatur remedium, quod superstitionem redoleat. Evolvi potest & alius adhuc locus *περὶ παρθένων*, c. 2, ubi Mulieres, Dianæ vestes, a vatibus sic jussæ, consecrantes, *ἐξαραιώμεναι* h. e. *deceptæ* vocantur. Vir quidam doctus, qui Hipp. in Gallicam Linguam transferre aggressus est, *mentis purgationes* h. l. Medicis *Coum* commendasse sibi persuadet, quæ Philosophos maxime decerent. Alius Vir doctus per purgationes hæc intelligi existimabat *excusationes*, v. g. si quis Medicum erroris cujusdam insimulare vellet commissi, necesse esse, ut se excusaret, purgaret, ne fama ejus periclitaretur, Et

νομμῆς keinen Schaden leiden. Proxocabat etiam ad hanc opinionem & expositionem confirmandam, ad ICtos & locutiones nonnullas Latinas, quod Jurisperiti hoc vocabuloutantur, ac *Juramentum*, quo quis culpam a se declinaret, *Purgatorium* appellent, nec non in lingua Latina in hoc sensu hæc vox occurrat. Sic v. g. *Terensium Heaut.* dicere: *Nescio quid peccati portet hæc purgatio.* *Curt. L. 7 C. I: Blanda oratione maledicta purgare.* *Plaut. Aulul. 4: Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parvi pretii, quin purget sese.* *Cic. pro Sext. Rosc. c. 14: De Luxuria purgavit Erucius, cum dixit, hunc ne in convivio ullo fere interfuisse.* Hanc meditationem atque interpretationem quod attinet, aliis ulterius pensitandum relinquo, num admitti queat? Certum interim est, quicquid alii contradicant hic & ogganniant, nec de Purgatione sic dicta, sive ista fiat per superiora vel inferiora, vel per diaphoresin; nec de superstitionosa expiatione, purgatione, cujus olim, testante *Eduardo Herb. de Cherbury, de Religion. Gentil. p. m. 272.* aliisque, triplex genus Gentiles inter extitit, nempe *Aere, Aqua & Igne*, ob supra adductas rationes, has purgationes in vita utiles atque necessarias posse intelligi. Ad me quod attinet, credo, quæcunque etiam vox, sive ἡ καὶ θάλασσα, in Genitivo præiæ Jonic. ius; sive ἡ καὶ θάλασσα; (quæ vox, licet proprie purgationem per medicamenta denotet, tamen etiam alias quoque purificationem significat) inveniatur, quod h. l. per τὸ καὶ θάλασσαν, vel τὴν καὶ θάλασσαν vel τὴν καὶ θάλασσαν Hippocrates noster purificationem non aliquam superstitionosam sed Philosophicam indiget, quas in vita utilissimas putat. Etenim Pythagoreorum & Platoniorum *Purgationes Morales*, docente ipso *Porphyrîo P. II Sentent. C. 34* nihil aliud sunt, quam *divortium animi a corpore & irrationalium passionum motu.* Ex hac descriptione patet, cum Pythagora & Platone Hippocratem nostrum, qui isto tempore, quo hæc doctrina florebat, vixit, nihil aliud, quam appetitus pravi omniumque inordinatorum affectuum abnegationem atque depositionem innuere, istamque

Me-

Medicis suadere & inculcare voluisse. Lucem affundit quoque huic sententiæ, eodem in loco Hippocratis, encomium medicum, quando ἱητροὶ φιλόσοφοι, ἰσοθεοὶς appellatur, qualem ἰσοθεότητα vel ὁμοίωσιν τῷ θεῷ Pythagorici affectabant, quamque per media sequentia 1) cognitionem sui ipsius, 2) καθάρσιν cum ἑπιστάσει εἰς ἑαυτὸν conjunctionem, & deniq; 3) ἀνοδὸν, s. ascensum, vel arctiorem quandam cum Deo conjunctionem, Philosophum sibi comparare posse, credebant. Hinc etiam Plato plus simplici vice in *Phaedone*, animam a corpore recessum, ad ὁμοίωσιν τῷ θεῷ necessarium, commendat, & purgationem describit, quod in hoc nimirum consistat, *quo, quam maxime possimus, a corpore sejungamus animam*. Credebant enim & ejus sectatores, corpus animæ esse carcerem, cui ipsa esset inclusa. Ad hanc itaque divini spiritus particulam corpori immerfam iterum liberandam, Deoq; uniendam, per necessariam ejusmodi esse a corpore animæ sejunctionem, vel ut alii vocant, mortem Philosophicam, isti docebant. Cum itaque, ut aliquoties diximus, Hippocrates cum Pythagoreis hac in re convenire videatur, Artemque ipsam cum Morali Philosophia l. c. comparet, nullumque fere proferat verbum, quod non regulam moralem & virtutem in se contineat, insuperque variis in locis ad virtutes Deorumque culturam Philiatros adhortetur, ac ab inordinatis affectibus ac cupiditatibus mentem obfuscantibus sedulo dehørtetur: non video, quomodo convenientius quam de *virtutibus Purgatoriis* hæc Purgationes in vita utiles atque necessaria, exponi ac intelligi queant.

JO. ANDREAE SCHMIDII, D. ET P. P. Abbat. Maria Vall. Commentarius de vita & scriptis CASP. SAGITTARII, Historici Saxonici.

Jenæ, apud Jo. Felic. Bielkium, 1713, 8.
Plag. 112.

Sa-

SAlanam Academiam superiori seculo ornavit, eandemque & alios Eruditos sibi devinxit Caspar Sagittarius, sacrarum litterarum Doctor, Historicus Ducalis Saxonicus & Historiarum Professor Publicus, Vir in omni historia longe versatissimus, ac ingenio, doctrina, recondita eruditione, multa que lectione nulli secundus, cujus nomen ac memoriam æternitate dignam posteris apprime commendare voluit summe venerandus Autor; idque eo magis, quod non modo inter testes vitæ ante actæ, sed & ipsi morienti propius adfuit, hocque amicitie officium sancte promisit. Vehementer autem dolet, litterarum commercium, quod beatus Vir cum aliis habuit, & ante obitum juxta alphabeti seriem distribuit, a muribus gliribusque plane esse absumtum, ex quo non unum subsidium ad plenioram vitæ deductionem suppeditari potuisset. Quamvis igitur illo aliisque adjumentis, quæ in Præfatione enarrat, carere debuerit, ea tamen communicavit omnia, quæ scivit ipse, quæque in schedis residuis invenit. Nempe lucem adspexit Sagittarius noster Luneburgi anno MDCXLIII d. 23 Sept. & parentes Casparem Sagittarium, ad ædem D. Johannis ibidem Pastorem, ac Catharinam, Joachimi Jordani, verbi divini apud Brunsvicenses ministri, filiam agnovit. Prima pietatis atque eruditionis semina a patre patriique ludi moderatoribus & privatis magistris accepit, postea vero Lubecam missus Henricum Bangertum, Lycei Pro-Rectorem, audivit, notasque ad Justinum historicum conscribere cepit, quas successu temporis perfecit ac vulgavit. Altenburgum ad patruelem D. Jo. Christfriedum Sagittarium, Ducatus Saxo-Altenburgici Superintendentem Generalem, profectus, industriae suæ documentum edidit, ac de oraculis & de calceis veterum aliquid scripsit, quod deinceps strictum publicæ luci exposuit. Annuis stipendiis maectatus Academiam Juliam adiit, & ab institutione consiliiisque clarissimorum virorum, Schraderi, Rachelii, Vogleri, Meibomii, Sauberti, Conringii, Musæi, Hildebrandi, Cellarii, Calixti Junioris Titii que pependit, curæ imprimis *τὸ πρῶτον* Conringii

gii a patre traditus. Non multo post in Daniam iter fecit, ac in ejus urbe principe Hafnia Joannem Wandalinum & Thomam Bartholinum salutavit. Helmstadium reversus sub Conringii præsidio bis disputavit, & florentissimas Academias, Lipsiensem, Vitembergensem, Jenensem, Altorffnam, aliasq; urbes, gymnasia & scholas in itinere perlustravit, allatoque de obitu Patris nuncio in patriam properavit, & funus paternum anno MDCLXVII comitatus est. Sequente anno Salfeldensis scholæ regimen consilio patruelis suscepit, impulsus tamen gravissimis rationibus missionem scholastici muneris petiit, impetravitque, ac ineunte anno MDCLXXI supremis in Philosophia honoribus a celeberrimo Jo. Andrea Bosio Jenæ ornatus scholas privatas instituit, magnorumque virorum gratiam demereri studuit. Quo factum, ut Serenissimi Saxoniz Ducis post Bosii laudati excessum anno MDCLXXIV historiarum docendarum provinciam ipsi demandaverint, consilium Thomæ Altenburgensis Cancellarii secuti, cui libellum de januis veterum dedicaverat. In munere Academico constitutus comite Davide Hannisio, Bibliothecæ Ducum Brunsvico - Luneburgensium Guelpherbytanz Præfecto, Dresdam profectus est, eaque relicta per Misenam Torgamque Vitembergam venit, ac Meisnerum, Zieglerum, Kirchmaierum patrem, Sennertum, compellavit, Sereftamque in transitu vidit. Guelpherbyti augustam Bibliothecam lustravit, iterumque in Daniam excurrit, & omnes res memorabiles visu non indignas spectavit. Jenam redux factus historiam Germanicam illustrare perrexit, titulumque Doctoris Theologiæ anno MDCLXXVIII die XIV Maji assumpsit, & viduam Bosii eodem die in matrimonium duxit. Confectis deinceps, quæ partim summa Principum auctoritate partim commodò publico permotus in Saxoniam & Thuringiam susceperat, itineribus febris hæctica sensim sensimque correptus, anno MDCXCIV die IX Martii in Christo placide obdormivit, & librosq; & numismata omnia, aurea, argentea, ærea, & gemmas diversi generis bibliothecæ Academicæ, manu vero scri-

ACTORUM ERUDITORUM

ptos libros Abbati Schmidio legavit. Hæc delibasse sufficiat ex commentario pereleganti variarumque rerum copia instructissimo, in cuius appendice & Programmate funere Sagittarii nostri evulgatum & catalogum scriptorum olim editorum & nunc post beati Viri obitum vel edendorum vel perficiendorum exhibuit summe venerandus Autor. Epistolam quoque dedicatorem Serenissimi Ducis Rudolphi Augusti ad Serenissimum Patrem Augustum anno MDCXLIV d. XIV Sept. scriptam, lectuque dignissimam, quam B. Sagittarius in Bibliotheca Guelpherbytana antehac viderat & admiratus fuerat, adjecit, & alia subinde communicavit, quæ ad pleniorẽ vitæ enarrationem pertinere arbitratu est. Ceterum vehementer dolet Autor, scriptum hoc paucis quaternionibus constans & memoriæ honorique beati Viri dicatum, tanto errorum numero mutilatum in lucem prodiiisse, rogatque lecturos, ut, antequam illius lectionem aggrediantur, errata a typographo jam adjecta prius corrigant, neque ea Autori, tanto locorum intervallo distanti, tribuant.

MEMOIRES DE MADAME DUN.

i. e.

HISTORIA ILLUSTRIS CUJUSDAM FEMINE, gente Galla, cognomine NOYERLE, ab ipsa in lucem emissa.

Tomus III, IV & V.

Coloniz Ubiorum, apud P. Marteau, 1710, 12.

Alph. 2 pl. 9.

Recensuimus mense Decembri A. 1711 Tomos duos priores horum Commentariorum. Sequuntur jam tres reliqui, e quibus coepta ratione pauca quæpiam, quæ notatu digniora videbuntur, excerpemus. Præcipuam partem tomi tertii absolvit negotium nuptiarum, quas filia Autoris nostræ natu major cum Constantino quodam, nobili Gallo

is

inuit. Cum enim hic matri ab amicis communibus exi-
 commendatus fuisset, consilium cepit ex Britannia in Belgi-
 um foederatum, ubi Constantinus Capitanei munere fun-
 gens stipendia faciebat, cum utraque filia transeundi. Post-
 quam ibi desponsandi sese mutuo vidissent, initio qui-
 dem uterque ad consummandum negotium pronus erat:
 sed mox variae difficultates subortae efficiebant, ut sponsa
 consensus revocaret, qua ab amicis rursus delinatis, tergi-
 versabatur sponsus. Tandem utraque parte consentiente,
 dies nuptiis constituebatur, & omnia parata erant, cum
 contractus denuo rumpere. Quia enim sponso mox post
 nuptias ad exercitum in Belgium Hispanicum proficiscen-
 dum erat, puella metuens, ne forte, eo in hac expeditione
 occiso, ipsa fieret mater orphani, in copulam sacerdotalem
 tantummodo consentiebat, carnalem omnibus modis re-
 cusans. Itaque ille cum multa, quae ad persuadendam puel-
 lam pertinebant, frustra tentasset, equum conscendens &
 brevissimis valedicens viam ad exercitum capessit. Fugien-
 tem puella cursu sequitur, omnia, quae voluerit, se factu-
 ram clamans, sed nequicquam. Non tamen multum via
 emensus erat sponsus, cum stimuli conscientiae & amoris
 eum ad reditum impellerent, adeoque reversus properabat
 cum puella ad utramque copulam, brevi quidem tempore
 variis querimoniis divellendam. Nam permulta convitia
 a popularibus Gallis in novam nuptam sparsa post reditum
 mariti ex illa expeditione animum huius prorsus ab ipsa ali-
 enarunt. Quas ob causas Noveria acriter passim in eos in-
 vehitur, & inter alia asserit, Regem Galliae, quando eos expu-
 lit, emeticum dedisse regno suo, atque a multis pravis humo-
 ribus illud purgasse. Discordia quoque inter Constantinum
 & socrum eo processit, ut ille, quod sex milia floren-
 rum dotis nomine sibi promissa nec soluta posceret, hanc
 custodiam tradendam curaret, qua tamen brevi tempore libe-
 rata fuit.

Tomo quarto describitur infelix desponsatio filiae
 natu minoris cum Cavalerio, qui olim dux fuit seditiofo-
 rum in Occitania. Refertur vero, eum esse filium rustici

Y y 2

illius

illius provinciae, & in juventute pistrinae operatum esse. Cum Genevæ opificii hujus exercendi gratia commoraretur, & aliquando magna quantitas panis culpa ejus combusta esset in clibano, pistor excandescens verberibus eum excipiebat, quibus permotus in patriam revertebatur. Ibi gloriabatur, se divino impulsu actum fratribus suis auxilio venire, & brevi tempore res notatu dignas gesturum. Sæpe incidebat vel incidere se simulabat in ecstases, atque inter agitationes & contorsiones miras vaticinia quæpiam edebat, quibus plerumque eventus respondebat. Ecclesiasticas etiam functiones obibat, baptizabat infantes, administrabat S. Coenam, benedictionem sacerdotalem nuptiis impertiebat. Prælia multa felici successu committebat, ideoque Sevensenses spem maximam in eo collocabant. Tandem tamen hic Cavalerius promissis Marschalli de Villars motus amnestiam oblatam acceptavit, & Lutetiam Parisiorum se contulit, unde paullo post in Helvetiam abiit. Ibi Duci Sabaudia servitia obtulit, & permisso ejus legionem militum conduxit, cui tum per aliquod tempus in Pedemontio præfuit. Deinceps in Belgium fœderatarum concessit, ubi itidem permissu ordinum legionem contraxit, cum qua in Lusitaniam & Hispaniam missus infelicitè ad Almazam dimicavit, legione fere tota ab hostibus trucidata. Rediit itaque in Hollandiam, ubi in notitiam Noyeria nostræ pervenit, filiamque ejus natu minorem in matrimonium sibi poposcit. Sed consummationem diu differens, non exigua summa pecuniarum matrem emunxit, tandemque aliam quandam clam matrimonio sibi junxit. Interea dum hæc cum Cavalerio aguntur, filia natu major in Galliam ad patrem & ad sacra Romana rediit, non sine ingenti matris dolore.

Tomus quintus exponit conjugium infelicissimum filiarum minoris cum impostore quodam Bruxellensi, qui ex illustri familia Germanica se oriundum mentitus fuerat, initum. Hujus hominis fraudes, quibus matrem omnino, quod Cavalerius pecuniarum residuum ipsi reliquerat, spoliavit, &

quæ

quæ secutæ sunt, calamitates fusescribuntur. Patet ex his, quæ dicta sunt, Matronam nostram Duci Mazarinæ, cui facie similem se fuisse habitam tomo primo scripsit, multis in rebus esse comparandam. Utraque formosa fuit, & quæ plerumque cum forma conjunctus est, animo fuit hilari ac libero, ingenioque excitato. Mazarina immensas opes, neque Noyeria exiguas marito attulit, neutra, qui divitum mulierum mos est, inprimis si præterea ingenio formaque valeant, obsequium uxores decens præstitit. Et hæc & illa maritum deseruit, atque ultro exilium subiit, miserrimas vero in eo permultas tulit. Ambas sine dubio facti pœnituit, sed neutra illud fateri neque invitata reverti voluit. Mazarinæ post mortem, Noyeriaæ viventi custodes a creditoribus dati sunt. Ambæ apologia typis impressa defendendam duxerunt innocentiam suam, quam tamen, licet ingenium scriptis non desit, ægre publico persuadebunt.

**Philanders von der Linde galante/scherzhafte/
ernsthafte und vermischte
Gedichte.**

i. e.

PHILANDRI DE PHILURA POEMAT A
*Amatoria, Jocosæ, Seria & Miscellanea, una cum dialogo
de Poesi Germanica ejusque generibus variis. Editio
secunda correctior.*

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditsch & Fil. 1710, 1713, 8.

Alph. 2 pl. 12.

Cum Autori personato persuasissent Amici, ut Poemata juvenilia sparsim antea pro re nata composita evulgeret, coepit jam tum A. 1705 Amatoria typis mandare, Philandri de Philura, quod in Philurea seu Lipsiensi Academia literas publice profitetur, nomine adoptato. Amavit enim poësan a puero, quamvis suum faciat illud Nasonis:

Y y y 3.

Sa.

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas ?

Itaque singularem imprimis Chr. Weisii facilitatem, quod decus præcipuum est carminis Germanici, diligenter imitatus, cum id esset consecutus, ut scabrum nihil aut hiulcum nativæque loquendi rationi adversum admitteret, tum & ad suavitatem Hofmanni & gravitatem Lohensteinii adspirare cepit, eoque veterum non minus, Græcorum Romanorumque, sed & Gallorum, Itælorum, Anglorum pœmata felicissimam metro nobis vernaculo non infeliciter exposuit. Ut enim de Amatoriis primum dicamus, habes hic elegantem septimæ Heroidum Ovidii, quæ est Didonis ad Æneam, versionem, quam excipiunt Heroides a Nostro proprio Marte compositz, ut Caroli Principis Hisp. & Isabellæ, Caroli VIII R. Gall. & Annæ Britannicæ, alia: tum vero versiones e Poetis Græcis, Anacreonte, Sappho, Theocrito, Moscho; Latinis, Catullo, Propertio, Grotio, Boissardo; Gallicis, Bellajo, Saraceno, Vetturio, Bensseradio, Menagio, Le Pays, Malaherba; Anglis, Sherburnio, Comite Rossensi, Behnia; Italo, Guarinio, aliisque pluribus: quibus sub finem Noster adjunxit Regulas Amorum, e Buffi Rabutini Memoriarum Tomo II p. 242 sq. excerptas. His Autor anno 1706 duas Partes, Jocosorum nempe & Særiorum poematum, subjunxit: cumque Jocosis Satyrica quædam inseruizit, præmisit eruditissimum de natura Satyræ discursum, quantum ea imprimis a libello famoso distet, ingenue docens. Existant itaque primo loco Satyræ decem, quarum prima, quæ pravos fœminarum mores perstringit, Juvenalem imprimis, Boilavium & De l' Aume imitatus est, septimam vero e Johannis Halli Poematibus Anglicis transtulit; ceteræ, in nuptias, promotiones, titulos eruditorum, tum & Poetarum laudationes hyperbolicas & reliqua conscriptæ, Autoris ingenio debentur. Succedunt carmina nuptialia, maximam partem festivi argumenti, ac denique jocosa poemata & epigrammata alia, in quibus multa sunt ex Anacreonte, Boissardo, Moro, Theophilo, aliisque translata. In Seriis præcedunt sacra, & in his prolixus imprimis sed elegans Di-

alogus inter Fidem & Animam dubitantem, ab Anglo, Samuele Slater, compositus, quo XII dubia ab anima fluctuante ac desperabunda proposita solide solvuntur: sequuntur varia e Marino, Giro di Pers & C. Petra Sancta, Italica, & Cornelii, Galli, versione metrica Kempisii, translata, quibus postremo subjiciuntur Epicedia. Docet vero in Praefatione, in qua ex instituto quidem de versionibus poeticis agit, Cornelio huic ob amores lascivos, quos confessori fœliua est, ab illo supplicii velut loco impositum fuisse, ut Thomæ a Kempis de Imitatione Jesu Christi libellum carmine Gallico describeret; quod quam feliciter præstiterit, nemo facile ignorat. His demum A. 1710 Autor addidit Miscellanea, in quibus complexus est Panegyrica quædam poemata summis Principibus stylo paulo sublimiori scripta, aliaque nuptialia ac funebria postremis annis, quibus jam prope nuntium Poesi miserat, composita: utque ad justam molem pars ista excreceret, non modo Adoptiva quædam, Autoris honoribus a Poetis hujus ævi præstantissimis dicata, sed & Dialogum adjunxit, in quo instituta inter Amicos, Menippum, Eityrum & Philandrum, jucunda de Poesi Germanica confabulatione, plurima inspersit Poemata excellentissima, panegyrica imprimis, satyras, epigrammata, quæ maximam partem ab Amicis illis, quibus nomina Menippi & Tityri imposuit, habuit communicata, digna utique, quæ ceteris coronidis quasi loco accederent. Ceterum aliqua in ipso opere poemata eruditis notis, ex historia maxime litteraria depromtis, illustravit Cl. Autor, ut utile dulci permiscens, omne tulisse punctum videatur.

* * *

INDEX AUTORUM,

quorum Libri aut Inventa hoc volumine recensentur.

I. Libri Theologici & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

Allen (Wilhelmi) Opera.	242
Allix (Petri) Diatriba de anno & mense natali Jesu Christi.	306
Anonymi Justificatio Silentii venerabundi, sive Responso ad Instructiones Pastorales & alia scripta Archi-Ep. Cameracensis. Tomi III.	37
Anonymi Tract. de tribus malis ultimorum temporum, bello, pestilentia & fame.	451
Aymon (Joannis) Corpus omnium Synodorum nationalium a Reformatis in Gallia habitarum. Tomi II.	375
Bingham (Josephi) Origines Ecclesiastica. Volumen III.	257
Blumii (Jo. Christiani) Jubilaeum Theologorum emeritorum.	93
Bonanni (Philippi) Ordinum religiosorum in Ecclesia militante Catalogus. P. II & III.	397
Calamy (Edmundi) Inspiratio Sacrae Litterarum evicta.	389
Chrysoctomi (Joannis) de Sacerdotio Libri VI ex ed. Jo. Hughes.	301
Crondermi (Lescii) Elucidatio Augustiniana de divina gratia doctrina.	49
Diroysii (Francisci) Dissertatio pro justificanda condemnatione V Propositionum Jansenii.	49
Fabricii (Jo. Christiani) Observationes Variorum in loca quadam N. Test.	315
G. D. T. M. D. Novum Testamentum Graecum, cum Prolegomenis & Notis.	447
Grabe (Jo. Ern.) Dissertatio de variis vitis LXX Interpretum Versioni ante B. Origenis aevum illatis.	51

INDEX AUTORUM

<i>L. B. ab Hevel (Henrici) Psalmodia sacra parallelo-metrica.</i>	414
Heumanni (<i>Christ. Adami</i>) <i>uberior illustratio vocis διχω- ταιν ex Matth. XXIV. 51.</i>	202
Hole (<i>Matthaei</i>) <i>Explicatio practica Catechismi Ecclesiastici.</i>	45
Hughes (<i>Joannis</i>) <i>Dissertationes proemiales de dignitate sa- cerdotali.</i>	302
Jægeri (<i>J. Wolffg.</i>) <i>de Concordia Imperii & Sacerdotii seu de jure potestatum supremarum circa sacra.</i>	122
Ittigii (<i>Thoma</i>) <i>Historia Eccl. II a C. N. Seculi selecta Capita.</i>	59
Leydekkeri (<i>Melchiaris</i>) <i>de Rep. Hebraeorum Tomus II. 244</i>	
Lockii [<i>Johannis</i>] <i>Paraphrasis & Nota in Epistolas Pauli ad Galatas, utramque ad Corinthios, ad Romanos & ad Ephe- sios.</i>	215
<i>Tractatus de metodo intelligendi Epistolas Pauli consultando ipsum Apostolum.</i>	215
Mori [<i>Alexandri</i>] <i>Nota in Novum Fœdus.</i>	316
Orlendi [<i>Francisci</i>] <i>Duplex Lavacrum in Cœna Domini Fi- delibus exhibitum.</i>	176
Possini [<i>Petri</i>] <i>Spicilegium evangelicum.</i>	316
Pungeleri [<i>Abrahami</i>] <i>Dissertatio de rerum possibilium ideis in Deo.</i>	497
Rethmeieri [<i>Philippi Julii</i>] <i>Historia Ecclesiastica Urbis Brun- suię Pars III.</i>	48
Schmidt [<i>Sebastiani</i>] <i>Disputationum Theologico-Philologi- carum Fasciculus.</i>	372
Schyn [<i>Hermanni</i>] <i>Historia Mennonitarum.</i>	85
Stieberi [<i>Georgii Frid.</i>] <i>Historia Theologia dogmatica.</i>	500
Spechtii [<i>Christiani</i>] <i>Augustana Confessio brevibus Aphori- smis illustrata.</i>	188
Storrii [<i>J. Phil.</i>] <i>Decas Exerc. exegeticarum ad selecta S. Scriptura loca.</i>	449
Walker (<i>Samuelis</i>) <i>Conatus sacri de variis argumentis.</i>	254
Whistoni (<i>Guilielmi</i>) <i>Textamen de Epistolis Ignatii.</i>	159

Z z z

Whi-

INDEX AUTORUM

- Whistoni (Guil.) *Præfatio historica Christianismo primævo
resuscitato præmissa.* 206
- Whitby (Danielis) *Dissertatio de vera significatione vocum
Electionis & Reprobationis.* 521
- Zeltneri (Gustavi Georgii) *Disp. Theologica de novis Biblio-
rum versionibus Germanicis non temere vulgandis.* 305

II. Libri Juridici.

- B**Ornerii (Philippi) *Annotat. & Dissertationes ad Steph.
Ranchini Miscellanea Decisionum.* 327
- Henniges (Heinrici) *Meditationes ad Instrumentum Pacis
Cæsareo-Suecicum, Specimen I-IX.* 151
- Jægeri (Jo. Wolfgangi) *de Jure potestatum supremarum circa
sacra.* 121
- Kestneri (Henr. Ern.) *Discursus preliminaris de principiis Ju-
risprudentia modernæ in paucula capita redigendis.* 270
Discursus de Jurisprudentia Papizante. 271
- Ranchini (Stephani) *Miscellanea Decisionum seu Resolutio-
num.* 327
- Simonis (Dionysii) *Bibliotheca Autorum & Interpretum Ci-
vilis, Canonici & provincialium jurium.* 369
Idea boni judicis & Dissertatio de moribus. 369
- EWächtleri (Christofridi) *Literis excerptum, occasione libri
Mart. Schraderi de causis fori Ecclesiastici.* 166
- Zalaszowsky (Nicolai) *Jus Capituli, seu de potestate Capi-
tuli sede Episcopali vacante.* 226

III. Libri Medici & Physici.

- Alpini (Prosperi) *de præsagienda Vita & morte agrotantium
Libri VII.* 123
- Andry (Nicolai) *Annotationes circa varia medicina argu-
menta.* 4
100-

INDEX AUTORUM.

<i>Anonymi Peniculus ventriculi singularis, quo ille detergitur & expurgatur.</i>	183
Borromæi (<i>Ant. Maria</i>) <i>Relatio de morbis boum in pago Sermeolensi.</i>	461
<i>Epistola de origine, remediis & præsertione boum.</i>	461
Brisseau <i>Tractatus de Cataracta & Glaucomate.</i>	509
Coivart (G.) <i>Compendium practicum Medicina & medicamentorum.</i>	401
Democriti (<i>Christiani</i>) <i>Vita animalis morbus & medicina sua vindicata origini.</i>	330
Donzelini (<i>Josephi</i>) <i>Symposium Medicum, sive Questio Convivalis de usu Mathematicum in Arte Medica.</i>	82
Fantasti (<i>Francisci</i>) <i>Dissertatio de febre contagiosa, qua in Veronensi & Veneta ditione boves exercuit.</i>	458
Fantoni (<i>Johannis</i>) <i>Anatomia corporis humani ad usum Theatri accommodata.</i>	525
Fulleri (<i>Thome</i>) <i>Pharmacopœia extemporanea.</i>	238
Gazolæ (<i>Josephi</i>) <i>de origine, præsertione & remedio præsentis contagii pestilentialis inter boves grassantis.</i>	460
Guilielmini (<i>Dominici</i>) <i>Exercitatio de Idearum vitio, correctione & usu, ad statuendam & inquirendam morborum naturam.</i>	80
<i>Dissertationes de Principio sulphureo.</i>	125
<i>Dissertatio de æthere.</i>	125
Hauksbee (<i>Francisci</i>) <i>Experimenta Physico-Mechanica de variis subjectis.</i>	402
Helvetii <i>Collectio Methodorum variis morbis medendi.</i>	78
<i>Methodus medendi luis venerea per frictions & sudores.</i>	78
Lancisii (<i>Jo. Maria</i>) <i>Epistola ad A.M. Borromaum de origine, remediis & præsertione boum.</i>	461
Matte <i>Experimentum coagulationis extraordinaria.</i>	464
Mazini (<i>Jo. Bapt.</i>) <i>Epistola de præsertente Epidemia contagiosa boum diuionis Brixiana.</i>	459

INDEX AUTORUM

- M**aya (*Wyeri Guilielmi*) *Elementa Physices methode Mathematica demonstrata.* 148
- Paragalli** (*Casparis*) *Historia Naturalis Montis Vesuvii.* 88
- Schmiederi** (*Salomonis*) *Observatio de Seminis regressu ad massam sanguineam.* 408
Observatio de Hippocratis purgatione morali. 527
- Vallisnerii** (*Antonii*) *Cogitata & experimenta circa opinum cerebrum petresactum atque vermium ordinariorum in corpore humano generationem.* 279

IV. Libri Mathematici.

- D**E Cœniga (*Marii*) *Vindicia adversus Tambuccianam Epistolam & Nota in G. Grandi Epist. de momento gravium in planis inclinatis.* 406
- Donzelini** (*Josephi*) *de usu Mathematicarum in arte Medica.* 82
- F.D.C. Abb. Vall.** *Problematis a præstantissimo Geometra Anglo Mathematicos præctica studiosis propositi solutio duplex* 377
 339
Consideranda quadam super vorticibus sideris. 484
- Grandi** (*Guidonis*) *Quadratura Circuli & hyperbola per infinitas hyperbolas & parabolas quadrabiles Geometricè demonstrata.* 260
- Epistola Mathematica de momento gravium in planis inclinatis, deque directione fulcri in Mechanicis attendenda.* 406
- Guisnée** *Applicatio Algebra ad Geometriam.* 94
- Leibnitii** (*God. Guil.*) *Epistola ad Christ. Wolfium circa scientiam infiniti.* 264
- Variarum Analytarum solutiones problematis Austriaci de Triangulo maximo.* 96

V. Libri Historici, Geographici, &c.

Allix

INDEX AUTORUM

A llix (Petri) <i>Diatriba de anno & mense Natali Jesu Christi.</i>	306
<i>Anonymi Compendium historia Virorum eruditorum.</i>	75
<i>Sicilia delineata.</i>	110
<i>Tra&ct. historicus de subjectione Britannia Minoris.</i>	144
<i>Historia Arcana Roberti Dudley.</i>	358
<i>Status Ducatum Florentini, Mutinenss, Mantua- ni & Parmensis.</i>	398
Aurelianensis (Josephi) <i>Historia Conversionum in Anglia sub Stuartorum familia.</i>	278
Buddei (Jo. Franc.) <i>Anale&ta Historia Philosophica.</i>	187
Com. Clarendonii (Eduardi) <i>Historia rebellionis & bellorum Anglia civilium ab A. 1641 usque ad restitutionem Caroli II Regis. Tomus III & IV.</i>	68
<i>Tomus V & VI.</i>	133
Dlugoffi (Joannis) <i>Historia Polonica Tomus II.</i>	423
Eccardi (Jo. Georgii) <i>Historia studii etymologici lingua Ger- manica hactenus impens.</i>	363
Com. D' Estrades <i>Epistole & Negotia ab A. 1663 ad 1668. To- mi V.</i>	97
Fabricii (Jo. Alberti) <i>Memoriarum Hamburgensium Volu- men III.</i>	230
<i>Bibliotheca Græca Lib. IV Pars I.</i>	310
<i>Pars II.</i>	334
Flecherii (Esprit) <i>Elogium.</i>	372
Garzomis (Petri) <i>Historia Veneta, tempore fœderis contra Mahometem IV &c.</i>	383
M. Juniani Justinii <i>Histor. Libri XLIV ex ed. Tb. Hearne.</i>	189
Kadlubkonis (Vincenzii) <i>Historia Polonica.</i>	423
Kippingii (Henrici) <i>Antiquitatum Romanarum Libri IV.</i>	517
Leydekkeri (Melechioris) <i>de Rep. Hebraeorum. Tomus II.</i>	244
Longinus <i>vide Dlugoffus.</i>	
Ludovici (Goosfedi) <i>Historia Rectorum & Gymnasiorum Scholarumque celebriorum. Pars III.</i>	114
Maittaire (Michaëlis) <i>Historia Stephanorum. Tomi II.</i>	504
Z z z	Me

INDEX AUTORUM

- Mays** (*Wyeri Guiljelmi*) *Elementa Pbyſices methedo Mathematica demonſtrata.* 145
- Paragalli** (*Casparis*) *Historia Naturalis Montis Veſuvii.* 88
- Schmiederi** (*Salomonis*) *Obſervatio de Seminiſſi regreſſu ad maſſam ſanguineam.* 408
Obſervatio de Hippocratiſ purgatione morali. 527
- Vallisnerii** (*Antonii*) *Cogitata & experimenta circa opinum cerebrum petreſactum atque vermium ordinariorum in corpore humano generationem.* 279

IV. Libri Mathematici.

- D**E **Caniga** (*Mariſ*) *Vindicia adverſus Tambuccianam Epistolam & Nota in G. Grandi Epist. de momento gravium in planis inclinatis.* 406
- Donzelini** (*Joſephi*) *de uſu Mathematicarum in arte Medica.* 82
- F.D.C. Abb. Vall.** *Problematis a preſtantiffimo Geometra Anglo Mathematicos practica ſtudioſiſ propoſiti ſolutio duplex* 317
 339
- Conſideranda quadam ſuper voricibus ſideris.* 484
- Grandi** (*Guidonis*) *Quadratura Circuli & hyperbola per infinitas hyperbolas & parabolas quadrabiles Geometricè demonſtrata.* 260
- Epistola Mathematica de momento gravium in planis inclinatis, deque directione fulcri in Mechanicis attendenda.* 406
- Guisnée** *Applicatio Algebra ad Geometriam.* 94
- Leibnitii** (*God. Guil.*) *Epistola ad Chriſt. Wolffium circa ſcientiam infiniti.* 264
- Variorum Analyſtarum ſolutiones problematis Auſtriaci de Triangulo maximo.* 96

V. Libri Historici, Geographici, &c.

Aliz

INDEX AUTORUM

A llix (Petri) <i>Diatriba de anno & mense Natali Jesu Christi.</i>	306
Anonymi <i>Compendium historia Virorum eruditorum.</i>	75
<i>Sicilia delineata.</i>	110
<i>Tract. historicus de subjectione Britannia Minoris.</i>	144
<i>Historia Arcana Roberti Dudley.</i>	358
<i>Status Ducatum Florentini, Mutinensis, Mantuani & Parmensis.</i>	398
Aurelianensis (Josephi) <i>Historia Conversionum in Anglia sub Stuartorum familia.</i>	275
Buddei (Jo. Franc.) <i>Analekta Historica Philosophica.</i>	187
Com. Clarendonii (Eduardi) <i>Historia rebellionis & bellorum Anglia civilium ab A. 1641 usque ad restitutionem Caroli II Regis. Tomus III & IV.</i>	68
<i>Tomus V & VI.</i>	133
Dlugoffi (Joannis) <i>Historia Polonica Tomus II.</i>	423
Eccardi (Jo. Georgii) <i>Historia studii etymologici lingua Germanica hactenus impens.</i>	363.
Com. D' Estrades <i>Epistola & Negotia ab A. 1663 ad 1668. Tomi V.</i>	97
Fabricii (Jo. Alberti) <i>Memoriarum Hamburgensium Volumen III.</i>	230
<i>Bibliosbeca Graeca Lib. IV Pars I.</i>	310
<i>Pars II.</i>	334
Flecherii (Esprit) <i>Elogium.</i>	372
Garzonis (Petri) <i>Historia Veneta, tempore saederis contra Mahometem IV &c.</i>	383
M. Juniani Justini <i>Histor. Libri XLIV ex ed. Tb. Hearne.</i>	189
Kadlubkonis (Vincentii) <i>Historia Polonica.</i>	423
Kippingii (Henrici) <i>Antiquitatum Romanarum Libri IV.</i>	517
Leydekkeri (Melchioris) <i>de Rep. Hebraeorum. Tomus II.</i>	244
Longinus <i>vide Dlugoffus.</i>	
Ludovicii (Goafredi) <i>Historia Rectorum & Gynnasiorum Scholarumque celebriorum. Pars III.</i>	114
Maittaire (Michaels) <i>Historia Stephanorum. Tomi II.</i>	504
Z z z	Me-

INDEX AUTORUM

Meneſtrerii (<i>Claudii</i>) <i>Bibliotheca curioſa. Tomi II.</i>	182
Mollii (<i>Hermanni</i>) <i>Imperium Britannicum in America.</i>	128
<i>De Noyer Commentarii hiſtorici. Tomus III, IV & V.</i>	536
Orichovii (<i>Stanislai</i>) <i>Annales Polonia.</i>	423
Paragalli (<i>Casparis</i>) <i>Hiſtoria naturalis Montis Veſtovi.</i>	88
Pedruſii (<i>Pauli</i>) <i>Imperatores in numis argenteis. Tomus III.</i>	239
	<i>Tomus IV. 239</i>
Perizonii (<i>Jacobi</i>) <i>Origines Babylonica & Aegyptiaca. Tomi II.</i>	353
Sarnicii (<i>Stanislai</i>) <i>Annales Polonia.</i>	423
	<i>Deſcriptio Polonia. 423</i>
Schmeizel (<i>Martini</i>) <i>Commentatio hiſtorica de Coronis.</i>	465
Schmidii (<i>Jo. Andr.</i>) <i>Comm. de vita & ſcriptis Caſp. Sagittarii.</i>	517
Schramb (<i>Anſelmi</i>) <i>Chronicon Mellicenſe.</i>	253
Simonis (<i>Dionyſii</i>) <i>Bibliotheca nova hiſtorica Juris Interpretum.</i>	369
Strype (<i>Johannis</i>) <i>Hiſtoria vita Edmundi Grindali, Archi- Ep. Cantuar.</i>	394
Temple (<i>Guilielmi</i>) <i>Commentariorum Pars III.</i>	467
Le Vaſſor (<i>Michaelis</i>) <i>Hiſtoria Ludovici XIII R. Gall. Tomi X.</i>	191
De Vertot <i>Hiſtoria de rerum in Luſitania converſionibus.</i>	512
De Vertron <i>Nova Pandora ſeu Faemina ſeculo Ludovici XIV illuſtres.</i>	416
A Vorburg (<i>Jo. Philippi</i>) <i>Hiſtoria rerum Germ. ſub tribus Ot- ronibus Imp.</i>	150
Werlhofii (<i>Joannis</i>) <i>Elogium.</i>	237
Whitlock (<i>Bulſtrod</i>) <i>Monumenta rerum Anglicarum a Bru- ro uſque ad Jacobum I.</i>	471
Winkelmanii (<i>Jo. Juſti</i>) <i>Vera deſcriptio Principatum Haſ- ſia & Hersfeldia. Partes V.</i>	519
Zeumeri (<i>Jo. Casparis</i>) <i>Vita Professorum Jenenſium.</i>	272

Vl. Libri Miſcellanei.

Al-

INDEX AUTORUM.

A llen (<i>Wilhelmi</i>) Opera.	242
Anonymi <i>Miscellanea ad characteres hominum, mo-</i> <i>rum, opinionum, temporum spectantia. Tomi III.</i>	474
Bos (<i>Lamberti</i>) <i>Ellipses Græcæ. Editio secunda.</i>	456
Daceriæ (<i>Anna</i>) <i>Animadversiones ad Homeri Iliadæ.</i>	429
Fabricii (<i>Jo. Alb.</i>) <i>Bibliotheca Græca Lib. IV Pars I.</i>	310
<i>Pars II.</i>	334
Grævii (<i>Jo. Georgii</i>) <i>Inscriptiones Gruterianæ cum notis</i> <i>Marquardi Gudii editæ. Volumina II.</i>	1
Gruteri (<i>Jani</i>) <i>Inscriptiones antiquæ ex edit. J. G. Grævii. Vo-</i> <i>lumina II.</i>	1
Von der Hardt (<i>Hermanni</i>) <i>Limen in Philologia & Exegetico</i> <i>lucem.</i>	109
<i>Rana Ovidii.</i>	278
Henniges (<i>Heinrici</i>) <i>Meditationes ad Instrumentum Pacis</i> <i>Cæsareo-Suevicæ. Specimen I-IX.</i>	151
Homeri <i>Iliad Gallicè translata, cum Notis Daceriæ.</i>	429
Huberi (<i>Jo. Henr.</i>) <i>Icuncula Antiquariis ad illustrationem</i> <i>proposita.</i>	497
Lambecii (<i>Petri</i>) <i>Orationes & Programmata.</i>	330
Marchand (<i>Prosperi</i>) <i>Catalogus librorum bibliothecæ Joachimi</i> <i>Faultrier.</i>	371
Muratorii (<i>Lud. Ant.</i>) <i>Introductio ad Pacem privatam.</i>	501
De Philura (<i>Philandri</i>) <i>Pœmata Germanica.</i>	539
Pignæ (<i>Jo. Bapt.</i>) <i>Tractatus de Pace.</i>	501
De Prado (<i>Ramiresti</i>) <i>Pentaconta archus.</i>	316
Pungeleri (<i>Abrabami</i>) <i>Dissertatio de rerum possibilium ideis</i> <i>in Deo.</i>	497
Keyhero-Junkerianum <i>Theatrum Latinitatis universæ.</i>	233
Sappuhnii (<i>Georgii Henrici</i>) <i>Commentatio Philologica, qua</i> <i>lingua Carchædonica reliquæ explicatur.</i>	421
Schlichtii (<i>Levini Joannis</i>) <i>Observationes selectæ in Epicteti</i> <i>Enchiridion & Cebetis Tabulam.</i>	418
Schmiederi (<i>Sal.</i>) <i>de Hippocratis purgatione morali Obser-</i> <i>vatio.</i>	527
Speroni Speronii <i>Commentatio de duello.</i>	501
<i>Vari-</i>	

INDEX AUTORUM

*Variorum Gratulationes publica in Jubilæo Hannoveriano A.
1710 factæ.* 130
Epistole ad res Poloniæ spectantes. 423

INDEX RERUM NOTABILIORUM in hoc volumine obviarum.

A Bacænum unde dictum? 114	Ætheris definitio & proprietates. 125. 127, 128
In Abdominis velamentis crassior substantia albicans observata. 525	motus unde? 128
Abortus ex vermicibus. 285	cur circularis? 128
Abstinentiæ effectus pro suppleta transpiratione. 47	Æthnæ descriptio. 111 ff.
Acaceus Mercurius cur dictus? 4	Affectiones in homine quotuplicis generis? 479 sq.
Activitas corporum a sulphure. 127	De Agapis Scriptores. 64
Aer quo instrumento comprimitur? 405	Alcinous Platonicus quando vixerit? 335
compressus impedit separationem hemisphæriorum non evacuatarum. 404	Alexandri M. in Homerum affectus singularis. 443
Aeris densitas ut variet? 405	Alexandrini Bibliorum Codicis prerogativa præ Vaticano. 158
elater per compressio- nem turbatus. 405	Algebra ad Geometriam applicata. 95
In Aere insectorum ovula num volitent? 283	Per Algebram num omnia theoremata Geometria inveniri possint? 95
piscium ovula num fluitent? 283	Allen (Vilbelmi) vita. 242
Æther gravitatis & magnetismi causa. 128	Altarium absterfo ex Hist. Eccl. illustrata. 179
	Altitudinem metiendi modus ex dato tempore, quo sonus percipitur corporis descendens

NOTABILIORUM

<i>dentis, dum fundum attingit.</i>	317, 339	Antichristi typi.	455
Alvi retentio 20 vel 30 dierum sollemnis.	333	Antlia pneumatica nova constructio.	403
Amiraldi (Mosis) doctrina.	379	Apostolicæ Constitutiones nomen genuina?	211
Ammiani Marcellini character.	170	Aquæ qualitates.	47
Anabaptistarum & Mennonitarum discrimen.	87	Æ aeris gravitatis proportio.	404
Anatomia nova.	525	Arbitrii humani libertas asserta.	523 ff.
Chirurgia, non item Medicina utilis est.	332	Arcefilæ Philosophi in Homerum affectus.	438
Anatomix usus in Medicina rejectus.	332	Aristoteles notatus.	80
Andry castigatus.	280, 282	Arminius hostis Dei a Jacobo I vocatus.	200
Angliæ bellorum civilium ab A. 1641 ad restaurationem Caroli II historia. 68 ff 133 ff.	471	Arnoldus (Godofredus) notatus.	60
Historia universalis.	471	Arteria hepatica duplex observata.	526
Anglorum in America imperium.	129 ff	Ascarides num sint vermes?	292
Scripta pro adstruenda S ^c scriptura autoritate commendata.	390	Ascetæ ut a monachis differant?	258
Anima dirigit operationes vitales.	332	Ascetarum historia.	257
sentiens & intelligens vegetabilibus, mineralibus, Lapidibus & brutis insectis.	331	Asinus symbolum militis.	241
sui ipsius medicatrix est.	332	Asterisci forma & usus in S. Codice.	156
Animæ propagantur per traducem.	332	Assur quid?	354
Antichristus quis?	453	Athanasius in suspicionem Arianismi adductus.	213
		Atheismus num repugnet bonis moribus.	478
		Attritionis corporum phenomena.	404
		Augustanæ Confessio aphorismis illustrata.	188
		A a a a	Au-

INDEX RERUM

Augustinus num Jansenistis faveat?	55	Bonum summum quodnam?	482
Augustus II ut sceptrum Polo- niae sit consecutus?	388	Boum epidemia historia.	457
		cura.	458 ff.
B abylon a quo condita?	354	Britannia Minor num Gallis olim subiecta?	144
ut hodie dicatur?	358	Brocardi (Jacobi) Commem- rarius in Genesin conde- mnatus.	381
Babylonicae originis illustra- ta.	353 ff.	Brunsvigae urbis Historia Ec- clesiastica.	48
Baco vide Verulamius.		Bucherius notatus.	308
Barometri phaenomena.	148	De Buckinghamensis Ducis matre argute dictum.	473
	405	Bufones in ventriculo natus esse, fabula.	282
Baronium quinam recusare voluerint?	383	Byruthani gymnastii historia.	115
Beatus quis dicatur?	65	Byzantium unde dictum?	190
In Belgium jus Gallorum.	99		
Bibliorum versiones Germa- nica recensita.	395	C alamy (Edmundus) no- tatus.	391
monteme- re suscipienda.	396	Calculi differentialis inventio Leibnitio asserta.	264
Bibliothecae Zuvicaviensis hi- storia.	119	Calor subterraneus	92
Bibliothecarum scriptores.	183	Capituli jus sede Episcopali vacante.	226
Bidloo castigatus.	283	Cardinalitii pilei origo.	467
Bilis & succi pancreatici vi- tia morborum causa pro- pinqua.	332	De Carneovii (Stanislai) Epi- stolis iudicium.	428
Bituminis generatio.	92	Caroli I Regis Angl. navis poli- tica.	70 ff.
Blancardus castigatus.	281	Christianismus.	137
Bonannus (Philippus) refuta- tus.	178	Caroli II Regis Angliae exulis venera.	134, 139
Bonitas quid?	478	Caroli II R. Hisp. a Leopoldo alienatio.	386
Bononiensium nobilium Lau- dos.	400		

Ca

NOTABILIORUM

Caroli III. <i>Hisp. indignatio ob Regnerum ipso vivo factam partitionem.</i>	388	Ciceronis animus effeminatus notatus.	76
Caroli IV <i>Mantua Ducis vitia.</i>	400	Cinerum mentis Vesuvii via.	90
Carpusculum quid?	5	Circuli quadratura.	260, 265
Cartesius notatus.	150	Cizensis Gymnasii Historia.	120
Cataractæ subjectum lens crystallina est.	509	De Clarendonii Com. Historia judicium.	197
Catechismi usus.	45	Glaromontani Codicis hexaplaris historia.	159
Catulorum vomitus ab homine editus fabula.	282	Claudius Ælianus an Tacitorum autor?	315
Cavallerii, ducis Sevennensium, fata.	537 ff.	Clemens Alexandrinus notatus.	65
Cavatores qui?	7	Coagulationis experimentum.	464
Cerebrum bovm petresatum.	279	Ad S. Coenam cur indigne accesserint Corinthii?	256
Chamierii (Danielis) Panstratia Catholica laudata.	382	Cohæisionis causa in mixtis.	127, 331
Chamieriana familia singularia.	382	Collactius quid?	8
Chartarum lusoriarum in scientiis usum quis introduxerit?	186	Commentaria quid?	24
China china propinanda methodus.	47	Complanatorum secta.	135
Christus quo anno & mense natus?	307 ff.	Concoctio ut fiat?	332
Chrysothomus num fuerit causidicus?	304 seq.	Conditor gregum quid?	6
Chyli vascula millena in agno notata.	526	Confessio extra judicium facta quousque valeat?	329
Chylificatio fit per ignem flammantem ventriculi.	332	Conradus I num Imperator dicendus?	150
Ciborum concoctio ut fiat?	232	Consistoriorum officia.	123
		Constitutiones Apostolica num genuina.	211
		Continuitatis lex commendata.	267
		Contolus (Jo. Bapt.) castigatus.	292
		AAAA 2	Cor-

INDEX RERUM

Cordis <i>vita</i> .	47	<i>pio ubi doceatur ?</i>	96
Cornelius (<i>Petrus</i>) <i>qua occasione Kempfii Librum de Imit. J. C. carmine exposuerit ?</i>	541	<i>reptoriorum descriptio geometrica.</i>	263
<i>De Coronis Tractatus historicus.</i>	465	<i>planetariarum Casinianarum explicatio promissa.</i>	262
<i>Corpora movendi in vacuo artificium.</i>	404	Cyrus <i>fabula Rom. notata.</i>	445
<i>Corporum diversitas unde? mutationes ut fiant?</i>	146	D <i>Aumii (Christiani) vita.</i>	116
<i>elementa.</i>	146	<i>Dedicatio Rudolphi Augusti D. Br. ad patrem Augustum edita.</i>	536
<i>gravitas unde?</i>	128	<i>Dedicationis premium.</i>	535
Craufii (<i>Johannis</i>) <i>vita.</i>	119	<i>Decorum quid?</i>	482
<i>Creatio ex nihilo illustrata.</i>	261	<i>Defectio quotuplex, 54 seq.</i>	
<i>quid sit?</i>	264	<i>Demonstrationes syntheticae intellectum magis illuminant analyticis.</i>	96
<i>Critica ars commendata.</i>	477	<i>Dei existentia unde probanda?</i>	481
<i>Cromwelli (Oliverii) character.</i>	141	<i>Deorum, boni & mali, apud Americanos cultus.</i>	131
<i>autoritas apud Gallos.</i>	142	<i>Descensus corporum in aere ad mensuram revocatus.</i>	343
<i>(Richardii) historia.</i>	143	<i>Dialogi difficultas.</i>	476
<i>eter.</i>	143	<i>Diarrhoea cura.</i>	78
<i>De Curcellzo singulare.</i>	383	<i>Dictionarii della Crusca singularia.</i>	399
<i>Curruum armatorum usus.</i>	442	<i>Dilherri (Jo. Mich.) vita.</i>	272
<i>Curvae tractoria usus.</i>	263	<i>Dimesa farina qualis in Veneta ditione ?</i>	398
<i>Curvae mechanica ubi explicentur?</i>	96	<i>Dioscorides Pedanius an Pedacius dicendus?</i>	311
<i>Curvarum in alias aequales transformatio.</i>	263	<i>Dippelius notatus.</i>	331, 334
<i>superiorum descriptio</i>			Di-

NOTABILIORUM

Disciplinæ <i>Ecclesiastica</i> <i>ne-</i> <i>cessitas.</i> 122	<i>Elementa corporum.</i> 146
Dlugosłowa <i>quis Auctor?</i> 424 <i>scripta.</i> <i>ib.</i>	<i>Elementum tertium Cartesii</i> <i>rejectionum.</i> <i>ibid.</i>
Dolæus <i>castigatus.</i> 282	<i>Elconoræ Magdalenz The-</i> <i>resizæ, Leopoldi Imp. Viduæ,</i> <i>liber precam quotidianam.</i> 326
Domus <i>æterna quid?</i> 28	<i>De Elia singularia.</i> 246
Donatio <i>concupina, mulieri</i> <i>aut viduæ suspecta facta</i> <i>num valeat?</i> 328	<i>De Elisa & Nabamane singu-</i> <i>laria.</i> <i>ibid.</i>
Draconem <i>alatum cum urina</i> <i>reddidit esse, fabula.</i> 282	<i>Elyxir pestilentiale.</i> 469
Ductilitatis <i>causa.</i> 127	<i>Embryonem in ventriculo</i> <i>natum esse, fabula.</i> 282
Dudleji <i>historia.</i> 360 ff. <i>scelere Eduardus R.</i> <i>Angl. vitam amisit.</i> 362	<i>Empiricorum Praxis fortu-</i> <i>nata unde?</i> 401
De Dudlejo <i>judicia.</i> 359	<i>Enthusiasmus quid?</i> 474 <i>quotuplex?</i> 474 seq.
A Duellis <i>ut cavendum?</i> 501 ff.	<i>Contra Enthusiasmum reme-</i> <i>dium.</i> 475, 483
Duellorum <i>injustitia demon-</i> <i>strata.</i> 504	<i>Epicteti vita & scripta.</i> 313
Dysenteriz <i>cura.</i> 78	<i>Epicedium quid?</i> 32 <i>Ad Episcopos solos num spe-</i> <i>ctet ordinatio?</i> 303
E cclesiz <i>infallibilitas in</i> <i>quo consistat?</i> 39, 42, 51. ff. <i>ritus Seculi II expo-</i> <i>siti.</i> 66	<i>Episcoporum Pospaniensium</i> <i>vita.</i> 229
<i>Extra Ecclesiam num detur</i> <i>salus?</i> 302	<i>De Epistolis Paulinis judi-</i> <i>cium.</i> 216
Eduardus VI. R. <i>Angl. Dudleji</i> <i>scelere vitam amisit.</i> 362	<i>De Erasmo quadam singula-</i> <i>ria.</i> 77
Elasticitatis <i>quadam pheno-</i> <i>mena.</i> 404, 405	<i>Etymologici studii historia.</i> 364 ff.
Elater <i>partium corporis.</i> 47	<i>Euripidis fatum.</i> 77
De Electione & <i>reprobatione</i> <i>controversia in Anglia re-</i> <i>suscitata.</i> 521	<i>De Eustathio iudicium.</i> 444
Electricitatis <i>vitri phænomena.</i> 404, 405	<i>Exceptor quid?</i> 6 <i>Excommunicationis jus num</i> <i>spectet ad solam Ecclesiam?</i> 303
	<i>Ex-</i> A a a a 3

INDEX RERUM

Executionem num revocet resistitio in integram? 329	tubulis capillaribus etiam in vacuo ascensus. 404
Experimenta Physico-Mecha- nica. 402 ff.	resistentia explicata. 149
Ezechiel cum Homero compa- ratus. 439	ascensus inter super- ficies corporum contiguo- rum. 405
F abricii (Jacobi) votum & factum singulare. 232	Fluxus sanguinei cura. 78
Faecum atvi semel intra 20 di- es a sene depositarum exem- plum rarum. 333	Foeminae sub Ludovico XIV R. Gall. celebres. 417
De Fato Stoicorum sententia. 419	In Foeminas Satyra. 540
Febris num sit crisis natura? 333	Foetus nutritio per os in dabi- um vocata. 527
Febrium intermittentium cu- ra. 78.	Follis quid? 8
In Febribus pulsus actio. 47	Freti Hudsonis descriptio. 131
Anti-Febrile novum. 333	Friderici Henrici Principis Aransevaticinium. 195, 196
Felem in ovo aut ventriculo latuisse, fabula. 282	Fructus horarii num vermes gignant? 282
Fenelonius refutatus. 37 seq.	Fumi natura. 92
Ferrarius (Jeremias) excom- municatus. 378	G abella quo in loco offe- renda? 330
Fertilitatis in monte Vesuvio causa. 90	Galliae Synodi Reformatorum. 375
Fictores qui dicti sunt? 6	Gallorum jus in Belgium. 99
Flammæ materia. 92	Garzoni (Petrus) notatus. 389
Flammula cordis defensa. 332	Generationis æquivoca cau- sa. 331
Flechierii (Esprit) vita. 372	Geneleos Codicis Cottoniani historia. 151*
Florentiæ Ducis moderni pie- tas laudata. 399	De Genitalibus virorum ob- servata. 526
Fluidorum ultra libellam in	Gentilium status futurus qualis? 524
	Geometriæ theoremata non omnia

NOTABILIORUM.

<i>omnia per Algebram inveniri possunt.</i>	95	Hamburgensis Gymnastii historia.	230
Germanicæ lingue studium commendatum.	109	Hanoveranus Dux ut Electoralem dignitatem sit consecutus?	387
<i>etymologia commendata.</i>	364 ff.	Harderus notatus.	283
Gibellus mons unde dictus? III		Hassæ descriptio.	519
Glabri quinam dicti?	7	Hauksbee (Franciscus) laudatus.	403
Glareæ montis Vesuvii magnitudo, figura & durities.	91	In Haunoldum (Jo. Sig.) gratulationes.	180
Glaucomatis subjectum humor vitreus oculi.	510	Hebræorum Reipublica historia.	244 ff.
Glutinator quid?	7	Henniges (Henrici) Meditationes in Instr. Pac. Westph. commendata.	152
Gocius (Godofredus) laudatus.	337	Henricus Auceps num Imperator dicendus?	150
Grandi (Jacobus) castigatus.	281	Henricus, Jacobi I R. Angl. filius laudatus.	201
(Guidonis) scripta.	407	Hermanni Hassia Landgr. Topographia Hassiæ edita.	520
Gravitas specifica aeris ad aquam determinata.	404	Hersfeldiæ descriptio.	519
corporum unde?	128	Hexaplorum autor.	154
Gratiæ divina operatio qualis?	523	Hierarchia Eccl. seculi II.	66
Grindali (Edmundi) vita & res gesta.	294	Hippocrates notatus.	284
Grotius (Hugo) notatus.	359	Hippocratis elogia.	528
refutatus.	360	<i>purgatio moralis explicata.</i>	527 ff.
Grotii (Hug.) operis de J. B. & P. aditio affecta.	237	Historia Eccl. Seculi II.	67
Guevaræ (Anna) prudentia laudata.	201 seq.	<i>annorum 1663 usque ad 1668.</i>	97 ff.
Guttæ figura in vacuo rotunda.	147	<i>annorum 1679 usque ad 1681.</i>	468
H emisphæriorum separatio in aëre compressa.	404	Anglia universalis.	47E
		Hol-	

INDEX RERUM

Holstenii (<i>Luca</i>) de vita & scriptis Porphyrii libellus recusatus.	337	Janfenismus defensus.	38 ff.
Homerus defensus.	432 sq.	confutatus.	49 ff.
Homeri laudes.	431 ff. 440	Janfenismi historia.	50
in Gallicam linguam transferendi difficultas	434	Idez varia objecti ejusdem num esse possint?	81
Opera ut ad nos pervenerint?	442	possibilium num sint a beneplacito Dei?	499
Commentatores.	444	num sint a se? 499	
Homerum cur Plato e <i>Republ.</i> eliminandum putaverit?	431	Idearum vitia.	80
In Homerum affectus <i>Arcefila Phil.</i>	438	divinarum origo.	497 sq.
Alexan-		Jenensium Professorum vitia.	272
dri M.	443	Jeroboami Regis character.	245
Honorius Pont. num in synodo damnatus?	52	Ignatius num traditionibus faverit?	61
Humorum in abdomine via ad sanguinem.	47	Ignatii scripta spuria.	62 sq.
Hungariæ Regni origo.	426	Epistola num spuria?	159
Hyde (<i>Thomas</i>) notatus.	250	Ignis flammans in ventriculo assertus.	332
Hydropis cura.	78	natura explicata.	126
Hyperbolæ quadratum.	260	Infalibilitas ecclesie in quo consistat?	39, 42, 51 ff.
262		Infiniti scientia autor & propagator maximus Leibniti- tius.	261
Hyperbolam per tractoriam quinam quadraverint?	263	principia no- va.	267 sq.
Jacobæus (<i>Oligerius</i>) notatus.	283	Injuriz illatae autores ut expiscandi?	503
Jacobi I R. Angl. apophtegma.	473	Inscriptiones antiqua Romana cura J. G. Gravii edita. I qui collegerint?	
Jacobi II R. Angl. moderatio.	388	Insectorum ovula num in ære volitans?	38
Jamblichi <i>Hortatio ad Philosophiam promissa.</i>	337		in-

NOTABILIORUM

Insignium Polonia origo. 426	E Lacte putrescente num
Inspiratio Scriptura S. explicata. 391 ff.	Lumbrici intestinales oriantur? 284
Insularius quid? 8	Lapidibus inest anima sentiens & intelligens. 331
Inventionum demonstratio facilior, quam origo. 266	Laudemium a quo prestandum? 330
Josephi (Flavii) vita & scripta. 312	De Lazio iudicium. 365
Irenzi doctrina exposita. 64*	Leeuwenhæckius notatus. 283
Judæus vide Philo.	
Judæorum Regnum cur destructum? 246	Lebanisci figura qualis? 155
Jungenickelii (Andrea) vita. 406	us in Codice S. 155
Janones faminarum Genii. 19	Leopoldus Imp. cur Johanni III R. Pol. indignatus? 386
Juridica Bibliotheca. 369	Leovitius celebris Astrologus. 77
Juris reformatio necessaria. 270	Leydekkerus (Melchior) refutatus. 53
Jurisprudentia papizans. 271	Literarum comparatio ut instituenda? 328
Jus Principum circa sacra expositum. 121	Lites privatae ut componenda? 502 ff.
Justina Valentini I uxor num antea fuerit nupta Magnentio? 168	Longinus vide Dlugoffus.
Justinus notatus. 190	Longini περί μαρτυριών liber editus. 338
Juvenalis Sat. VIII v. 73 explicatus. 476	Lotionis pedum ritus ex Hist. Eccl. illustratus. 176
	S. Luciae insula descriptio. 132
	Ludovici XIII R. Gall. Historia. 191
K Adlubko (Vinc.) notatus. 425	Luis Venerea cura per frictiones & sudores. 79
Kadlubkonis (Vinc.) vita. 425	Lumbrici intestinorum unde proveniant? 283 seq.
Kippingii (Henrici) vita. 518	Lumbricorum teretium anatomie. 293
Koerberi (Jo. Frid.) vita. 121	
Kuhnii (Joachimi) vita. 120	
	Bbbb
	Ex

INDEX RERUM

<p>Holstenii (<i>Luca</i>) de <i>vita</i> & <i>scriptis Porphyrii libellus</i> <i>recusus.</i> 337</p> <p>Homerus <i>defensus.</i> 432 sq.</p> <p>Homeri <i>laudes.</i> 431 ff. 446 <i>in Gallicam linguam</i> <i>transferendi difficultas</i> 434 <i>Opera ut ad nos per-</i> <i>venerint?</i> 442 <i>Commentatores.</i> 444</p> <p>Homerum <i>cur Plato e Republ.</i> <i>eliminandum putaverit?</i> 431</p> <p>In Homerum <i>affectus Arcefi-</i> <i>la Phil.</i> 438 <i>Alexan-</i> <i>dri M.</i> 443</p> <p>Honorius <i>Pont. num in synodo</i> <i>damnatus?</i> 52</p> <p>Humorum <i>in abdomine via</i> <i>ad sanguinem.</i> 47</p> <p>Hungariæ <i>Regni origo.</i> 426</p> <p>Hyde (<i>Thomas</i>) <i>notatus.</i> 250</p> <p>Hydropis <i>cura.</i> 78</p> <p>Hyperbolæ <i>quadratum.</i> 260 262</p> <p>Hyperbolam <i>per tractoriam</i> <i>quinam quadraverint?</i> 263</p> <p>Jacobæus (<i>Oligerius</i>) <i>nota-</i> <i>tus.</i> 283</p> <p>Jacobi I <i>R. Angl. apophtegma.</i> 473</p> <p>Jacobi II <i>R. Angl. moderatio.</i> 388</p> <p>Jamblichi <i>Horratia ad Philo-</i> <i>sophiam promissa.</i> 337</p>	<p>Janfenismus <i>defensus.</i> 38 ff. <i>confutatus.</i> 49 ff.</p> <p>Janfenismi <i>hystoria.</i> 50</p> <p>Ideæ <i>varia objecti ejusdem</i> <i>num esse possint?</i> 81 <i>possibilium num sint a</i> <i>beneplacito Dei?</i> 499 <i>num sint a se?</i> 499</p> <p>Idearum <i>vicia.</i> 80 <i>divinarum origo.</i> 497 sq.</p> <p>Jensenium <i>Professorum vicia.</i> 272</p> <p>Jeroboami <i>Regis character.</i> 245</p> <p>Ignatius <i>num traditionibus</i> <i>faverit?</i> 61</p> <p>Ignatii <i>scripta spuria.</i> 62 sq. <i>Epistola num spuria?</i> 159</p> <p>Ignis <i>flammans in ventriculo</i> <i>assertus.</i> 332 <i>natura explicata.</i> 126</p> <p>Infalibilitas <i>ecclesie in quo</i> <i>consistat?</i> 39, 42, 51 ff.</p> <p>Infiniti <i>scientie autor & pro-</i> <i>pagator maximus Leibni-</i> <i>tius.</i> 261 <i>principia no-</i> <i>va.</i> 267 sq.</p> <p>Injuriz <i>illate autores ut ex-</i> <i>piscandi?</i> 503</p> <p>Inscriptiones <i>antique Roma-</i> <i>na cura J. G. Grevii edita.</i> 1 <i>qui collegerint?</i> 1</p> <p>Inspectorum <i>ovula num in æ-</i> <i>re volitent?</i> 38 in-</p>
--	--

NOTABILIORUM

Insignium <i>Polonia origo.</i> 426	E Lacte putrescente nam
Inspiratio <i>Scriptura S. explicata.</i> 391 ff.	Lumbrici intestinales oriantur? 284
Insularius <i>quid?</i> 8	Lapidibus inest anima sentiens & intelligens. 331
Inventionum <i>demonstratio facilior, quam origo.</i> 266	Laudemium a quo prestandum? 330
Josephi (<i>Flavii</i>) <i>vita & scripta.</i> 312	De Lazio <i>judicium.</i> 365
Irenzi <i>doctrina exposta.</i> 64*	Leeuwenhæckius <i>notatus.</i> 283
Judæus <i>vide Philo.</i>	Lemnisci <i>figura qualis? usus in Codice S.</i> 155
Judæorum <i>Regnum cur destructum?</i> 246	Leopoldus <i>Imp. cur Johanni III R. Pol. indignatus?</i> 386
Jungenickelii (<i>Andrea</i>) <i>vita.</i> 406	Leovitius <i>celebris Astrologus.</i> 77
Janones <i>feminarum Genii.</i> 19	Leydekkerus (<i>Melchior</i>) <i>refutatus.</i> 53
Juridica <i>Bibliotheca.</i> 369	Literarum <i>comparatio ut instituenda?</i> 328
Juris <i>reformatio necessaria.</i> 270	Lites <i>privatae ut componende?</i> 502 ff.
Jurisprudencia <i>papizans.</i> 271	Longinus <i>vide Dlugoffus.</i>
Jus <i>Principum circa sacra expositum.</i> 121	Longini <i>πρωι υβρετων liber editus.</i> 338
Justina <i>Valentiniani I uxor num antea fuerit nupta Magnentio?</i> 168	Lotionis <i>pedum ritus ex Hist. Eccl. illustratus.</i> 176
Justinus <i>notatus.</i> 190	S. Lucie <i>insula descriptio.</i> 132
Juvenalis <i>Sat. VIIIv. 73 explicatus.</i> 476	Ludovici XIII <i>R. Gall. Historia.</i> 191
K Adlubko (<i>Vinc.</i>) <i>notatus.</i> 425	Luis <i>Veneræ cura per frictions & sudores.</i> 79
Kadlubkonis (<i>Vinc.</i>) <i>vita.</i> 425	Lumbrici <i>intestinorum unde proveniant?</i> 283 seq.
Kippingii (<i>Henrici</i>) <i>vita.</i> 518	Lumbricorum <i>teretium anatomie.</i> 293
Kœberi (<i>Jo. Frid.</i>) <i>vita.</i> 121	Bbbb <i>Ex</i>
Kuhnii (<i>Joachimi</i>) <i>vita.</i> 120	

INDEX RERUM

<i>Ex Lumbricis num generentur vermes?</i>	293	<i>Mathematicum in arte Medica usus explicatus.</i>	82
<i>Lumen a phosphoro in vacuo propagatum.</i>	405	<i>us impugnatus.</i>	84
<i>Luminis intensio gradus determinati.</i>	262	<i>Mazariuz Ducis cum Noveria comparatio.</i>	539
<i>productio in vacuo.</i>	404 seq.	<i>Mechanicus Physicorum impugnatus.</i>	331
<i>propagatio a phosphoro in vacuo.</i>	405	<i>Medici ars in quo consistat?</i>	332
<i>Lunæ radii num calefaciant?</i>	127	<i>Medicina origini sue vindicata.</i>	330
M <i>Aceris quid?</i>	29	<i>Medicinz methodus Mathematica convenit.</i>	53
<i>Magdeburgenses Centuriatores defensi.</i>	60, 64	<i>compendium practicum.</i>	401
<i>Magnetica phenomena num ab æthere?</i>	128	<i>Meditationis definitio, necessitas, commoda.</i>	258
<i>Maittaire (Michael) quis?</i>	504	<i>Dr Melanchthonis Loci Theologicis singularia.</i>	500 ff.
<i>Malleus pro sceptro in statua Thori observatus.</i>	16	<i>Melck nomen unde?</i>	253
<i>Marcellini (Ammiani) character.</i>	170	<i>Melitonia doctrina exposita.</i>	58
<i>Maria Arragonica, Ortonis III Imp. conjux chimerica.</i>	151	<i>Mellicense Chronicon.</i>	253
<i>Marianæ liber de Rege cur Parisiis crematus?</i>	199	<i>Mennonitæ defensi.</i>	86
<i>Mathematici in praxi Medica excellentes.</i>	84	<i>Mennonitarum historia.</i>	85 ff.
<i>physicam corrumpunt.</i>	333	<i>Mensam ponere quid?</i>	8
<i>vindicati.</i>	333	<i>Mercurii extraordinaria in barometro altitudo unde?</i>	148
<i>rebellius aliis ratiocinantur.</i>	82	<i>Mercurium in barometro cur deprimant præcella?</i>	409
<i>Mathematicorum in Physicam merita.</i>	334	<i>Mercurialis phosphori experimenta.</i>	403 seq.
		<i>Metaphysicæ multus in Geometria & analysi usus.</i>	269
		<i>Metempsychosis rejecta.</i>	31
			Me-

NOTABILIORUM

Methodus <i>Slufiana</i> constru- endi <i>problemata</i> explica- ta. — 66	Mornæus <i>laudatus</i> . 199
Meurſius <i>notatus</i> . 12	Mori (<i>Alexandri</i>) <i>vita</i> . 316
Militis <i>ſymbolum aſinus</i> . 241	Motus <i>gratum</i> ſuper plano <i>inclinato</i> examinatus. 406
Mineralium <i>generatio</i> . 92	in <i>vacuo</i> corporibus <i>imprimi</i> poteſt ſingulari ar- tificio. 404
Mineralibus <i>ineſt anima ſen- ſiens & intelligens</i> . 331	<i>leges</i> ex ſola <i>extenſione</i> <i>non explicabiles</i> . 334
Miſſaticorum <i>sacerdotum</i> o- rigo. 151	<i>reptorii</i> <i>improbati</i> . 263
Molinæus (<i>Petrus</i>) <i>cur Paſto- ris & Prof. munere Parisiis</i> <i>excluſus</i> . 382	Motum <i>tractori</i> quæ in <i>Geometriam</i> primus invo- xerit? 262
Molinæi (<i>Petri</i>) <i>mors</i> . 382	Muratorius <i>laudatus</i> . 501 ſq.
Molinæi (<i>Caroli</i>) <i>Unio IV</i> <i>Evangelistarum rejecta</i> . 381	Muſcarum <i>ovulis</i> num <i>ge- nerentur vermes</i> <i>intestino- rum</i> ? 282
Mollii (<i>Hermanni</i>) <i>plagium</i> <i>detectum</i> . 129	Mutinenſes <i>clari</i> . 400
Monachorum <i>hiſtoria</i> . 258	N aturæ <i>mechanice</i> <i>neg- gata</i> . 333
Monialium <i>qualis olim ratio?</i> 279	Newtonus (<i>Isaacus</i>) <i>notatus</i> . 149
Com. de Montecucoli (<i>Ray- mundus</i>) <i>quanti habitus a</i> <i>Turenno</i> ? 400	Nicomachii <i>Geraſani</i> <i>ſcripta</i> . 330 ſeq.
Montium <i>ignivomorum</i> <i>ori- go unde?</i> 89, 112	Nihila <i>inſuita</i> num <i>aggre- gent</i> <i>quantitatem finitam</i> . 261, 264
Morbi <i>natura ut deſeratur?</i> 82	Nimrod <i>unde dictus?</i> 355
Morbi <i>reſolutivi unde?</i> 332	Nitri <i>generatio</i> . 92
<i>coagulantes & tartarei</i> <i>unde?</i> 333	Novum <i>Teſt. vide</i> <i>Teſtamen- tum</i> .
<i>ex ſenſatione vitæ pen- dent</i> . 332	Circa <i>Noyeriz filiarum ma- trimonia</i> <i>miraſata</i> 536 ſeq.
Morbilloſorum <i>cura</i> . 78	Noyeriz <i>cum Duce Mazari- na</i> <i>comparatio</i> . 539
Morborum <i>origo</i> . 332	Nu
Morhoſius <i>notatus</i> . 365	
B b b b z	

INDEX RERUM

<p>Numi in <i>Jubileum Haunoldianum</i> <i>Ungariae</i> <i>cusi.</i> 181 seq. <i>Imperatorum argentei explicati.</i> 239 Nutritio <i>fetus per os in dabinum</i> <i>vocata.</i> 527</p>	<p>De <i>Paschalis [Blasii] Epistolae provincialibus</i> <i>judicium.</i> 52 De <i>Paschatis Feste celebrando Conciliorum decreta.</i> 59 In <i>Pathologia Matheosofus.</i> 83 <i>Pedilavium ex Hist. Eccl. illustratum.</i> 176 seq. <i>Peniculus ventriculi.</i> 189 <i>Pericardii cavitas</i> <i>quanta?</i> 527 <i>Periclis eloquentia laudata.</i> 77 <i>Peritonæi quot laminae?</i> 53 <i>Perronius notatus.</i> 77 <i>Persecutiones Seculi II.</i> 67 <i>Petrolei vis antihelminthica.</i> 292 <i>Petrus II R. Port. ut ad Regnum pervenerit?</i> 517 De <i>Perronio</i> <i>judicium.</i> 365 <i>Pharmacopœia extemporanea.</i> 238 <i>Philonis Judæi vita & scripta.</i> 311 <i>operum editio promissa.</i> 312</p>
<p>Octaplorum <i>autor.</i> 154 <i>Offinarum, earumque insignium jus.</i> 329 seq. <i>Olearius (Godofredus) laudatus.</i> 335 <i>Optio quid?</i> 14 <i>Ordinatio num ad solos Episcopos spectet?</i> 303 <i>Orgasmus.</i> 47 <i>Orichovii (Stanislai) vita.</i> 426 <i>Origenis in Codice S. emendando studium.</i> 154 seq. <i>Oriendus [Franc.] notatus.</i> 180 <i>Otto III num matrimonium inierit?</i> 151 <i>Ottonum Imp. historia.</i> 150 <i>Ovidii Rana explicata.</i> 278 In <i>Ovo felem latuisse, fabula.</i> 282</p>	<p><i>Phosphori Mercurialis phenomena.</i> 403, 404 <i>Physicæ principia latentia.</i> 330 <i>elementa.</i> 145 <i>Physico-Mechanica experimenta.</i> 402 In <i>Physiologia. Matheosofus.</i> 43 <i>Pignæ [Jo. Bapt.] vita promissa,</i> 502 <i>Pilei</i></p>
<p>In <i>P</i>acis <i>Westphal. instrumentum Commentatores.</i> 151 <i>Parabolæ rectificata.</i> 263 <i>Particulæ striata Cartesii rejecta.</i> 146</p>	<p><i>sa,</i> 502 <i>Pilei</i></p>

NOTABILIORUM

Pilei Cardinalitii origo.	467	Profarius quid?	8
Piscem in ventriculo natum esse fabula.	282	Providentiæ Insula descriptio.	
Piscium ovula num in aere fluctuent?	283	Psalmi elegiaco carmine expressi.	132 415
Planetarum agitationes sunt anima.	331	Ptolemæi [Claudii] de apparentiis stellarum fixarum Pars I edita.	314
Pleuritidis cura.	78	Pulicum generatio.	332
Pluvix ignea experimentum.	404	Pulsus actio in febrilibus.	47
De Poëti Germanica dialogus.	541	Pumicis generatio.	92
Poiretus [Petrus] refutatus.	498 seq.	Punica quædam explicata.	422
Polycarpi doctrina explicata.	65	Purgantium usus & actio.	47
Portius [Lucas Ant.] notatus.	406	Purgatio moralis Hippocratis explicata.	527 ff.
Portugallix sub Johanne D. Brigant. conversiones.	513 ff.	agrorum in principio morbi.	47
Polmaniensium Episcoporum vita.	229	De Pythagora dissertatio.	187
Possibilium notio explicata.	498	R ainaldi D. Mutinensis castitas.	400
Poëmi [Petrus] vita.	316	Rainuti II Parmensis Ducis Laus.	400
Potus agris an concedendus?	47	Ramus [Petrus] ob Reformatam religionem crudeliter habitus.	381
Principum jus circa sacra.	121	Ranæ Opidiæ explicata.	278
Problema Geometricam expostum.	407	Ranas in ventriculo natas esse, fabula.	282
Processus pro successu prosperi.	5	Rectorum celebrium Historia.	114
Professorum Jenensium vita.	272	Reformatos Gallia expelli vult Card. de S. Cruce.	376
Prognosis vitæ & mortis.	123	Refractionis in aere quantitas experimento determinata.	405

Cccc

Re-

INDEX RERUM

Regis dignitatis in Hungaria origo.	426	Sanguinis circulatio quotem- pore absolvatur?	47
Reinellius [Thomas] notatus.	18, 22, 23.	Etur.	ib.
Reinicke Fuchs liber qua oc- casione conscriptus?	361	natura.	ib.
Renes calculus gravidis in sac- culos membranosos muta- ti.	526	Sanitatis definitio.	81
Restitutio in integrum num executionem revocet?	329	Sarnellius (Pompejus) refuta- tus.	178
Reyheri (Andrea) Lexicon commendatum.	233	Sarnicii (Stanielas) vita.	425
Rerum possibilium idea in Deo dantur.	497 ff.	Scepticismus defensio.	475
Resistentia leges quinam in- venirent?	148	refusari habemus non potu- is.	331
rationes physica.	148	Scepticiami origo.	ib.
sequ.		Sehraderus (Mars.) notam.	166
Ritus Eccl. Seculi II expositi.	66	Scientia infiniti principia no- va.	267 ff.
Rivetii (Andrea) mors.	382	Scorbuti cura.	78
Sabazii Jovis sacra.	18	Scotia Nova descriptio.	130
Sacerdotalis dignitas ex- plicata.	303	Scriniarius quid?	8
Sagittarii (Gasp.) vita & scri- pta.	533 ff.	Scripturae Selectae commenda- ta.	254
Salnarii Harmonia Confessio- num laudata.	382	inspiratio expli- cata.	391 ff.
Saltatoris artis magistri ex- communicati.	380	Scripturae S. loca explicata:	
Sandius notatus.	63	Gen. III, 12, 13.	449
Sanguinis conditio in statu imminuta a transpiratione.	47	IV, 1.	450
		V, 29.	450
		X, 11.	354
		XI, 1-9.	355
		12, 13.	191*
		Levit. XVIII, 18.	450
		2 Reg. XI, 11.	245
		Hiob XXXI, 6.	441
		Pf. VIII, 2.	450
		Prov. XVI, 11.	441
			66

NOTABILIORUM

Esa. XIV, 12.	441	XV.	220
LXI, 8.	450	2 Cor. III, 13.	220
Jer. XLVIII, 10.	69	V, 9, 17, 18.	220
Ezech. XL, 48.	109, 110	VIII, 8.	221
Dan. VII,	454	X, 4.	223
Matth. I, 19,	451	XIII, 1.	211
XXIV,	51, 202	5, 6, 7.	221
XXVII, 5.	451	Gal. I, 4, 6.	217
XXVIII, 19, 20.	46	10.	217
Marc. XI, 32.	457	II, 14.	217
Luc. I, 26.	308	III, 16, 27.	217 seq.
III, 1.	309	IV, 1-5, 7-9.	218
23.	308	V, 18.	218
IX, 13.	457	Eph. I, 10.	224
Joh. V, 43.	454	11.	224, 225
Act. I, 7.	456	III, 10.	224
18.	451	15.	224
IX, 34.	456	V, 2.	225
XV, 28.	225	1 Tim. V, 10.	456
XX, 27.	164	2 Tim. I, 13.	41
Rom. I, 16, 17.	221	1 Joh. V, 7.	211
32.	221		
II, 26.	222	Seculi II <i>Historia Ecclesiasti-</i>	
III, 26.	222	<i>ca.</i>	67
IV, 11, 12.	222	<i>Hierarchia Eccl.</i>	66
V, 12.	523	<i>Ritus Eccl.</i>	66
VIII, 11.	223	<i>Persecutiones.</i>	87
19.	223	<i>Seminis regressus ad massam</i>	
XI, 26.	224	<i>sanguineam.</i>	408
1 Cor. I, 28.	218	<i>Sennertus (Dan.) laudatus.</i>	77
II, 6.	219	<i>Sermonis origo.</i>	85
III, 17.	219	<i>vitia.</i>	80
VII, 36, 37.	219	<i>Serpentem in gallina ovo re-</i>	
X, 2.	219	<i>pertum fabula.</i>	282
XI, 3.	219	<i>Sertorii in Inscriptionibus</i>	
XIV, 29.	298	<i>plures.</i>	16
			Sici-

INDEX RERUM

Regis dignitatis in Hungaria origo.	426	Sanguinis circulatio quotem- pore absolvatur?	47
Reinellius [Thomas] notatus.	18, 22, 23.	nimis profusi esse- tur.	ib.
Reinicke Fuchs liber qua oc- cassione conscriptus?	361	natura.	ib.
Renes calculus gravidis in sac- culos membranosos muta- ti.	526	Sanitatis definitio.	81
Restitutio in integrum num executionem revocet?	329	Sarnellius (Pompejus) refuta- tus.	178
Reyheri (Andrea) Lexicon commendatum.	233	Sarnicii (Stanislaus) vita.	425
Rerum possibilium idea in Deo dantur.	497 ff.	Scepticismus defensio.	475
Resistentiae leges quanam in- venerit?	148	refusari habemus non potu- is.	331
rationes physica.	148	Scepticismi origo.	ib.
	seq.	Sehaderus (Mart.) notatus.	166
Ritus Eccl. Saeculi II expositi.	66	Scientiae infiniti principia no- va.	267 ff.
Riveti (Andrea) mors.	382	Scorbuti cura.	78
Sabazii Jovis sacra.	18	Scotiae Nova descriptio.	130
Sacerdotialis dignitas ex- plicata.	303	Scriniarius quid?	8
Sagittarii (Gasp.) vita & scri- pta.	533 ff.	Scripturae Selectio commende- ta.	254
Salnarii Harmonia Confessio- num laudata.	382	inspiratio expli- cata.	391 ff.
Saltatoriae artis magistri ex- communicati.	380	Scripturae S. loca explicata:	
Sandius notatus.	63	Gen. III, 12, 13.	449
Sanguinis conditio in statu immutata transpirationis.	47	IV, 1.	450
		V, 29.	450
		X, 11.	354
		XI, 1-9.	355
		12, 13.	152*
		Levit. XVIII, 18.	450
		2 Reg. XI, 11.	245
		Hiob XXXI, 6.	441
		Pf. VIII, 2.	450
		Prov. XVI, 11.	441
			Ela

NOTABILIORUM

Esa. XIV, 12.	441	XV.	220
LXI, 8.	450	2 Cor. III, 13.	220
Jer. XLVIII, 10.	69	V, 9, 17, 18.	220
Ezech. XL, 48.	109, 110	VIII, 8.	211
Dan. VII,	454	X, 4.	221
Matth. I, 19,	451	XIII, 1.	211
XXIV,	51, 202	5, 6, 7.	211
XXVII, 5.	451	Gal. I, 4, 6.	217
XXVIII, 19, 20.	46	10.	217
Marc. XI, 32.	457	II, 14.	217
Luc. I, 26.	308	III, 16, 27.	217 seq.
III, 1.	309	IV, 1-5, 7-9.	218
23.	308	V, 18.	218
IX, 13.	457	Eph. I, 10.	224
Joh. V, 43.	454	11.	224, 225
Act. I, 7.	456	III, 10.	224
18.	451	15.	224
IX, 34.	456	V, 2.	225
XV, 28.	225	1 Tim. V, 10.	456
XX, 27.	164	2 Tim. I, 13.	41
Rom. I, 16, 17.	221	1 Joh. V, 7.	214
32.	221		
II, 26.	222	Seculi II <i>Historia Ecclesiasti-</i>	
III, 26.	222	<i>ca.</i>	67
IV, 11, 12.	222	<i>Hierarchia Eccl.</i>	66
V, 12.	523	<i>Ritus Eccl.</i>	66
VIII, 11.	223	<i>Persecutiones.</i>	87
19.	223	<i>Seminis regressus ad massam</i>	
XI, 26.	224	<i>sanguineam.</i>	408
1 Cor. I, 28.	218	Sennertus (Dan.) <i>laudatus.</i>	77
II, 6.	219	Sermonis <i>origo.</i>	35
III, 17.	219	<i>vitia.</i>	36
VII, 36, 37.	219	Serpentem <i>in gallina ovo re-</i>	
X, 2.	219	<i>pertum, fabula.</i>	282
XI, 3.	219	Sertorii <i>in Inscriptionibus</i>	
XIV, 29.	298	<i>plures.</i>	16
			Sici-

INDEX RERUM

Siciliæ descriptio.	110	Strada (Famianus) notatus.	
Sigismundus Augustus Polonia pertasus.	200	Stuartorum historia.	359
Simon (Dionysius) notatus.	371	Succi pancreatici & biliaria sunt morborum causa propinqua.	332
De Simonia Curia Romana dissertatio.	123	Succonditor quid?	6
Sironum ovula.	283	Sudoriferorum usus.	47
Socratis historici character.	169	Sulphur vinculum mixtorum.	127
Sol non est igneus.	127	telluri indigenum.	127
Soliditatis causa.	145, 146, 148	Sulphuris natura explicata.	135
Soliloquia commendata.	476	chymici & philosophici differentia.	126
Senitus quid?	81	generatio.	92, 125
Sonus in aere compresso fortior.	405	usus.	125
Speculum Venerium.	11	Sulphureæ particula definitio.	127
Spenerus notatus.	65	Superintendens dicitur amar Grindalus Ep. Anglus.	296
Speroni Speronii encomium.	502	Superstitionis origo, incrementa, fructus.	483
Spinozismus ante Spinozæm.	188		
Spiritus functiones corporis præstant.	331 ff.		
Spirituum omnia plena.	331		
Stephani Batorii forma & mors.	426		
De Stephano (Roberto) singularia.	505 sq.	T Aciti scriptorum astimatio.	77
(Henrico) singularia.	507 seq.	Tanix an habeant motum? caput figuratum?	289
Stephanorum vita.	504 ff.	papilla an respirent & quæla eminent?	289
genealogia.	505	Tambuccijs (Hier.) notatus.	407
Stoicorum loquendi ratio inconstans.	420	Tauropolium quid?	21
Strabonis vita & scripta.	310 seq.		

Tem-

NOTABILIORUM

Temple (<i>Wilb.</i>) defensio. 408	Pro Transpiratione supple-
Templa ut olim dicta? 359	da effectus abstinentia. 47
	seq. Trianguli maximi super data
Templorum veteris Eccl. hi-	recta constructio. 96
storia. 359	Tubulorum capillarum pha-
Terræ motus causa. 92	nomena in vacuo. 404
Testamenti Novi cognitio o-	Turcici & Veneti belli nuperi
lim exigua. 506	historia. 386
	Turennius ad copiarum Belg.
nuscripti. 448	imperium vocatus. 104
	Turris Babylonica an vere ex-
Let. varia-	structa? 355
rum collectores. 447	cur extru-
Tetraplorum Autor. 154	cta? 356
Theatrus. 47	
Theologia scholastica cur fa-	V Accarum vermes subcu-
fidita? 500	tanei unde? 283
Theologiæ dogmatica syste-	Valentini notatus. 283
ma. 500	Variolarum cura. 78
	Vasorum sanguiferorum
Ethnica in Home-	structura. 47
ro systema. 440	Vegetabilibus ineff anima
Theologorum <i>enunciatorum</i>	sentiens & intelligens. 331
jubilæum. 93	Velsius (<i>Iustus</i>) quas in Eccl.
Theorema Pythagoricum per	Angl. turbas dederit? 296 sq.
Algebra demonstratum. 95	Venassectionis effectus. 47
Tollius (<i>Jacobus</i>) notatus. 508	Veneti extra patriam Princi-
Tournemini de originibus	pi fervientes jus civitatis
fabularum exponendis con-	amittunt. 387
flium. 188	Ventriculum purgandi mo-
Traditionibus num severis	odus pure mechanicus. 183
Ignatius? 61	Ventriculi ignis flammans. 332
Trajanî nomine Jupiter cul-	succus duplex. 525
tus in Dacia. 4	In Ventriculo selem, embryo-
In Transpirationis imminu-	nem, piscem, ranas &c. na-
ta statu sanguinis conditio	tas fabula. 282
qualis? 47 seq.	Ve-

INDEX RERUM

<i>Vera toleranter qualia sunt?</i>	<i>Vis attractrix impagnata.</i>
267	147, 406
<i>Vermes in homine num mor- tentur in nymphas? 280 sq.</i>	<i>motrix unde pendeat? 127</i>
<i>intestinatorum unde generentur?</i>	<i>centrifuga mensura. 489 ff</i>
282	<i>Virium conditio in morbis. 47</i>
<i>vaccarum subcuta- nei unde?</i>	<i>Vitæ animalis morbus. 330</i>
283	<i>Vitri electricitas. 404 sq.</i>
<i>ex ore infantis pro- deuntes.</i>	<i>Voigtii (Gothofredi) vita. 121</i>
284	<i>Volatilitas quid sit? 126</i>
<i>cucurbitini. 285, 286</i>	<i>Vorffius Athenas a Jacobo Lap- pellatus. 200</i>
287, 288	<i>Vorticum caelestium confide- ratio Mathematica. 484</i>
<i>gravida solennes. 285</i>	
<i>lati in canibus. 288</i>	
Vermis latus non est unicus.	W
289, 290	<i>Welfi (Christiani) vita. 114</i>
<i>lati, fascia, solii & ca- nia differentia. 290</i>	<i>Werlhofii (Joanni) vita. 235</i>
<i>Vermium generatio in homi- ne unde?</i>	<i>Wesenbecii (Matthæi) vita. 274</i>
279 ff.	<i>Whistonus [Guil.] ut in erro- rem de Trinitate incidit? ut fuerit damnatus? 214, 215 notatus. 160</i>
<i>Ex Vermibus abortus. 285</i>	
<i>Veronicæ usus. 47</i>	
<i>Versionis LXX Interpretum vicia. 153</i>	<i>Whitlock (Bulstrode) cum Flo- ro comparatus. 472</i>
<i>De Verulamio (Fr. Bac.) cha- racter. 473</i>	<i>De Wit [Joanni] in Gallos studium. 98, 105 character. 104</i>
<i>De Vesuvio singularia. 89 ff.</i>	
<i>Vicarii in Capitulo munus. 228</i>	
<i>Viennæ urbis obsidio. 385</i>	
<i>Vini qualitates. 47</i>	Z
<i>Virgilii modestia. 76</i>	<i>Zarmisia hodie Alba Jul. 11</i>
<i>Virginea conjux quid? 8</i>	<i>Zosimus quis fuerit? 168</i>
<i>Virtus ut sibi ipsa merces? 148</i>	<i>Zuicciavienfis Arbenai histo- ria. 117 ff Bibliotheca fan- gularia. 119</i>
<i>Virtutis perfectio num impie- tate querenda? 479</i>	

